BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
20 B
2

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible] Google

12.20.B.9

# SELECTARVM SENTENTIARVM AD NVTRIENDOS ANIMOS Dulce Conuiuium,

*A IOANNE DE COLLO CONEGLANENSI,*
*quàm diligentiſſimè paratum.*

ILLVSTRISSIMOQVE
D. Domino
SCIPIONI COLLALTI
Comiti, & S. Saluatoris dicatum.

*Superiorum permiſſu, & Priuilegijs.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA
BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA
BIBL. SOC. IESV COLL. ROM.
IHS

VENETIIS, M DC XIV.

Apud Euangeliſtam Deuchinum.

Digitized by Google

*Thomas Apoſt.*
*Tibullus.*
*Tiraquellus.*
*Lucidides,*

V

*Valerius Epiſcopus.*
*Valerius Flaccus.*
*Valerius Maximus.*
*Varro.*
*Vegetius.*
*Verſificator fabular-*
*Aeſopi.*
*Virgilius.*
*Vlpianus.*

X

*Xenophori.*
*Xiſtus Philoſophus.*

Z

*Zeno.*

F I N I S.

---

## Errata ſic corriges.

*pag.9. Eff.ctū, Effoetū. 53. triſtitia, triſtia. 176. Licuit, Sicut. 186. qui fruitur, fruitur. 209. Au-dientiam, audietium. 214. ſe, deſiderantem. ſe-deſiderant. 220. docens, doceas. 221. cadunt, eua-dunt. 236. merent, nerent. 244. indormitus, in-domitus. 247. Non aliquid, Vel aliud. 251. fue-rit, furit 259. eſt eripere, eripere. 260. mo-do eſt, modo eſt videre. idem. Videre. ſed, Sed. 282. Humiliter, Humilitas. 299. Melius, Malus. 301. Et, Eſt. 303. ſcelera impiorum, im-piorum. 305 imprudentia, impudentia. 310. do-ceant, doleant. 311. mediocriter, ſed mediocriter. 323. inimicitiæ ſunt, inimicitiæ timendæ ſunt, quam indictæ, & aperta. 327. Si, In. 329. pla-ceat,*

*ceat, ex aliorum 330 non autem, eſt non ante. 355. &, ut. 360. dixeris, viceris. 366 tum, mali, tum mali miniſtri verò peſſimi. Auct. 367. ſtat; dat. 386. vitijs, viſus. 478. Cœperamus, Cooperamus, 482. poliuntur, moliuntur. 491 patrem. puerum, 515. iniquites, iniquitatis. 521. fugus, frigus. 575. altum difficile, altum ſapere difficile. 537. pinge, pingue. 550. ceſſat, cadit. 566. corpore, torpere. 573. ne nec. 603. Auguſtiſſimus tanto, Auguſtinus tantũ 607. dictio, dicito. 640. leuitas. lenitas. 641. terra, ſerę. 653. tentationibus, tentationis. 658. pcteſt, non poteſt. 684. parananimos, parant animos. 685. metus, vetus 691. grauior, rarior. 693. diues, diuos, 696. Ferrarum, perrarum. idem. mors putatur, mors remedium putetur. idem. vita, vitia, 697. ille, ille eſt. 698. quas quaſi. 708. inuiſa, ijs inuiſa.*

*Errata pręterea nonnulla veluti litterarum trãſpoſitionis, vel mutationes, non diſtincta carmina, ac ſimilia, que licet legentes non nihil demorent, ſenſui tamen nequaquam officium, prima huic impreſſioni benignus Lector condonabit.*

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

# SELECTARVM Sententiarum AD NVTRIENDOS animos dulce conuiuium.

*A IOANNE DE COLLO Coneglanenſi quàm diligentiſſimè paratum.*

*Abſentia.*

ABſens dicitur, qui tantum diſtat, vt verba loquentis non poſſit audire. *Apud Iuriſp.*

Abſens præſumitur etiā ſcire illud, de quo eſt publica fama. *Ibidem.*

Conſtitutio noua publicata non ligat abſentes, & infirmos tempore publicationis. *Ibidem.*

Abſens Reipublicæ cauſa, reſtituitur ad omnia commoda, quæ habuiſſet præſens. *Ibidem.*

Delectatione, ac ſpiritu abſentes, coniungimur. *Cyp. lib. 3.*



Digitized by Google

*Sed vide de his plura in verbo Diſtantia.*

## *Abſolutio.*

Abſolutio idem eſt, quod vinculi ruptio. *In ſum. ant. armil.*

Vtilius eſt abſolui nocentem, quàm innocentem cauſam dicere. *Cic. pro Sex. Roſc.*

Hominem improbum ſatius eſt accuſare, quàm abſoluere. *Liu. 4. decad. lib. 4.*

At qui abſoluitur, licet pœnam effugiat, cicatricem tamen criminis circumfert. *Apud Iuriſc.*

Delicti ceſſatio radix eſt veniæ. *Tert.*

Vbi non eſt confeſſio voce, ac ſignis, nec abſolutio eſſe poteſt. *In Sum. arm.*

## *Abſtinentia.*

Abſtinentia eſt virtus, quia a contrarijs abſtinemus. *Apud Iuriſp.*

Diſce meo exemplo formoſis poſſe carere.
Eſt virtus placitis abſtinuiſſe locis.
*Ouid. 6. Epiſt. Heroid.*

Proximis a tectis ignis defenditur ægre.
Vtile finitimis abſtinuiſſe locis.

*Idem*

*Idem lib.2.de remed.amor.*

Non facilè eſuriens poſita retinebere menſa.

Et multa ſaliens incitat vnda Sitim.

*Ibid.*

Panem,& aquam natura deſiderat,nemo ad hæc pauper eſt. *Sen. ad Lucil.*

Mater ſanitatis eſt abſtinentia, mater ęgritudinis voluptas. *Hier.in quad. epiſt.*

Ante annos robuſtæ ætatis periculoſa eſt teneris grauis abſtinentia. *Idem ad Petr.*

Quid prodeſt tenuari corpus abſtinentia, ſi animus intumeſcit ſuperbia? *Idem ad Cœlat.& Greg.*

Modicus,& temperatus cibus animæ, & corpori vtilis eſt. *Idem ad Ruſt.*

In abſtinendo eſt ſeruanda diſcretio. *Greg.20.mor.*

Per abſtinentiam non caro; ſed carnis vitia ſunt extinguenda. *Ibid.*

Abſtinentia nimia ſæpè vitium generat. *Ibid.*

Solus in illicitis non cadit, qui ſe aliquando & a licitis cautè reſtringit. *Idem 5.mor.*

Qui a Paradiſi gaudijs per cibum deci-

cidimus, ad hæc, in quantum poſſumus, per abſtinentiam reſurgamus. *Idem in Hom.*

Dirruptum ſtomacum nulla ſarcire res melius, quàm parſimonia ſolet. *Caſſ. in quad. epiſt.*

Abſtinemus magis propter ſanitatem, quàm propter beatitudinem. *Chry. ſuper Matth. hom. 36.*

Melior eſt abſtinentia vitiorum, quàm ciborum. *Ber. ad ſer.*

Quia cibis abſtinent, & mala agunt, Dæmones imitantur; quibus culpa adeſt, & cibus deeſt. *Iſid. ſup. Amos Proph.*

Abſtinentia ciborum ſola non ſufficit, niſi opera ei bona iungantur. *Amb.*

Propter crapulam multi perierunt; qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam. *Eccleſ. 37.*

*Abuſus.*

Abuſus eſt peruerſus rei vſus, cùm nõ eo modo quis vtitur re, quo vti deberet. *Apud Legiſt.*

Abuſus lugendus, quo vitia reputantur virtutes. *Bern. in apolo.*

Dominari ancillam, & ancillari dominam, magna eſt abuſio. *Ibid.*

Magna eſt abuſio, vt corpus induatur, & contra regulam ſuis veſtibus ani

ma

ma nuda deſeratur. *Ibid.*

Magna abuſio, parcitas reputatur auaritia, ſobrietas auſteritas creditur, ſilentium triſtitia reputatur. *Ibid.*

Inter abuſiones huius ſæculi ſola maior eſt ſenis obſtinatio. *Hug. de clau. ani. lib. 2.*

Cœco lumen, ſurdo ſermonem, ſapientiam bruto offerre, labor irritus. *Cypr.*

*Acceptio perſonarum.*

Acceptio perſonæ eſt quædam fatua reuerentia alicui exhibita, non cauſa debita, ſed propter timorem, vel vtilitatem. *Hug.*

Perſonam hominis accipere, eſt hominem, non quia homo, ſed propter aliquid, quod circa ipſum eſt, honorare. *Greg. in Hom.*

Clamat pauper, & nullus exaudit, loquitur diues, & quilibet applaudit. *Innoc. lib. 2. de vtil. cond. hum.*

Pauperum curam cum mora negligitis, diuitum cauſam cum inſtantia promouetis. *Ibid.*

Inter omnia peccata ſacerdotum illud eſt maximum, quòd non cauſas, ſed perſonas conſiderant. *Ambr. ſup. Malac.*

Non eſt acceptio perſonarum apud

 Deum.

Deum. *Apoſt.ep.2.ad Colloſ.*

*Accidia.*

Accidia eſt vitioſus, & inutilis corporis ſtatus, quo quis deſinit benè operari.

Cernis, vt ignauum corrumpant ocia corpus.
Et vitium capiant, ni moueantur aquæ? *Ouid.*
At qui deſidiam, luxumque ſequetur inertem.
Dum fugit oppoſitos incauta mente labores.
Turpis, inopsque ſimul miſerabile tranſiget æuum. *Virg.in opuſculis.*

Accidia eſt triſtitia aggrauans mentem, vt nihil boni & agere liceat. *Ioan.Damaſc.*

Qui operatur terram, ſatiabitur panibus, qui autem ſectatur ocium, replebitur egeſtate. *Sal.prou.28.*

*Accuſatio.*

Accuſatio eſt apud iudicem, vel alium aliquem oſtendere peccaſſe. *Laur. Vall.*

Accuſare improbum periculoſum eſt. *Demoſt.Exord.12.*

Criminationes mutuæ inter nos odia pariunt. *Idem 1.Olynth.*

Accu-

Accuſare enim debent ij, qui nullo ſuo peccato impediuntur, quo facilius alterius peccata demonſtrare poſſint. *Cic. in Verr.*

Præſumitur ſemper, quòd accuſatio inuidiæ cauſa fiat. *Apud Iuriſp.*

Accuſator preſumitur calumniari ſtatim, quod non probet. *Ibid.*

Non enim qui accuſatur, ſed qui conuincitur, reus eſt. *Iſid.*

Accuſet ſe quiſque, & propritium habebit iudicem. *Chryſ. ſup. ep. ad Hebr. Hom. 13.*

Accuſantes aliena, grauiora noſtra peccata facimus. *Greg. hom. 13.*

Accuſans ſeipſum iram Dei mitigat. *Chryſ. de patient. Iob hom. 40.*

Accuſare ſe, & nō corrigere, Deum eſt tentare. *Idem hom. 1. ſup. pſal. 50.*

Accuſatio alicuius electi Dei nō poteſt nocere. *Anſel. ſup. ep. ad Rom.*

## *Admiratio.*

Admiratio eſt mentis ſtupor propter nouum aliquid viſum, aut factum.

Quod admirabile, id eſt delectabile. *Ariſt. Rhet. 3.*

Admiratio, quæ maxima eſt, non parit verba, ſed ſilentium. *Gel. lib. 4.*

Sunt maximè mirabilia, quæ maximè in-

inexpectata. *Plin.iun.lib.9.*
Res, quarum natura eſt, vt caſu acci-
dant, mirabiles exiſtunt. *Ariſt. de Poet.2.*
Qui dubitat, & admiratur, putat ſe i-
gnorare. *Idem Metaph.1.*
Propter admirari cæperunt homines
nũc, & primum philoſophari. *Ibid.*
Nil adeò magnum, neque tàm mirabi
le, quicquam.
Quod non paulatim minuant mira-
rier omnes. *Ex Lucret.*

Admiratio eſt, quæ de rebus inſperatis
naſcitur. *Hug. lib.5. de gen. con. Manich.*
Nihil mirabilius in rebus humanis
quàm inimicos diligere. *Aug. de conf.*
Admiramur multa, quæ nõ videmus.
*Chryſ. ſup. ep ad Corinth. hom.8.*
Admirationem ſubtrahit paulatim aſ-
ſiduitas experiendi. *Aug.*

*Adoleſcentia.*

Adoleſcentia eſt flos ætatis. *Sophoc.*
Adoleſcentem in omnibus verecun-
dum eſſe oportet. *Plat.5. de leg.*
Omnis tenera ætas non poteſt quieſce
re. *Idem de leg.*
Ciuitatum exitium maximè ex deii-
cio-

cioſo, luxurioſoque adoleſcentium victu proficiſcitur. *Idem 3. de leg.*

Adoleſcentes ſolutiorem nacti licentiam, paſſim abſque frenis oberrant. *Idem Lachet.*

Si adoleſcentes malè morati euadunt id primæ ætatis formatoribus potiſſimum eſt imputãdum. *Ex apophe.*

Vt adoleſcentem, in quo ſenile eſt aliquid, laudamus; ſic ſenem, in quo adoleſcẽtis eſt aliquid, vituperamus. *Cat. Ma.*

Libidinoſa, & intemperans adoleſcentia effectum corpus tradit ſenectuti. *Idem.*

Adoleſcẽtes nunquàm a ſeniorum latere debent diſcedere. *Pythag.*

Eſt adoleſcẽtis maiores natu reuereri. *Cic. 1. off.*

Studia in adoleſcentia, tanquàm in herbis ſignificant, quæ virtutis maturitas, & quantæ frugis induſtriæ ſint futuræ. *Idem pro Læl.*

Benè nato adoleſcẽti facile eſt bonum eſſe; difficile autem non benè nato. *Ariſt.*

Adoleſcentis rara pietas. *Chryſ. ſup. vitup. vit. monaſt. lib. 3.*

Adoleſcentes à laſciuia reuocare, dif-

ficile bellum. *Idem de An.& Sam.*
Adoleſcens iuxta viam ſuam etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. *Prou.cap.22.*
Bonum erit homini, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. *Hierem.*

*Aduerſitas.*

Sapienter cogitant, qui temporibus ſecundis caſus aduerſos reformidant. *Cic.4.ad Heren.*
Omnes cùm ſecundæ res ſunt, tum maximè ſecum meditari oportet, quo pacto aduerſam ærumnam ferant. *Idem 3.Tuſcul.*
Bonus animus in re mala dimidium eſt mali. *Plaut.in Pſeud.*
Ferre, quam ſortem patiuntur omnes, Nemo recuſet. *Sen.ep.12.*
Conuenit aduerſis in rebus noſcere, qui ſint. *Ex Lucret.*
Rebus in aduerſis facile eſt contemnere vitam, Fortiter ille ſapit, qui miſer eſſe poteſt. *Mart.lib.1.Epigr.*
Nec fera tempeſtas, toto tamen errat in anno, & tibi (crede mihi) tempora veris erunt. *Ouid.lib.1.Faſt.*
Quæ putamus profutura nobis, ea nobis ſæpius obſunt. *Aeſop.*
Prudentis eſt æquo animo ferre, quod vitare nequeas. *Cato.*

Quod

Quod quiſq; patitur, id verè omnium grauiſſimum putat. *Idem.*

In omni aduerſitate infeliciſſimum genus eſt fuiſſe felicem. *Boet. lib. 2. de conſ.*

Non facilè inueniuntur in aduerſitate præſidia, quæ fuerunt in pace quęſita. *Aug. in Epiſt.*

Quos amo, corrigo, & caſtigo. *Apocal.*

Aduerſitas bonorum non eſt ira Dei; ſed admonitio. *Chryſ. ſup. Matth. hom. 34.*

*Vide in verbo Tribulatio fol.... & Infelicitas.*

*Adulatio.*

Adulator eſt is, qui res noſtras admirari, & amare ſimulat. *Ariſt. 1. Rhet.*

Laudare præſentem adulatoris eſt. *Idem Rhet. 2.*

Adulator magis fingit amare, quam amari. *Idem Reth. 8. cap. 16.*

Omnes adulatores ſunt ſeruiles, & abiecti homines. *Idem Eth cap. 10.*

Aſſentatio gratior eſt admonitione. *Demoſt. Exord. 24.*

Aſſentatoribus, & adulatoribus res aduerſæ ferendæ. *Idem in Phil. Dec. 3.*



Digitized by Google

Vt meretrices bona omnia preter men-
tem,ac prudentiam ſuis amatoribus
imprecantur,ſic adulatores ijs, qui-
bùſcum agunt. *Pytag.apud Stob.*

Non ſatis eſt tutum mellitis credere
verbis. *Ex Aeſop.*

Turpe eſt,dum placere ſtudes,in adu-
latorē incidere. *Plut.de diſc.adul.*

Nullum hominum genus eſt adulato-
ribus peſtilentius, neque quod ma-
gis,ac celerius iuuenes in perniciem
præcipitet. *Idem de liber.educat.*

Adulatio non eſt pauperum,aut igno-
bilium comes ; ſed nobilium mor-
bus,& ruina. *Idem de diſcr.adulat.*
*& amic.*

Altera manu fert lapidem, panē oſten
tat altera. *Plaut.*

Impia ſub dulci melle venena latent.
*Ouid.amor.lib.1.cap.5.*

Latet anguis in herba. *Virg.*

Nulla in amicitijs peſtis eſt maior,
quàm aſſentatio,& adulatio.*Cic.in*
*Læl.*

Blanditio cum vitioſa ſit, ac turpis, in
cætera officit ; in petitione tamen
magiſtratus eſt neceſſaria. *Idem de*
*petit.conſul.*

Nolo eſſe laudator, ne videar adula-
tor. *Idem in Rhet.*

Ha-

Habet aſſentatio iucunda principia, eadem exitus amariſſimos affert. *Idem Rhet.lib.5.cap.6.*

Aſſentatio, quamquàm pernicioſa ſit, nocere tamen nemini poteſt, niſi ei, qui eam recipit, atque ea delectatur. *Idem in Lal.*

Ligna, dum ignem augent, ab ipſo conſumuntur, opes dum adulatores alunt, ab ipſis pereunt. *Apud Stob.*

Omnia aſſentari, is quæſtus nunc eſt multò vberrimus. *Ter.in Eun.*

Melius eſt in coruos, quam in adulatores incidere; hi enim viuentes, illi mortuos exedunt. *Iuuen.*

Dum Zephyrus *flabat multis* comitabar amicis.

Aſt omnes aquilo turbine flante fugat. *Idem.*

Malum hominem blandè loquentem agnoſce tuum laqueum eſſe. *Senec.*

Adulatoris eſt ſpecies, cum laus poſtulationem præcedit. *In hiſt.Sax.*

Nemo ſuam turpitudinem perſpicit, ſed ſibi quiſque adulator eſt. *Cic.*

Adulatio eſt fallaci laude ſeductio. *Aug.*

Adulatoris lingua magis nocet quàm manus interficiẽtis. *Idem in pſ.69.*

Duo ſunt genera perſecutorum, vituperantium ſcilicet, & adulantium; ſed plus perſequitur lingua adulatoris, quàm manus perſequentis. *Ibid.*

Melius eſt à ſapiente corripi, quàm ſtultorum adulatione decipi. *Eccl. cap. 7.*

Qui de amore non venit honor, non honor, ſed adulatio eſt. *Ber. ſup. Cant.*

Adulari egregiè norunt auari. *Chryſ. ſup. ep. ad Theſſal. Hom. 15.*

Adulatio ſi ad tempus ſuſcipitur, augetur. *Greg. lib. 2. ſup. Ezech.*

Popule meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt. *Eſai.*

## *Adulterium.*

Adulterium eſt ad alterius thori praua acceſſio. *Apud Iuriſp.*

Iniuriari fœminæ ſuæ eſt coire cũ extranea muliere. *Ariſt. Oecon.*

Elige de vacuis, quam non ſibi vendicat alter.
Si neſcis dominũ, res habet illa ſuum. *Ouid. Epiſt. 19. Heroid.*

Deſine matronas ſectarier, vnde laboris.
Plus haurire mali eſt quàm ex ſe decerpere fructus. *Hor. lib. 1. ſat. 1.*

Quin-

*Quinetiam illud.*

Accidit,vt quidam teſtes, caudamque fallacem.

Demeteret ferro. *Ibid.*

Adulterio quidam nobilitari ſolent. *Plin.ſen.lib.24.cap.5.*

Amat tenebras,qui adulterium perpetrari deſiderat. *Greg.lib.5.mor.*

Adulter erubeſcit, ſi adulter vocatur. *Chryſ.de act.Apoſt. Hom.26.*

Adulter de omnibus ſuſpicatur. *Idem hom.25.*

Vxoris celans crimina patronus eſt turpitudinis: *Idem.*

Adulterium conſummatum, aſpectus cũ curioſitate. *Idem ſup.Gen.hom.6.*

Adulteria prolis cupiditate non excuſantur. *Aug.con.Iul.c 7.*

Adulterium etiam feris,& barbaris deteſtabile. *Ambr.lib.1.de Abra.*

Adulter non prolem, ſed voluptatem quærit. *Anſel ſup.ep.ad Corint.*

*Aduocatus.*

Aduocatus eſt,qui ad aliquid agendũ, vel defendum eſt vocatus.

Domus iuriſconſulti eſt totius ciuitatis oraculum. *Cic.de or.*

Facundus cauſam ſæpè clientis agat. *Ouid.lib.3.de arte aman.*

Con-

Conſultor perdit memoriam, ſi ſibi non ſoluatur debita merces. *Apud Iuriſc.*

Doctor, qui conſuluit in cauſa aliena, tenetur illud conſilium ſequi in propria. *Ibid.*

Hi ſunt, qui docuerunt linguas ſuas loqui mendacium. *Ber. ad Eug. P P.*

Hi ſunt, qui docuerunt linguas loqui grandia, cum operantur exigua, largiſſimi promiſſores, & pauciſſimi exhibitores. *Idem de conſ.*

Verboſum aduocatum, & ſtudentem eloquentiæ, cum ſapientię ſit inanis, non aliud, niſi iuſtitię hoſtem reputes. *Ibid.*

Præſcinde ergo linguas vaniloquas, & labia doloſa claude. *Idem.*

Cauſidici in certaminibus cauſarum ommiſſis quæ agunt, veluti canes alterutrum lacerant. *Iſid. 3. de ſum. bon.*

Apud cauſidicos etiam illud ſilentium venale eſt, niſi funibus argenteis ligetur. *Caſſ. ſup. pſ. 73.*

Aduocatus iuſtus à nullo iniuſtas cauſas accipit; nec verba dare pro iniuſtitia ſuſtinet. *Greg ſup. Ezech.*

Nihil impudentius arrogantia aduoca-

ca-

catorum,qui garrulitatem auctoritatem putant,& parati ad lites,in ſubiectos tumidè intonant. *Aug. in quod.ſer.*

*Vide multa horum in verbo Lis,vel Litigium.*

*Aemulatio.*

Aemulatio eſt ſtudium ingens, quo quis ſtudet ea efficere, quæ in alio cum gloria eſſe videtur.

Aemulatione virtus cognoſcitur. *Hom.Iliad.23.*

Marcet ſine aduerſario virtus. *Sen.de proud.*

Multum ſibi adijcit laceſſita virtus. *Idem ep.13.*

[illegible] promptius eſt cauillari, quàm æm[illegible]ri. *Idem.*

Tunc ben[illegible]tis equus reſerato carcere curi[illegible]

Cum quos prætereat, quoſque ſequatur,habet. *Ouid.3.de art.aman.*

Nihil eſt tàm pronum ad ſimultates, quàm æmulatio,in fœminis pręſertim. *Plin.iun.in Adeg.*

Aemulationi diſcretio eſt neceſſaria. *Ber.ſup.cant.49.*

Aemulari miſericordiā Dei debemus. *Chryſ.ſup.Gen.Hom.17.*

*Aequa-*

## *Aequalitas.*

Aequalitas eſt rerum, vel bonorum, ſtatuum, aut animorū vniformitas.

Inæqualibus æqualia inęqualia fiunt, niſi menſurā accipiant. *Plat. de leg.*

Inter quos eſt æqualitas, & ex æqualitate concordia, hi tutiores ſunt ab hoſtium incurſu. *Ex apophth.*

Aequalitas occaſionem murmuris excludit. *Ibid.*

Aequalitas & ad frugalitatem & ad concordiā in primis conducit. *Ibid.*

Aequalitas pacis, & tranquillitatis eſt altrix; inæqualitas verò ſeditionis ſeminarium. *Ibid.*

Si æqualis conditio omnium fuiſſet, nulla inter homines eſſet i[illegible]dia. *Apud Stob.*

Nihil poteſt eſſe æquabi[illegible], quod a cer[illegible]ōne nō profic[illegible]. *[illegible]. Cic. 2. Tuſ.*

Non in omnibu[illegible] omnia conueniunt. *Idem pro ſex. Roſc.*

Sic cum inferiore viuas, quemadmodum tecum ſuperiorem viuere velis. *Sen. ep. ad* Lucil. *lib. 6.*

Par in parem non habet imperium. *Apud Iuriſc.*

Simulata æquitas non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas: quia iniquitas eſt,

&

& ſimulatio. *Aug.*

Vt æqualium vſus dulcior, ità ſenum tutior eſt. *Ambr.*

## *Aetas.*

Aetas eſt determinatum alicuius tempus, aut vitæ ſpatium.

Breue tempus ætatis; ſed ſatis longum ad benè viuendum. *Cic. de Sen.*

Conferto noſtram ætatem cum æternitate, & breuiſſima reperietur. *Idem 1. Tuſc.*

Senſim ſine ſenſu ætas ſeneſcit, nec ſubitò frangitur, ſed diuturnitate extinguitur. *Idem Philip. 11.*

Vt non omne vinum, ſic nō omnis ætas vetuſtate coaceſſit. *Cato Maior.*

Suam infirmitatem cognoſcit ætas. *Eurip.*

Aetas feruorem, & audaciā quotidiè affert. *Liu. 1. declam. lib. 2.*

Quàm ſtultum eſt ætatem diſponere; nec craſtino quidem nominamur. *Sen. ep. 100.*

Nulla ætas vacauit à culpa; luxuria, & negligentia boni moris hominum ſunt vitia, non temporum. *Idem ep. 98.*

Diuerſos diuerſa iuuant, non omnibus annis.

Omnia

Omnia conueniunt, res prius acta nocet. *Cornel. Gall.*

Exultat leuitate puer, grauitate ſenectus.

Inter vtrunque manens ſtat iuuenile decus. *Idem.*

Vtendum eſt ætate, cito pede labitur ætas.

Nec bona tam ſequitur, quàm bona prima fuit. *Ouid. 3. de art. aman.*

Quæ bello eſt habilis, Veneri quoque conuenit ætas:

Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor. *Idem lib. 1 eleg.*

Optima quęque dies miſeris mortalibus æui.

Prima fugit, ſubeuntq; morbi, triſtiſque ſenectus. *Virg. 3. Georg.*

Et pace, & bello cunctis ſtat terminus æui. *Syl. Ital. lib. 3.*

Multa ferunt anni venientes commoda ſecum.

Multa recedentes adimunt. *Horat. de art. poet.*

Non ętas in homine, ſed virtus conſideranda. *Cic. de ſenect.*

Aetate prudentiores reddimur. *Ariſt. 6. Ethic.*

Non annis ætas, ſed viribus æſtimanda eſt. *Cat.*

Non

Non tibi obeſt puerilis ætas, ſi fueris ſenſu perfectus; nec ſemel proderit ętas, ſi fueris paruulus ſenſu. *Baſil.*

*Agricultura.*

Agricultura eſt primum neceſſarium, ſicut uxor in filijs. *Ariſt. in Oecon.*

Nulla in re tàm laudabiliter acquirimus, quàm in agricultura. *Ibid.*

Agricolę magis appetunt lucrum, quã honorem, & ideò delectabilius eſt eis laborare, quàm principẽ agere. *Idem polit. 1.*

Agriculturæ ſuauitas nihil amarum mixtum habet. *Eurip. apud Stob.*

Ignauæ ſunt ad agros colendos manus benè educatæ. *Idem in Rhet.*

Arbor ad fructum producta agricolã delectat. *Sen. ep. 34.*

Non conualeſcit planta, quæ citò trãſfertur. *Idem ep. 1.*

Malus eſt ager, cum quo Dominus luctatur. *Plin. ſen. lib. 18.*

Omnium rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil eſt agricultura melius, nihil vberius, nihil homine libero dignius. *Cic. 2. off.*

Tota autẽ res ruſticę huiuſmodi ſunt, vt eas non ratio, neque labor, ſed res incertiſſimæ, venti, tempeſtateſque moderentur. *Idem pro Sex. Roſc.*

Ocu-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Oculus Domini fertilis in agro. *Colum. lib.* ..

Colonus cum crepuſculum inceſſerit, nemině poſt ſe relinquat. *Idē lib. 2.*

Finis autem fodiēdi vineas nullus eſt, nā quantò ſępiùs foderis, tantò vberiorě fructum reperies. *Idem lib. 12.*

Malè agitur cum Domino, quem villicus docet. *Idem lib. 7.*

Villicus ſomni, & vini ſit abſtinentiſſimus, vtraque enim inimiciſſima ſunt diligentiæ. *Idem lib. 2.*

Præſtat villicum magiſtrum eſſe operariorum, nō diſcipulū. *Idem lib. 7.*

Vbi eſt vbertas pabuli ſubmittere prolem ſemper expedit. *Ibidem.*

Omnes arbores, quantò altiùs arātur, & circumfodiuntur, maiori fructu exuberant. *Idem lib. 4.*

Seu ſponte, ſeu quolibet caſu deſtituta humus, cum eſt repetita cultu, magno fœnore ceſſationis colono reſpondet. *Idem lib. 2.*

Nonnunquàm cum operariis iocetur Dominus, & aliquid ipſi iocari permittat. *Ibid.*

Res mala eſt frequens locatio fundi; peior tamen vrbanus colonus. *Idem lib. 1.*

Emendus eſt ager, quo potiamur non quo

quo oneremur. *Ibid.*

on dubium eſt, quin minus reddat laxus ager non benè cultus, quàm anguſtus eximiè. *Colum.lib.1.*

iligentis patrisfamilias eſt primam quamque arborem ſenio cōfectam tollere. *Idem lib.4.*

Qui arat oliuetum, vocat fructum; qui ſtercorat, exorat; qui cędit, cogit. *Idem lib.5.*

lominum generi vniuerſo cultura agrorum eſt neceſſaria. *Cato Mai.*

illicus primus cubitum ſurgat, poſtremus cubitum eat. *Cat.de re ruſt.*

ētos, & varios cęli perdiſcere mores. ura ſit, & patrios cultus, habituſque locorum.

t quid quæque ferat regio, & quid quæque recuſet. *Virg.Georg.*

Humida ſolſtitia, atque hyemes optate ſerenas.

Agricolæ, hiberno lætiſſima puluere farra. *Idem 1.Georg.*

Laudato ingentia rura, exiguum colito. *Idem 2.Georg.*

Fertilis aſſiduè ſi nō tenouetur aratro, Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager. *Ouid.lib.5.de triſt.*

Agricola ex ſcientia ſyderum, tempora

ra arandi, ſeminandi, & colligendi agnoſcit. *Chryſ.ſup.Gen.*

Agricultura artium omnium eſt innocentiſſima. *Aug.lib.de Hereſ.*

Agricolarum labor ſanctus, & honeſtus. *Idem de oper. Manich.*

*Vide Ruſticatio.*

## *Ambitio.*

Ambitio eſt habitus animę omnes ſumptus honoris gratia admittens præter rationis normam. *Plat.in diff.*

In liberis ciuitatibus regnandi cupiditate nihil tetrius, nihil fœdius excogitari poteſt. *Cic.3.off.*

Miſerrima eſt omninò ambitio, honorumque contentio. *Idem 1.off.*

Complures ſe ſcelere contaminarunt imperii cupiditate. *Idem 3.off.*

Cum præſtare cęteris concupieris, difficile eſt ſeruare æqualitatem. *Idem 1.off.*

Ambitio malè profundit, quod malè collegit auaritia. *Ex apoph.*

Neſcit pietatis iura regnandi cupiditas. *Ibidem.*

Turpior eſt ambitio ex vilitate cultus, quàm ex amictu ſplẽdido. *Ibid.*

Turpis eſt ambitio ex fuco virtutis laudem captans. *Ibid.*

Tum

# ILLVSTRISSIMO
## D. Domino
# SCIPIONI COLLALTI,
## & S. Saluatoris Comiti.
## IOANNES DE COLLO
### S. P. D.

*VIx annum agebam, Scipio Illuſtriſſime, decimum quartum, cum nuncios de fama Illuſtriſſimi, ac excellentiſſimi patris tui vndique allatos, obſeruare cœpi. Vnus ex Germania afferebat, ipſum adhuc adoleſcentulum, ſenili tamen prudentia, Ferdinando, & Maximiano Imperatoribus quàm honorificentiſſimè ſeruiuiſſe. Alius ex Pannonia ſignificabat quàm conſtantiſſimè inediam, ſitim, puluerem, ſudoremque ferret, vt fuſis tandem, fugatiſque immanibus Turcarum copijs, victoriam inuictiſſimus reportaret. Erat quippe victoria certa ea in parte,*



BIBL. ROMANA VITTOR. EMANUELE

*qua ipſe tela vibrabat, vibrataq́ ſuſcipiebat. Multi ex Illyrico nunciabant innumera de eius virtute, exēpla, eximiaq́ de ipſius bellica experientia, facinora. Referebant nonnulli ex Allobrogibus Fabricium ſe ſe alterum, Scipionem, Camillum coram commilitonibus praſtitiſſe. Creſcebam ipſe ætate, ille verò gloria, & exiſtimatione, adeò vt à Philippo tertio Hiſpaniarū Rege germanorum peditum Chiliarcha ſit conſtitutus, et paulo poſt ab eodem in Flandriam miſſus: Vbi quam egregiam de ſe admirationem excitauerit, teſtis eſt ipſa regio; teſtis itidē eſſet, (ſi viueret) Alexander ille Farneſius, qui fortitudinem eius cum ſagacitate coniunctam ſæpenumero inſpexit & ſuſpexit etiam: quin audiente vniuerſo exercitu præclariſſimè cōmendauit, atq; alijs imitandam propoſuit. Quid verò aduerſus Eliſabeth Reginam Angliæ claſſe vectus Hiſpana præſtiterit; Quid in Gallia dixerit, fecerit, ſuſtinuerit, Henrico quarto Rege Nauaræ Lutetiam Pariſiorum oppugnante, longum nimis eſſet commemorare; quemadmodum & recenſere quanto in honore à ſapientiſſimis Patritijs Venetis ſemper ſit habitus, qui*

*in*

Digitized by Google

*in arduis Reipub. ſuæ negotijs, atque in bellis circumfrementibus eius, tum conſilio, & prudentia, tum fide, & vigilantia, ampliſſimis ei tributis titulis, & vſi ſunt, & vtuntur adhuc.*

*Hæc fuit inclytè Scipio, tantarum auditio virtutum, quæ me primum ad tanti viri venerationem compulit, & deinceps ad te colendum tanti patris filium ambitione quadam pellexit. Reputabam enim mecum ipſe ſtudioſiſſime, fieri non poſſe, quin procreatus ex genitore adeò præſtanti, & ſoboles Heroum ſupra ſeptingentorum annorum antiquiſſimorum, paternæ, & auitæ gloriæ feliciſſimè reſponderes. Et ſanè me mea non fefellit opinio; Nã qualem, & ipſe te exiſtimabam, & fama longè, latèque diffuſa omni virtutum genere comulatiſſimum prædicabat, talem prorſus te noui; obſtupuique: Comitem adeò ſublimem, homuncionem, qualis ſum ego, tam perhumaniter, nõ hoſpitio modo, ſed & colloquio, & conuictu aliquando excepiſſe. Quæ quidem tua erga me humanitas in eam adduxit ſpem, fore, vt quemadmodum in tuis conuiuijs, tam magnificè, ac ſplendidè inſtitutis ſæpeſæpius verſari me voluiſti; ita nunc tu in noſtro*

*hoc DVLCI CONVIVIO, ad quod te reuerenter inuito, non minus humaniter digneris accumbere. Non equidem quòd noſtris epulis egeas, cum te ſuauiori ambroſia iampridem expleueris; ſed vt noſtrum ſympoſium præſentia tua benigniſſima cohoneſtes. Quod ego beneficium tanti ſanè faciam, nihil vt anteponam.*

*Hinc enim fortaſſe fiet, vt non audeant inuidæ Arpyæ noſtras dapes immundo ore polluere. Vale.*

*Venetijs, Kal. 28. Maij 1614.*

# AD LECTOREM.

CVm D. Ioannes de Collo animaduertiſſet, obſcuras, & prolixas ſententias, licet nobilem præſeferant materiā, vel omnino reijci, vel difficilius amplecti; has ipſe, veluti argutiores, faciliores, ac breuiores, quæ ſparſim in varijs Autoribus reperiebantur, in vnum collegit, vt earum argutia iuuare, facilitate delectare, & breuitate placere facilius poſſent. Ne ue aliquid prudens Lector deſideraret, eas etiam ſub Capitum ordine ſcitè redegit; nec non ſacras à prophanis, interiecto hoc ſigno ⁂ ſeiunxit. Biſque interdum poſuit in hoc eodem volumine vnam, eamdemque ſententiam; non quidem memoriæ lapſu; ſed ita exigente materia. Vale.

# INDEX ALPHABETICVS RERVM,

Seu locorum communium huius Libri.


A

*ABſentia.f.* 1
*Abſolutio.* 2
*Abſtinentia, vide Fertilitas.* 2
*Abuſus.* 4
*Acceptio perſonarũ.* 5
*Accidia.* 6
*Accuſatio.* 6
*Admiratio.* 7
*Admonitio, vide Correctio.*
*Adoleſcentia.* 8
*Aduerſitas.* 10
*Adulatio.* 11
*Adulteriũ.* 14
*Aduocatus.* 15
*Aegritudo, vide infirmitas.*
*Aemulatio.* 17
*Aequalitas.* 18
*Aetas.* 19
*Affectus vide deſiderium*
*Affinitas, vide Conſanguinitas.*
*Agricultura.* 21
*Ambitio.* 24
*Amicitia vera.* 25
*Amicitia ficta.* 31
*Amor Diuinus* 32
*Amor indifferens.* 34
*Amor proximi.* 35
*Amor venereus.* 37
*Angelus.* 42
*Anima, & Animus.* 42
*Animal.* 45
*Antichriſtus.* 46
*Antiquitas.* 47
*Apoſtolus.* 47
*Argumentum.* 48
*Arma.* 49
*Arrogantia, vide Iactantia.*
*Ars.* 50
*Auaritia.* 53
*Auctoritas, vide Poteſtas.*
*Audacia.* 59
*Auditus.* 60


*Aui-*

# INDEX

*Auiditas*, vide *Ambitio.*
*Auxilium.* 62

B

*BAptiſmus.* 64
*Beatitudo.* 65
*Bellum.* 67
*Beneficium.* 72
*Benignitas*, vide *humanitas.*
*Blaſphemia.* 76
*Bonitas.* 77
*Bonum.* 80
*Breuitas.* 81

C

*CEcitas.* 83
*Captiuitas.* 83
*Caro.* 83
*Caſtitas.* 86
*Cauſa*, vide *lis.*
*Cautela.* 89
*Celeritas.* 91
*Charitas.* 92
*Chriſtianus.* 93
*Cibus.* 94
*Ciuitas.* 97
*Clementia*, vide *Miſericordia.*
*Clericus*, vide *ſacerdos*
*Cogitatio.* 99
*Cognitio* 101
*Coitus*, vide Luxuria.
*Commoditas*, vide *Vtilitas.*
*Comparatio.*
*Compunctio*, vide *contritio.*
Concilium. 103
Concordia. 104
Concupiſcentia. 106
Confeſſio ſacramentalis. 106
Cõfeſſio iudicialis. 109
Coniectura.
Coniugatus. vide Continentia.
Conſanguinitas. 111
Conſcientia. 112
Conſenſus. 114
Cõſeruatio. 115
Conſideratio, vide Cogitatio.
Conſilium. 116
Conſolatio. 120
Conſtantia. 121
Conſuetudo. 123
Contemplatio. 125
Contemptus. 127
Contentio indifferens. 129
Contentio mala. 129
Continentia. 130
Contrarietas. 131
Contritio.

*Contumacia, vide Abſentia.*

*Contumelia, vide Iniuria.*

*Conuerſatio.* 133

*Conuerſio.* 137

*Conuitium.* 138

*Conuiuium.* 139

*Cor.* 141

*Corpus vide Caro.*

*Correctio.* 142

*Credulitas, vide Fidelitas.*

*Crudelitas.* 147

*Cupiditas, vide Ambitio.*

*Cura.* 148

*Curioſitas.* 150

*Cuſtodia, vide Conſeruatio.*

D

*Damnatus.* 152

*Damnum.* 153

*Debitum.* 155

*Deceptio, vide Fraus.*

*Decor, vide Pulchritudo.*

*Defenſio.* 156

*Deformitas, vide Turpitudo.*

*Delectatio.* 157

*Delitia, vide Voluptas.*

*Deſiderium.* 158

*Deſperatio.* 160

*Detractio.* 161

*Deuotio.* 164

*Deus Omnipotẽs.* 165

*Deus miſericors.* 167

*Deus vltionis.* 169

*Diabolus.* 170

*Dies.* 172

*Difficultas.* 173

*Dignitas.* 174

*Dilectio, vide Amor Diuinus.*

*Diligentia.* 178

*Diſciplina.* 179

*Diſcipulus.* 181

*Diſcordia.* 182

*Diſcretio.* 183

*Diſputatio, vide Argumentum.*

*Diſtantia.* 185

*Diuerſitas, vide Inſtabilitas.*

*Diuinatio, vide ſortilegium.*

*Diues, &*

*Diuitiȩ.*

*Doctrina.* 190

*Dolor.* 191

*Dolus, vide Fraus.*

*Dominium, vide Poteſtas.*


Do.

*Domus.* 194.
*Donum.* 195.
*Dubium.* 197
*Dux.* 198

E.

*Ebrietas.* 199.
*Eccleſia.* 201
*Educatio.* 203
*Electio.* 205
*Eleemoſyna.* 206
*Eloquentia.* 209
*Emendatio.* 211
*Emptio.* 212
*Epiſcopatus.* 213
*Epulæ, vide Cibus.*
*Equus.* 214
*Error.* 214
*Execratio, vide Detractio.*
*Exceſſus.* 217
*Excommunicatio.* 217
*Excuſatio.* 217
*Exemplum.* 218
*Exercitium.* 220
*Exercitus.* 222
*Exilium.* 222
*Exiſtimatio, vide Fama.*
*Expenſa.* 223
*Experientia.* 224
*Exprobatio.* 225

F

*Fabula.* 226
*Facies, vide vultus.*
*Facilitas.* 226
*Fallacia*
*Falſitas, vide Mendacium.*
*Fama.* 227
*Fames.* 230
*Fatum.* 231
*Fauor, vide Auxilium.*
*Felicitas.* 232
*Fertilitas.* 235
*Feſtiuitas.* 235
*Fides mortalis* 236
*Fides Theologalis.* 240
*Feſtinatio, vide Celeritas.*
*Filius.* 242
*Finis.* 244
*Fletus.* 246
*Fœmina, vide Mulier.*
*Fornicatio, vide Luxuria.*
*Fortitudo.* 248
*Fortuna.* 251
*Fraternitas.* 254
*Fraus.* 255
*Fallacia.* 257
*Furtum.* 257
*Futurum tempus.* 259

G

Gaudium. 260
Generatio. 262
Genus. 263
Gloria. 264
Gloriatio, vide Iactantia.
Gratia. 266
Gratitudo. 268
Gubernatio. 270.
Gula. 272
Guſtus, vide Cibus.

H

HAEres, vide ſterilitas.
Hereſis.
Hiſtoria. 273
Homicidium. 273.
Homo. 274
Honeſtas. 276
Honor, vide dignitas.
Hoſpitalitas. 277
Hoſtis. 278
Humanitas. 280
Humilitas. 280
Hypocriſis. 283

I

Iactantia. 285
Iactura, vide Damnū
Ieiunium. 289
Ignauia. 290
Ignobilitas, vide Vulgus.
Ignorantia. 292
Imago. 294
Imitatio. 295
Immortalitas. 296
Impatientia. 297
Imperator, vide Dux.
Imperium. 298
Impietas. 303
Impenitentia, vide Pertinacia.
Impoſſibilitas. 304
Improbitas, vide Malitia.
Imprudētia, vide ignorantia.
Impudentia. 305
Impunitas. 305
Inconſtantia. 306
Infamia. 308
Infernus. 309
Infidelitas. 310
Infirmitas. 311
Infelicitas. 314
Ingenium. 317
Ingratitudo. 319
Inimicitia. 322
Iniquitas, vide Malitia.
Iniuria. 324
Iniuſtitia, vide Maleficium, & Tyrannis.

In-

*Innocentia.* 326
*Inobedientia.* 328
*Inſania.* 328
*Inſatiabilitas.* 329
*Inſidia, vide Fraus.*
*Inſtabilitas.* 330
*Intellectus.* 331
*Intemperantia.* 332
*Intentio.* 334
*Interrogatio.* 336
*Inuidia.* 337
*Iocus, vide Ludus.*
*Ira.* 340
*Iudex, & iudicium.*
*Iudiciū extremū.* 347
*Iuramentum.* 348
*Ius, uide Iuſtitia.*
*Iuſtificatio, &*
*Iuſtus.* 350
*Iuſtitia.* 351
*Iuuentus.* 353

L

*LABOR.* 356
*Lachrymę, vide Fletus.*
*Lętitia, vide Gaudiū.*
*Laſciuia, vide Luxuria.*
*Latrocinium, vide Furtum.*
*Laus.* 359
*Lectio.* 362
*Lex.* 364
*Liberalitas.* 367
*Libertas.* 369
*Libido, vide Luxuria.*
*Licentia.* 371
*Lingua.* 372
*Lis, &*
*Litigium.*
*Littera, vide ſcientia.*
*Locus.* 375
*Loquacitas.* 377
*Lucrum.* 380
*Luctus, vide Fletus.*
*Ludus.* 382
*Lux.* 385
*Luxuria.* 386
*Luxus, vide intemperantia.*

M

*MAgiſter, vide Preceptor.*
*Magiſtratus.* 391
*Magnanimitas.* 392
*Magnitudo.* 393
*Maledicentia, & Maledictio, vide Detractio.*
*Maleficium.* 395
*Malus.* 396
*Manſuetudo.* 399
*Mare.* 402
*Maria Virgo.* 402

*Maritus.* 403
*Martyr, &*
*Martyrium.* 405
*Mater.* 406
*Matrimonium.* 407
*Medicina.* 409
*Mediocritas.* 413
*Meditatio, vide Contemplatio.*
*Memoria.* 415
*Mendacium.* 417
*Mens.* 420
*Menſura.* 421
*Mercatura.* 423
*Merces vide Præmium*
*Meretrix.* 424
*Meritum.* 425
*Metus, uide Timor.*
*Miles.* 427
*Militia, vide Bellum.*
*Miraculum.* 429
*Miſeria, vide infelicit.*
*Miſericordia.* 431
*Modeſtia, vide Temperantia.*
*Monacus.* 434
*Mora.* 435
*Mores,* 436
*Mors.* 440
*Motus.* 445
*Mulier.* 445
*Multiloquium, vide lo*
*quacitas.*
*Mundus.* 451
*Munus, vide Donum*
*Murmuratio, vide Detractio.*
*Muſica.* 457
*Mutatio, vide incoſtantia.*

N.

*Natura.* 454
*Nauigatio, vide mare.*
*Nauis.*
*Neceſſitas.* 457
*Negligentia.* 459
*Negotium, vide Mercatura.*
*Nihil.* 460
*Nobilitas.* 460
*Nomen.* 462
*Nouerca.* 463
*Nouitas.* 463
*Nox.* 465
*Nuntius.* 465
*Nuptiæ, vide Matrimonium.*

O.

*Obedientia* 466
*Obliuio.* 468
*Obſequium,* 469
*Obſtinatio, vide Pertinacia.*

Oc-

*Occaſio.* 470
*Occaſus.* 471
*Oculus, vide Lux.*
*Odium.* 471
*Odor.* 473
*Onus. vide Labor.*
*Opes, vide Diuitiæ.*
*Opera miſericordiæ Corporalia, & Spiritualia.* 473
*Opinio.* 474
*Opportunitas, vide Occaſio.*
*Opus.* 475
*Oratio.* 476
*Orator, vide eloquẽtia.*
*Ordo.* 480
*Ornatus.* 481
*Otium,* 484
*Otioſum verbum* 485

P

P*Arentes.* 486
*Parſimonia.* 484
*Parum.* 489
*Paſtor, vide Prælatio.*
*Pater.* 490
*Patientia.* 491
*Patria.* 495
*Paupertas.* 497
*Pax vide concordia*
*Peccatum.* 503
*Penuria, vide paupertas.*
*Peregrinatio.* 507
*Perfectio.* 509
*Perfidia, vide fraus.*
*Periculum.* 510
*Periurium.* 512
*Perſeuerantia, vide Cõſtantia.*
*Pertinacia.* 513
*Perturbatio, vide Tribulatio.*
*Petitio.* 515
*Philoſophia.* 516
*Pictura, vide Imago.*
*Pietas.* 518
*Pigritia.* 520
*Plebs. vide Vulgus.*
*Pœna.* 521
*Pœnitentia.* 523
*Poeta.* 527
*Populus vide Vulgus*
*Poſſeſſio.*
*Poteſtas, vide imperiũ.*
*Præceptor.* 528
*Prædeſtinatio.* 530
*Prædicatio.* 531
*Prælatio.* 534
*Prælium, vide Bellum.*
*Præmium* 537
*Præſumptio vide Iactantia.*
*Præteritum.* 539


*Pre-*

Preces. 539
Princeps. 541
Principium. 544
Priuilegium 546
Probatio, 546
Probitas vide Bonitas.
Prodigalitas. 547
Proditio, vide Fraus.
Promiſſio. 548
Prophetia. 551
Propinquitas vide Cō-ſanguinitas, vel Vicinitas.
Prudentia. 552
Pudicitia, vide Caſtitas.
Pudor. 555
Pueritia. 559
Pugna, vide Bellum.
Pulchritudo. 563
Punitio, vide Pęna.
Puſillanimitas.

Q

QVIES. 566

R

RApina, vide Furtum.
Raritas. 568
Ratio. 569
Recordatio, vide Memoria.
Regnum. 572
Religio. 574
Remedium. 576
Repentina. 577
Reprehenſio, vide Correctio.
Reſponſio. 578
Reſpublica. 579
Retributio. 580
Rex, vide regnum.
Rhetorica, vide Eloquētia.
Riſus. 580
Ruſticus. 581
Ruſticatio. 582

S

SAcerdos. 583
Sacramentum. 586
Sacrificium. 587
Salus. 588
Sanctitas. 589
Sanitas. 591
Sapiens, & Sapientia. 593
Satisfactio. 596
Scandalum. 597
Schiſma, vide Hereſis.
Scientia. 597
Scriptura. 602
Scriptura ſacra. 603
Secretum. 606
Securitas. 608
Senectus. 609

Sua-

Senſus. 614
Sepultura. 614
Sermo. 615
Seruitus. 620
Seueritas. 625
Silentium. 624
Similitudo, vide comparatio.
Simplicitas. 627
Sitis, vide Cibus.
Sobrietas. 628
Societas, vide Conuerſatio.
Solicitudo, vide Cura.
Solitudo. 629
Somnium. 631
Somnus. 632
Sors, vide Fortuna.
Sortilegium. 634
Spes. 634
Sterilitas. 634
Studium, vide Lectio.
Stultitia. 637
Subditus. 640
Superbia. 641
Superfluitas, vide intẽperantia.
Superſtitio. 644
Suſpicio. 645

T

Taciturnitas, vide Silentium.

Temeritas. 646
Temperantia. 648
Tempus. 649
Tentatio. 652
Teſtamentum. 655
Teſtimonium. 656
Timiditas, & Timor. 658
Timor Domini. 661
Tribulatio. 662
Triſtitia. 665
Turpitudo. 667
Tyrannis. 668

V

VAnagloria, vide Iactantia.
Vanitas. 671
Vaticinium, vide ſortilegium.
Venatio. 671
Venia. 672
Verbum vide ſermo.
Velocitas, vide Celeritas.
Verecũdia, vide Pudor
Veritas. 674
Veſtis. 677
Vicinitas. 678
Victoria. 679
Viduitas. 681
Vindicta. 682
Vinum. 683

Vio-

# INDEX


Violentia. 685
Vir, vide Homo.
Virginitas. 686
Virtus. 688
Viſus, vide lux
Vita. 692
Vitium. 696
Vltio, vide Vindicta.
Vnio, vide Concordia,
Vocatio. 699
Voluntas. 699
Voluptas. 70
Votum. 70
Vox, vide Sermo.
Vſura. 70
Vſus. 70
Vtilitas. 710
Vulgus. 711
Vulnus, vide infirmitas.
Vultus. 714
Vxor. 715


FINIS.

CA-

# CATALOGVS,

Tum librorum, ex quibus collectæ fuere, tum Auctorum, quorum ſunt ſententię, quę in hoc toto opere continentur.


A

*AEſopus.*
*Ageſilaus.*
*Alcuinus.*
*Aldus in Adagijs.*
*Alexander.*
*Alexander Aphrodiſeus.*
*D. Ambroſius.*
*Anacharſis.*
*Andreas Capellanus.*
*Andreas Gualterius.*
*D. Anſelmus.*
*Antigonus.*
*Ex Aphoriſmis.*
*Apocalypſis.*
*Ex Apophtematibus.*
*Apollonius.*
*Apuleius.*
*Ariſtophanes.*
*Archítas Tarentinus.*
*Ariſtotiles.*
*Aſtrolabius.*
*D. Athanaſius.*
*Auerroes.*
*D. Auguſtinus.*
*Aulus Gellius, & alij apud eundem.*
*Auſonius.*
*Auctor libri de moribus medicorum.*

B

*BAſilius.*
*Beda.*
*Bellinus Grãmaticus.*
*Beltrandus Hyconomica.*
*D. Bernardus.*
*Bias.*
*Bion.*
*Boetius.*

C

*CAESAR.*
*Caſarius.*
*Callimachus.*
*Cato Maior.*
*Cato Minor.*
*Caſſianus.*
*Caſſiodorus.*
*Chilon lacedęmonis.*
*D. Cyrillus.*
*D. Ciprianus.*
*Cicero.*


Cy-

*Cyreneus Theodorus.*
*Claudianus.*
*Cleobolus.*
*Cœlius Valerius.*
*Cœlius Calcagninus.*
*Columella.*
*Cornelius Gallus.*

D

*Demetrius.*
*Demoſtenes.*
*Diogenes Laertius, & alij apud eundem.*
*Diogenianus.*
*Deuteronomium.*

E

*Ecleſiaſticus.*
*Eccleſiaſtes.*
*Ennius.*
*Opicarmus.*
*Euripides.*
*Euſebius.*
*Exodus.*

F

*Facetus.*
*Fauſtus Poeta.*
*Focilides.*
*Franciſcus Petrarca.*
*Fulgentius.*
*Furius.*

G

*Galenus.*
*Gaufredus.*
*Geneſis.*
*Georgius Trapeſūtius.*
*D. Gregorius.*
*D. Gregorius Nazianzenus.*
*Gualterius de Caſtellione.*

H

*Henricus Samariſis.*
*Hermofreditus.*
*Herodotus.*
*Heſiodus.*
*Heliodorus.*
*Hieremias.*
*D. Hieronymus.*
*Hippocrates.*
*Hiſt. ſaxonia.*
*Homerus.*
*Horatius.*
*Hugo de S. Victore.*

I

*D. Iacobus Apoſtolus.*
*Iacobus Beneuentanus.*
*Iamblicus.*
*Innocentius.*
*D. Ioannes Cryſoſtomus.*

Ioan-

annes Picus.
b.
.Iſidorus.
ocrates.
lius Fulcus.
ſtinus.
uenalis.
riſperiti.

L

Actantius firmianus.
Aurentius Valla.
elius.
.Leo PP.
euiticus.
icurgus.
ſiacus.
iuius.
Lucanus.
D Lucas Euang.
Lucillus.
Lucretius.
Ludouicus Viues.

M

MAcrobius.
Manilius.
Marmellus.
Marſilius Ficinus.
Martialis.
D.Mattheus Apoſt.
Mattheus Vindocenſis.
Matthias Agricius.
Maximianus Epiſcopus.
Maximianus Paduanus.
Menander.
Montenarius.

N

NAtalis Comes.
Nemeoranus.
Numeri:

O

Ouidius.
Oſea.

P

PAmphilius.
D.paulus Apoſto.
panormitanus.
paulus Manutius.
periander Corinthius.
petrus Chryſologus.
petrus Bleſenſis.
petrus Lombardus.
petrus Rau.
petronius Arbiter.
philo.
phocion Athenienſis.
pittacus Mitylenens.
pius ſecundus pp.
plato.
platina, & alij apud eundem.

plan-

*plautus Numatius.*
*plautus.*
*plinius* Senior.
*plinius Iunior.*
*plutarchus, & alij. apud eundem.*
*pythagoras.*
*pontanus.*
*portus.*
*porphyrius.*
*priſcianus.*
*proclus.*
*propertius.*
*proſper.*
*prudentius.*
*publius Mimus.*
*ptholemeus philoſophus*

Q

*QVintilianus.*
*Quintilianus poeta.*
*Quintus Curtius Ruf-ſus.*

R

*RAbanus.*
*Ricardus Iudex Venuſinus.*
*Regum liber.*

S

*SAlomō in prouerbijs*
*Sabellicus Coccius.*
*Saluſtius.*
*Sapientia.*
*Secundus philoſoph.*
*Seneca.*
*Siluius Italicus.*
*Simachus.*
*Simonides.*
*Syneſius.*
*Sodiades.*
*Socrates.*
*Solinus.*
*Solon*
*Sofocles.*
*Speuſippus.*
*Statius.*
*Stoici.*
*Stobæus, & alij apud eundem.*
*Suetonius Tranquillus.*
*Summa Aur. Arm.*
*Summiſta.*

T

*TErentius.*
*Tertullianus.*
*Thales.*
*Themiſtocles.*
*Theophraſtus.*
*Theognis Græcus.*
*Theophilus.*

Tho-

Tum maximè fauor, & ambitio domi-
natur, cum ſub aliqua virtutis ſpe-
cie deliteſcit. *Plin.iun.lib.3.*
Ambitio virtuti, quam auaritiæ affi-
nior. *Saluſ.in coniur.Cat.*
Ambitio frequenter virtutis eſt cauſa.
*Quint.lib.5.*
Ambitioſi obſequiis conciliandi.
*Ar.ſt.apud Stob.*
Cupiditas felicitatem ſuam non intel-
ligit, quia, non vnde venerit, reſpi-
cit, ſed quò tendat. *Sen.ep.74.*
Effugere cupiditatem regnum eſt vin-
cere. *Idem in prou.*

Ambitio poſſidet omnia virtutum prę-
mia. *Aug.*
Ambitio homines cęcos reddit. *Chry.*
*ſup.act.Apoſt.hom.18.*
Ambitio hypocriſis mater. *Ber.ſer.5.*
*in Dom.Palm.*
Officium aliquando putatur ambitio,
*Hier.ad Salu.*
Ambitio latere vult. *Idem ep.126.*
Poteſtatis ambitio Angelum poteſtate
Angelica priuauit. *Idem in ſer.*

## *Amicitia vera.*

Amicitia eſt omnium diuinarum, hu-
manarumque rerum cum beneuo-

 lentia,

ſentia; & charitate ſumma conſenſio. *Cic. in Læl.*
Non poteſt eſſe iucũditas ſublata amicitia. *Idem pro Planco.*
Violare amicitiam hoc grauiſsimum crimen iudico. *Idem Philip. 2.*
Ea eſt iucunda amicitia, quam ſimilitudo morum cõiugauit. *Idem 1. off.*
Amicitiá, quid habeat voluptatis, carendo magis intelligimus, quàm fruendo. *Idem ad Quirit.*
Amicorum bona communia. *Idẽ 1 off.*
Amici noui veteribus non anteponendi. *Idem in Læl.*
Meipſum oportet ames, nõ mea, ſi verè amici futuri ſimus. *Idem 2. de fin.*
Omnium ſocietatum nulla præſtãtior eſt, nulla firmior, quam cum viri boni moribus ſimiles ſunt familiaritate coniuncti. *Cic. 1. off.*
Nihil autem eſt amabilius, nec copulatius, quam morum ſimilitudo bonorum. *Ibid.*
Amicitia abſentes adſunt, egentes abundant, imbecilli valent, & quod difficilius dictu eſt, mortui viuunt. *Idem in Læl.*
Perditiſsimi eſt hominis amicitiam diſſoluere, & fallere eum, qui læſus non eſſet, niſi credidiſſet.
*Idem*

*Idem pro Sex. Roſc.*
Amicitiis non eſt vtendum, vt floribus, tamdiù gratis, quamdiù recentibus. *Idem.*
Amicitia diuitiis melior. *Ariſt. top. 8.*
Beneuolentia nō eſt amicitia, ſed principiū amicitiæ, vnde ex beneuolentia cauſatur amicitia. *Idem Eth 4.*
Amicus vna eſt anima in duobus corporibus habitans. *Idem apud Diog. lib. 5.*
Amici potius eſt benefacere, quàm beneficium accipere. *Idem Eth. 9.*
Aetas, & educatio magni momenti eſt in amicitia. *Idem Eth. 8.*
Vera amicitia locorum interuallo minimè ſoluitur. *Ibid.*
Modium ſalis comedere oportet priuſ quàm veri amici cognoſcātur. *Ibid.*
In aduerſis nullum aliud habemus refugium, quàm amicorum. *Ibid.*
Amicitia indiget conſuetudine, & tempore. *Ibid.*
Viciſsitudo beneficiorum in amicitia eſt neceſſaria. *Plut. de amic.*
Amicis vſque ad aras eſt vtendum. *Idem de vict. verec.*
Libertas loquendi propria amicitiæ. *Idem de amic.*
Qui verus eſt amicus, nec omnia imi-

tatur,nec omnia laudat, ſed optima tãtùm. *Idem de diſcr.adul.& amic.*
Amicitiæ immortales eſſe debent; inimicitiæ mortales. *Ex Ouid.*
Nomen amicitiæ barbara corda mouet. *Idem 3.de Pont.*
Illud amicitiæ quondam venerabile nomen.
Præſtat, & in quæſtu pro meretrice ſedet. *Idem 2.de Pont.*
Donec eris felix, multos numerabis amicos.
Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris. *Idem 2.de triſt.*
Opta periculum non facere ex amicis. *Heſiod.apud Stob.*
Si vitæ præſtes omnia ſecunda,amicus ocioſa res eſt. *Quint.Declam.16.*
Vbi amici,ibi opes. *Idem lib.5.*
Amãdi nec multi,nec nulli. *Ex Ouid.*
Nullius boni eſt iucunda poſſeſſio ſine ſocio. *Sen.ep.6.*
Amici vitia ſi feras, facis tua. *Idem in prou.*
Poſt amicitias credendum, ante iudicandum. *Idem ep.3.*
Quid dulcius, quàm habere amicum quocum audeas, vt tecum loqui. *Idem l.b de mor.*
In pectore amicus, non in atrio quæritur;

tur; illic recipiendus,& illic retinendus. *Idem lib.6.de benef.*
Omnis amicus amat, ſed non qui amat,omnis amicus. *Martial.Epigr.lib.5.*
Ne eos nobis faciamus amicos, quorũ uita à noſtra diſſentit. *Eſop.*
Cum amico omnes cogitationes tuas miſce, fidelem ſi putaueris, facias. *Sen.1.epiſt.*
Tantum boni eſt in amicitia, vt ad eam rem perficiendam,Deorum,& hominum munera videantur concurrere. *Xenof.*
Idem velle, & idem nolle, ea demum firma eſt amicitia. *Saluſt.*
Amici fide parantur. *Idem.*
Amicus ab amico quod eſt iniuſtum, non debet petere. *Ex apoph.*
Amicorum nunquàm cuique hominũ ſatis fuit. *Saluſt.*
Is amicus eſt, qui in re dubia,re iuuat, vbi re opus eſt. *Plaut.in Epid.*
Ne expectes amicos, cũ tu agere poſſis. *Ennius apud Gell.& Eſop.*
Amicos ſecretè admone, palàm autem lauda.
Succurre paupertati amicorum,immò occurre. *Mim.Pub.*

Qui celat delictum, quærit amicitia: qui alteri ſermones repetit, ſepar fœderatos. *Sal. prou. cap. 1*

Vir amicabilis ad ſocietatem magis amicus erit, quã frater. *Idem cap. 1*

Ne dicas amico tuo vade, & reuerter & cras tibi dabo, cum ſtatim poſſ dare. *Idem prou. cap. 3*

Omni tempore diligit, qui amicus eſt & frater in anguſtiis comprobatu. *Idem prou. cap. 17.*

Graue malum, quod infligitur ben merenti; grauius, quod benè meri to; grauiſſimum, quod uenit ab amico. *Chry ſup. Matth*

Sinceris amicis utere, falſis abutere. *Idem ſup. Matth.*

Vera amicitia tantum, inter bonos ori tur, inter meliores profuit, inter opti mos confirmatur. *Caſſ. in quad. ep.*

Amicitia tantò certior eſt, quantò ue tuſtior. *Idem in quad. ep.*

Tantum diligo inimicum, qui nihil mihi mali facit, quantum amicum, qui mihi nihil proſit. *Idem.*

Habet uera amicitia nõnunq̃ obiurgatione, adulationẽ nunq̃. *Ber. ep. 24.*

Amicitia ſuperbiã neſcit. *Ambr. 3. off.*

Si quid in amico cognoueris, corripe oc-

occultè, ſi non audierit, corripe palàm; errantem amicum corrige, incorrigibilem deſere. *Ibid.*
Amico laudanti non eſt credendum, ſicut nec inimico detrahenti. *Aug. in pſal. 5.*
Amicitia inter eos eſſe nō pōt, qui ſunt moribꝰ diſſimiles. *Idē in lib. de amic.*
Primùm quidem amicus eſt eligēdus, deinde probandus, demùm admittendus. *Ibidem.*
Nūquā de amico iniq; ſētiamus, neq; de eo iniquè loquēti credamus. *Idē.*
Multi maiorum amicitias optarunt, & in maiora pericula inciderunt. *Idem in pſal. 131.*
In amicis ueris non res quæritur, ſed uoluntas. *Hier.*

*Amicitia ficta.*

Qui falſificant amicitiam, magis ſunt digni morte, quàm qui falſificant pecuniam. *Ariſt.*
Prauus nihil amicum habet; nec ad ſe ipſum, nec ad alium. *Idem eth. 4.*
In quibus nihil eſt commune, nec eſt amicitia, nec iuſtitia. *Idem eth. 8.*
Silēiū multas amicitias dirimit. *Ibid.*
Qui multos parant amicos nullius amici eſſe uidentur. *Idem eth. 9.*
Amicitia diſſoluitur, cū amicus altero

ſe digniorem exiſtimat. *Idem eth.8*

Adoleſcentium amicitia oritur à uoluptate. *Ibid*

Amicos res optimæ parant, aduerſa probant. *Pub. Mim.*

Niſi uterque amat, neuter amicus. *Plut. de amicit.*

Moleſta eſt in multos difuſa amicitia. *Socr.*

Graue eſt tunc ſentire, qui nõ ſint amici, cum amicis opus eſt. *Idem.*

Turpe quidem dictu eſt, ſi modò uera fatemur,
Vulgus amicitias utilitate probat. *Ouid 2 de Pont.*

Nullus ad amiſſas ibit amicus opes. *Idem 1. de Triſt.*

Amicus rarò acquiritur, & citò perditur. *Sen. in prou.*

Negociatio eſt, non amicitia, quæ ad commodum accedit. *Idem ep. lib. 2.*

Tardo amico nihil eſt quicquam nequius. *Plaut. in Pœn.*

Amicos res inuenit. *Idem.*

Amici multi, amic⁹ nemo. *Apud Diog.*

Nouæ dignitates ueteres ſolẽt amicitias immutare. *Caſſiod. in quad. ep.*

*Amor diuinus.*

Amor Dei eſt interna animæ dulcedo, qua anima lætitia perfuſa nimia, ſui oblita,

oblita, Deum ſuper omnia facit, eiq; toto cordis affectu coniungitur.

Amoris Dei ſuauitas experimento, & non ratione percipitur. *Ber. ſer. 67. de dilig.*

Diligere nos ipſos debemus propter Deum. *Idem de diligend. Deo.*

Accedendum eſt ad Deum, nō irruendum. *Idem ſup. cant.*

Qui verè diligit, credit, & ſperat. *Aug. in Henc. cap. 117.*

Amor Dei zelum parit; amor proximi manſuetudinem. *Idem ſer. 45.*

Dilectio eſt character diſcipulorum Chriſti. *Idem 3. confeſſ.*

Rectus amor metuit peccare, cupit perſeuerare, dolet in peccatis, gaudet in operibus bonis. *Idem.*

Amor verus eſt, ſi propter Deum amatur, quod amatur. *Idem lib. 4. conf.*

Amandus eſt Deus affectuosè, circumſpectè, dulciter, fortiter, & prudenter. *Idem in ſer. de tribulat.*

Neque enim poſſet quiſquam diligere Deum, ſi eum, quem diligit, non haberet. *Greg.*

Qui diligit Deum, & eius mandata custodit, in illius cor Dominus venit, & manſionem facit. *Idem.*

Nunquam Dei amor ocioſus eſt; ope-

ratur enim magna, ſi eſt; ſi verò operari renuit, non eſt amor. *Idem in hom.*

Amor Dei amorem proximi generat, & amorem proximi calefacit amor Dei. *Idem in hom.*

Perfecta dilectio excludit timorem. *Hier. ad Damaſ.*

Qui amat, quod non expedit, non amabit, quod expedit. *Xiſtus.*

*Amor indifferens.*

Amor eſt vinculum, quo duo inter ſe tenero affectu cordis vinciuntur.

Eſt amor, & rerum cunctis tutela ſuarum. *Valer. Flac.*

Vnus tantùm vitæ noſtræ cuſtos reperitur; qui quidem eſt amor. *Marſ. 3. ep.*

Sunt, qui neminem amant, niſi cum perdiderint. *Sen. ep. 36.*

Odit verus amor, nec patitur moras. *Idem.*

Amor omnia audet, & omnia tentare cogit. *Simph. in Amat.*

Amor in generoſa indole per virtutem in amicitiam deſinit. *Ibid.*

Amor eſt loquax, & in loquendo verboſiſſimus. *Ibid.*

Nulla non horâ ſomniamus, quod amamus. *Plaut.*

Quid

Quid non cogit Amor? *Virg.*
Hi magis accuſandi ſunt, qui amare diſſimulant, quàm qui nummos adulterantur. *Ar.9.Eth.cap.6.*
Mens amore occupata non eſt ſui iuris. *Plat.*
Suum cuiq; pulchrum. *Saluſt.*
Rex ſuus reginæ placet. *Idem.*
Sua cuique ſponſa videtur pulcherrima.
Nullus amat eum, qui ipſo non delectetur.

Amor eſt motus cordis ſecundum naturam. *Aug.de ſubſt.dilect.*
Non poteſt amor cum timore miſceri. *Idem.*
Amor ſpretus in iram conuerti ſolet. *Hier.in epiſt.*
Nemo poteſt aliquid obliuiſci, quod amat, aut retinere, quod odit. *Chry.*
Non eſt ſincerus amor, qui ſuſpitionis fęcem retinet. *Ber.*
Beneuolentiam conciliat malorum ſocietas. *Chryſ.*
Vix inuenitur dilectio, quæ non ſit quæſtuoſa, & venalis. *Caſſ.de amic.*

*Amor proximi.*

Multùm in amore fides multùm conſtantia prodeſt. *Prop.lib.1.Eleg.*

Amor, qui renuit operari, nõ eſt amor. *Ex varijs.*

Is verè conſtanter amat, qui iudicio amat. *Ouid.*

Amare poſſumus etiam neſcientes; amicitia autem eſt interſcientes. *Cic.*

Non eſt bonus amor, nec ſincerus, niſi quem conciliat virtus. *Ex apopht.*

Nihil eſt tàm durum, & ferreum, quod non amoris igne vincatur. *Aug. de mor. eccl. con. Manic.*

Non autem carnalis, ſed ſpiritualis inter nos debet eſſe dilectio. *Idem.*

Hominem enim vincis humana felicitate, Diabolum vincis inimici dilectione. *Idem.*

Omnem hominem fratrem tuum iudica eſſe; memento, quòd vnus artifex nos condidit. *Hier.*

Acquirit filium, qui fratrem acquirit amore. *Ambr.*

Diligendo autem proximum, in quo prodeſſe poſſumus, feſtinamus. *Iſid.*

Diligendo proximum, purgas oculos ad videndum Deum. *Idem.*

Bonorum diſcretio eſt non odere perſonas, ſed culpas, & recta pro falſis non ſpernere, ſed probare. *Idem.*

Proximum tuum habeto tanquàm vnum

vnum ex membris tuis. *Baſil.*
Nec Deus verè ſine proximo, nec proximus vere diligitur, ſine Deo. *Greg.*
Ille enim propter Deum diligit eos, quos diligit, qui etiam eos diligere ſcit, a quibus non diligitur. *Idem.*
Vis amoris hoc agere ſolet in animo, vt quæ ipſe ſemper cogitat, nullum alium credat ignorare. *Idem.*
Verus amor veritatem amat, veritate iudicat, pro veritate certat, & cum veritate opera conſumat. *Beda.*

*Amor venereus.*

Amor eſt cuiuſdam irrationalis cupiditatis exceſſus, qui velocem habet acceſſum, tardum autem diſceſſum. *Theop. apud Stob.*
Amantium iræ amoris redintegratio eſt. *Ter. in And.*
Quæ minimè ſunt pulchra, ea pulchra videntur amanti. *Theocr. in Idyl.*
Amor a corporis pulchritudine proficiſcens, mutabilis eſt, quoniam illa quoque mutatur. *Proclus de anim. & Demon.*
Amor eſt ebrietati ſimilis, facit enim calidos hilares, & diſſolutos. *Simph.*

Qui-

Quicunque fuit ille, puerum qui pinxit Amorem.
Nonne putas miras hunc habuiſſe manus?
Is primum vidit ſine ſenſu viuere amantes.
Et leuibus curis multa perire bona.
*Proper. de amor.*

Omnes humanos ſanat medicina dolores.
Solus Amor morbi non amat artificem. *Idem lib. 2. Eleg.*

Libertas quoniam nulli iam reſtat amanti.
Nullus liber erit, ſi quis amare velit.
*Idem.*

Errat, qui finẽ veſani quærit Amoris.
Verus Amor nullum nouit habere modum. *Ibid.*

Spiſſum iſtud amanti eſt verbum, veniet, niſi venit. *Plaut.*

Qui amat, ſi quod amat, habet, is ſatis habet ſibi. *Idem.*

Dulces amorum inſidiæ. *Idem.*

Amor in tempore vires capit, & paulatim totum hominem amplectitur. *Idem.*

Falſa dulcedine fouentur amantes. *Idem.*

Sæuus amor docuit natorum ſangui-

guine matrem.
Commaculare manus. *Virg. Egl. 8.*
Improbe Amor, quid non mortalia pe
ctora cogis? *Idem Aeneid. 4.*
Bellum ſæpè petit exitiale cupido.
*Idem de ven. & vin.*

*Quid plura canam?*

Vincit ſæuas cura nouercas. *Sen. in Hipp.*
Qui blandendo dulce nutrit malum.
Serò recuſat ferre, quod ſubijt iugũ. *Ibid.*
Nox, & Amor, vinúmque nihil mode-
rabile ſuadet. *Ouid. ſine tit. lib. 1.*
Non bene cum ſocijs Regna, Venuſq; manent. *Idem.*
Diuitijs alitur luxurioſus Amor. *Idem 7. de remed. amor.*
Hei mihi, quod nullis Amor eſt medi-
cabilis herbis. *Idem.*
Succeſſore nouo tollitur omnis Amor. *Idem remed. amor.*
Neſcio, quid ſit Amor, & Amori ne-
ſcio modum.
Sed ſcio, ſi quis amat, neſcit habere modum. *Idem.*
Centum fronte oculos, centum ceru-
ce gerebat.
Argus, & hos vnus ſæpè fefellit A-
mor. *Idem lib. 3. amor.*

Si neſcis, oculi ſunt in Amore duces.
*Idem.*
Qui benè dixit Amor, melius dixiſſet amarus.
Si benè nouiſſet, quid ſit amarus Amor. *Idem de remed. amor.*
Attenuant vigiles corpus miſerabile curæ.
Adducitque cutem macies. *Idem 3. Metam.*
Manat Amor tectus, ſi non abamente recedat.
Turbaque in hoc omnes ingenioſa ſumus. *Idem 2. de remed. amor.*
Sed quia delectat Veneris decerpere flores.
Dicimus aſſiduè, cras quoque fiet. *Idem. Ibid.*
Interea tacitæ ſerpunt in viſcera flammæ.
Et mala radices altius arbor agit. *Ibid.*
Quod iuuat exiguum, plus eſt, quod lędit amantes.
Proponantque animo multa ferenda ſuo. *Idem de art. aman. lib. 2.*
Facilè irato verbo mutantur amantes. *Idem.*
Difficile eſt longum ſubitò deponere amorem.

Diffi-

Difficile eſt, verum, quod lubet, effi-
cias. *Catul.*

Amantes de forma iudicare nequeũt, quia ſenſum oculorum præmit Amor. *Quint. lib. 6.*

Amor inuentionis cauſa. *Plin. lib. 5.*

Amor vacantium occupatio. *Diog. lib. 7.*

Amor natura ſurdus eſt admonenti. *Menand. apud Stob.*

Amor, ſi cogas, magis ſolet intendi. *Ibid.*

Nullus mortalium mẽdicans victum, amauit; ſed inter diuitias iuuenis Cupido agit. *Ibid.*

Amor otioſa res eſt, & inutilis ad opera. *Ibid.*

Amor muſicam docet. *Plato.*

Nullam inuenies, quæ parcat amanti. Ardeat ipſa licet, tormentis gaudet amantis. *Iuuen.*

Si ſit furtiuus, dulcior omnis Amor. *Facetus cap. 5.*

Militat in teneris annis amor hoſpes amœnus.
In canitiæ ridiculoſa Venus. *Plaut.*

Corporalis amor non eſt verus amor. Sed magis caſus à vero amore. *Dyonyſ. Areop. de Diu. Nom. c. 4.*

Amatores cum primum libidinem ex-

ple-

pleuerunt, collati beneficij eos pœnitet. *Prudent.*
Fœmina, quod prohibet cupit, & vult ſæpè rogari.

*Angelus.*

Angelus græcè, latinè nuncius. *Aug. de Trinit. lib. 2.*
Angelo noſtro debemus reuerentiam pro præſentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam pro cuſtodia. *Greg.*
Angeli aſtant orantibus, & credentibus. *Idem.*
Ante Chriſti aduentum Angeli ſe permittebant adorari, non autem poſt. *Idem in regiſtr.*
Angelus eſt prima creatura Dei. *Ibid.*
Angeli præſunt hominibus, Archãgeli præſunt Angelis. *Idem lib. 1. Dial.*
Sancti Angeli nos à Diabolo defendunt. *Idem in paſtof.*
Angeli quocunque mittantur, ſemper faciem Dei vident. *Ibidem.*
Angelus miniſter eſt Dei ad hominem. *Xiſt.*

*Anima, & Animus.*

Anima eſt actus primus corporis phyſici organici potentia vitã habentis. *Ariſt. lib. 2. de anim.*
Anima eſt principiũ, quo viuimus, ſentimus,

timus, & mouemur. *Idem de anim.*
Bona animæ proprijſſimè, & maximè dicuntur bona. *Idem ibid.*
Delectationes animæ ſunt cognoſcere creatorem, conſiderare opera cœlorum, & ſapientiam ſuam.
Ex deformi, humilique corpuſculo formoſus animus magnus exire poteſt. *Idem.*
Animo ægrotanti medicus eſt oratio. *Ex aphor.*
Miſerior eſt egeſtas animi, quàm corporis. *Ibidem.*
Corporis vigorem adimit ætas, animi vis ad extremam vſq; durat ętatem. *Ibidem.*
Habet animus quo ſe delectet, etiam occluſis ſenſibus. *Ibidem.*
Quod animo inſculptum eſt, niſi cum vita eripi non poteſt. *Ibidem.*
Animorum morbi ſunt cupiditates. *Ibidem.*
Animi domiciliũ eſt corpus. *Ibidem.*
Animus ſolus, nec cum adeſt, nec cum diſcedit, apparet. *Cato Maior.*
Non emitur nummis animus liber, & ſua ſorte contentus. *Sen. de Cupid. diui.*
Corpora curari poſſunt, animorum nulla eſt medicina. *Cic. 3. Tuſc.*
Vt

Vt oculus, ſic animus ſe non videns alia cernit. *Idem 1.Tuſc.*
Animæ finis eſt, vt Deo ſimilis fiat. *Proclus de anima.*
Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc, & illuc impellitur. *Ter.in Andr.*
Humani animi difficilis eſt coniectura. *Senec.*
Multis non animus, ſed vires deſunt. *Iuſtin.*

Anima quærens Deum, prę̨uenitur ab eo, vt quærat. *Ber.ſer.14*
Anima in carne, inter ſpinas verſatur. *Idem ſer.24.*
Anima à Deo derelicta plerunq; redire vult, & non poteſt, tanta eſt in reditu difficultas. *Idem ſer.38.*
Cadit animus, & inuenit, qui ſe ſubleuet, cadit anima, & non eſt, qui manum apponat. *Idem ſup.cant.*
Nobilem hoſpitem habet corpus, quē homo honorare debet. *Idem in apol.*
Quidàm venalem habent ánimam pro tenui argento. *Chryſ.*
Animæ nobilitas perpetuò cogitanda. *Idem ſuper Gen.hom.12.*
Anima luctu impedita, nihil ſani, nec audit, nec dicit. *Idem.*

Anima

Anima ſegnis continua admonitione indiget. *Idem ſup. Matth. hom. 4.*

Anima poſt Deum nihil melius. *Aug. de Hæreſ.*

Anima etiam peſſima, melior eſt optimo corpore. *Idem lib. 9. de Ciu. Dei. cap. 3.*

Animæ pinguedo eſt ſapientia. *Idem ſup pſal.*

Animæ pes eſt amor. *Idem ſup pſal. 9.*

Anima nihil minus vult, quàm falli. *Idem de Epic. & ſtoic. cap. 8.*

Animæ nihil propinquius carne. *Idem Epiſc. 21. cap. 103.*

Anima eſt infelix, ſi à ſuo corpore conſilium petit. *Idem in pſal. 145.*

Anima hominis, aut à Deo, aut à Diabolo regitur. *Idem ſer. 84. de temp.*

Animæ oculus mens. *Idem in ſolil. c. 5.*

Animæ, & corporis dulce conſortium. *Idem epiſc. 120.*

Animi motus, ſi non euelli, at præcaueri conuenit. *Ambr. off. 1.*

Animus auctor culpæ, caro vero miniſtra. *Idem ſup. pſal.*

Animus enim in corporis habitu apparet. *Iſid.*

*Animal.*

Animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. *Ariſt.*

Ani-

Animalia cuncta noſcunt ſibi ſalutaria, præter hominem. *Plin.ſen.li.29.*

Beſtiæ fame dominante, ad eum locum redeunt, vbi aliquando paſtæ ſunt. *Cic.pro Aul.Gel.*

Animal magni cordis, naturaliter eſt pauidum; parui verò eſt audacius. *Ariſt.de ani.12.*

Vniuerſis animantibus data eſt ratio; brutis tantum ad vitam tuendam, homini autem ad propagandam. *Lactan.*

In omnibus animalibus, quia ſapientia carent, conciliatrix ſui eſt ſapientia. *Idem lib.5.*

Senſus melior in brutis, quàm in hominibus. *Aug.de quant.anim.*

## *Antichriſtus.*

Antechriſtus erit Diaboli gladius. *Greg.*

In prædicatione Antichriſti; prædicatio, & patientia ſanctorum periclitabitur. *Idem 3.mor.cap.4.*

Tota virtus Diaboli in Antechriſto ſtringitur. *Idem 29.mor.cap.10.*

Sicut Chriſtus ſimplices, & idiotas elegit; ita Antechriſtus aſtutos, & duplices in fine mundi eliget. *Idem 3.mor.cap.11.*

*An-*

*Antiquitas.*

.ntiquitas eſt longus cum temporis priorum, tum annorum decurſus in illis, quæ nos præceſſerunt.

ntiquitas humana diuinis miſcuit. *Liu. 1. decad. lib. 1.*

Antiquis in rebus, ſi qua veris ſimilia, pro veris accipiuntur. *Idem 1. decad. lib. 5.*

eteribus ſtandum eſt, niſi quæ vſus euidenter arguit. *Idem decad. 4. lib. 4.*

ultò plura apud veteres reperiũtur, quę nobis probanda ſunt, quàm quę repudianda. *Colum.*

mnia per obitum fingit maiora vetuſtas.

aior ab antiquis nomen in ora venit. *Proper. lib. 4.*

ntiquitas non præiudicat veritati. *Aug. in quæſt. ex vtr. teſt.*

eteribus ſuo multa licuerunt ſeculo, quæ nunc non licent. *Idem 3. confeſ.*

ntiquorũ geſta nobis prophetię ſunt. *Greg. ſup. pſal. 7.*

*Apoſtolus.*

poſtolus eſt Dei nuncius ad ſalutem animarum miſſus.

octrinę ianua per Apoſtolos orbi pa-

tefacta

tefacta eſt. *Chry.ſup.Matth.hom. 16.*

Apoſtoli illiterati philoſophorum ora obturauerũt. *Idem ſup.gen.hom.28.*

Ebrij fuerunt Apoſtoli in die Pentecoſtes; non muſto, ſed ſpiritu ſancto. *Ber.ſup.cant.48.*

Nemo Apoſtolis pauperior fuit, nemo tantum pro Domino dereliquit. *Hier.in epiſt.ad exub.*

Apoſtolorum eloquia fuerunt eorum miracula. *Aug.de Ciu.Dei.*

Apoſtoli ſunt oculi Domini. *Idem in bened.Iacob.*

Multa tradiderunt Apoſtoli,quæ litteris non mandauerunt. *Idem de bapt. lib.7.*

Apoſtolorum honoratiores fuerunt. Petrus,Iacobus,& Ioannes. *Idem ſup. epiſt.ad Gallat.*

*Argumentum.*

Argumentum eſt quicquid quoquomodo rei dubiæ, de qua diſputatur, fidem facit. *Apud Iuriſc.*

Arguendo,& diſputando veritas inuenitur. *Ibidem.*

Optimus,& efficaciſſimus modus conuincendi aliquem eſt per retorſionem,& legem propriam. *Ibidem.*

In diſputationibus validius, & vrgentius

tius argumentum in finem ſeruandum eſt. *Ibidem.*

Sermones Sophiſtici facilius contradicuntur, quàm diſputantur. *Ariſt. phiſic.2.*

Manifeſta negare irreuerentia eſt. *Idem Rhet.2.*

Semper argumenta ex falſo petita ineptos, & abſurdos exitus habẽt. *Idẽ.*

Quæſtionis nulla neceſſitas, vbi fides eſt. *Chryſ. ſup. Matth. hom. 1.*

In diſputationibus ſine ſcripturarum auctoritate nihil temerè aſſerendũ. *Aug. lib. 2. cont. Pelag.*

In diſputationibus non eſt quærenda victoria, ſed bonum, & rectum. *Idem cont. Acad. lib. 3.*

Non diſputatio veritate, ſed veritas diſputatione requiritur. *Idem lib. 1. ſup. Geneſ.*

In diſputationibus tolle certamen, & pertinacem vincendi defenſionem. *Iſid.*

*Arma.*

Arma ſunt hominum inuentum ad vim alteri inferendam, vel ei reſiſtendum.

Non verbis vincuntur hoſtes, ſed armis. *Demoſt. Exod. 5.*

Conſiderati hominis eſt iure decertare; non armis contendere. *Cic. pro Cæcin.*
Parua ſunt foris arma, niſi ſit conſiliũ domi. *Idem 1. offic.*
Silēt leges inter arma. *Idem pro Mil.*
Exitus armorum ſemper incerti, & timidi. *Idem ad Attic.*
Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. *Idem 1. off.*
Enſem cinge nõ ad cædem, ſed ad tuitionem. *Phocil.*
Iure agere volentibus non opus eſt armis. *Ouid.*
Ferrum quidem, in quo homines interimuntur, optimum fuerat non fieri; factum tamen apud te nõ ſit. *Xiſtus.*
Vir armatus graui armatura ſeruus eſt armorum. *Eurip. in Herc. Fur.*
Arma armis irritantur. *Plin. iun. in paneg.*
Conſilio omnia prius experiri, quàm armis ſapientem decet. *Ter. in Eun.*

*Ars, & Induſtria.*

Ars eſt habitus quidam cum ratione vera facturus, circa contingentes, aliter ſe habere contingens. *Ariſt. 6. Eth. cap. 2.*
Vnuſquiſq; artifex diligit opus ſuum. *Idem*

*Idem Eth.2.*

Ars laborat circa fortunæ opem. *Idem de fort.*

Experientia artem facit; imperitia verò caſum. *Idem meth. 1.*

Artifex ſapientior eſt experto. *Ibid.*

Ars imitatur naturam in quantum poteſt. *Idem phiſic.2.*

Nemo poteſt de artificio rectè iudicare, niſi artifex. *Idem.*

Nulla ars literis ſine interprete,& ſine aliqua exercitatione percipi poteſt. *Idem.*

Quam quiſque nouit artem, in ea ſe exerceat. *Cic.5.Tuſcul.*

Meliora ſunt, quæ natura, quàm quæ arte perfecta ſunt. *Idem 2.de nat. Deorum.*

Nulla ars imitari naturæ ſolertiam poteſt. *Ibid.*

Artes virtutis ſunt magiſtræ. *Idem.*

Nauita de ventis,de tauris narrat arator, Enumerat miles vulnera,paſtor oues. *Proper.lib.2.Eleg.*

Quilibet ſua arte ſit contentus,cũ vbique ſit parata miſeria. *Eſop.*

Ex nimio artificio artifex cognoſcit artificem. *Ex. Apopht.*

Cito nata citò pereunt, diu elaborata ferunt ętatem. *Ibid.*

Conſuetum eſt vnumquemque in ea ſe arte exercere, in qua plurimum valet. *Ibid.*

Quæ naturæ deformia ſunt, plus habent & artis, & voluntatis in tabula. *Ibid.*

Artes bonæ vbique ſunt in pretio, nec poſſunt a fortuna eripi. *Ibid.*

Arte cedunt turres, arte leuatur onus. Et piſcis liquidis deprehenditur arte ſub vndis. *Pamph. cap. 3.*

*Quod medicorum eſt.*

Promittunt medici, tractant fabrilia fabri. *Hor. lib. 1. epiſt.*

Auaritiæ cauſa artes coluntur. *Plin. ſen. lib. 2.*

Omnes artes in meditatione conſiſtũt. *Veg. lib. 2.*

Omne, quod ars conſummauit, a natura duxit principium. *Quint. lib. 2.*

Non deſiderabis artifices, ſi naturam fueris ſecutus. *Sen. ep. 91.*

Infeliciter euenire ſolent, quæ tentantur inuita. *In Hiſt. Sax.*

Pauper, qui nullam didicit artem, non tutò viuere poteſt. *Apud Stob.*

Quod caret ratione, ars non eſt. *Plat. de Rhet.*

Ars multa perficit, quæ natura perficere non poteſt. *Auer. 2. phiſ. com. 33.*

Ars

s agit extrà,natura verò intrà. *Idem 2.phiſ.com.86.*

audent amans furto,permutat nauita merces.
Et vigil elapſas quærit auarus opes.
*Claud.lib.3.de partu Proſerp.*

rtem natura requirit. *Apud Stob.*

Quæ per ſe triſtitia ſunt,ea per ſe decet arte exhilarare. *Ex aphoriſ.*

Artis ſuæ neminem pudeat. *Chryſ. ſup.ep.ad Corint.hom.6.*

Ars infœcunda eſt ſine voce, & vſus temerarius eſt ſine arte. *Idem ſup. pſal.6.*

Artes nos docent moderari paſſiones. *Idem ſup.act.Apoſt.hom.26.*

Omnes artes inſtructione indigent. *Hier.*

Artes materijs poſteriores. *Baſil.in exam.*

Repugnante natura quælibet cedit induſtria. *Caſſ.ep.lib.4.epiſt.38.*

## *Auaritia.*

Auaritia vitium eſt animi, quo turpe lucrum ſectamur. *Ariſt.de virt.& vit.diuiſ.*

Auaritia, & luxuria omnia regna ſubuertunt. *Pub.Mim.*

Effugere cupiditatem,regnum eſt vincere.

Animalia cuncta noſcunt ſibi ſalutaria, præter hominem. *Plin. ſen. li. 29.*
Beſtiæ fame dominante, ad eum locum redeunt, vbi aliquando paſtæ ſunt. *Cic. pro Aul. Gel.*
Animal magni cordis, naturaliter eſt pauidum; parui verò eſt audacius. *Ariſt. de ani. 12.*

Vniuerſis animantibus data eſt ratio; brutis tantum ad vitam tuendam, homini autem ad propagandam. *Lactan.*
In omnibus animalibus, quia ſapientia carent, conciliatrix ſui eſt ſapientia. *Idem lib. 5.*
Senſus melior in brutis, quàm in hominibus. *Aug. de quant. anim.*

*Antichriſtus.*

Antechriſtus erit Diaboli gladius. *Greg.*
In prædicatione Antichriſti; prædicatio, & patientia ſanctorum periclitabitur. *Idem 3. mor. cap. 4.*
Tota virtus Diaboli in Antechriſto ſtringitur. *Idem 29. mor. cap. 10.*
Sicut Chriſtus ſimplices, & idiotas elegit; ita Antechriſtus aſtutos, & duplices in fine mundi eliget. *Idem 3. mor. cap. 11.*

*An-*

*Antiquitas.*

Antiquitas eſt longus cum temporis priorum, tum annorum decurſus in illis, quæ nos præceſſerunt.

Antiquitas humana diuinis miſcuit. *Liu. 1. decad. lib. 1.*

Antiquis in rebus, ſi qua veris ſimilia, pro veris accipiuntur. *Idem 1. decad. lib. 5.*

Veteribus ſtandum eſt, niſi quæ vſus euidenter arguit. *Idem decad. 4. lib. 4.*

Multò plura apud veteres reperiũtur, quę nobis probanda ſunt, quàm quę repudianda. *Colum.*

Omnia per obitum fingit maiora vetuſtas.

Maior ab antiquis nomen in ora venit. *Proper. lib. 4.*

Antiquitas non præiudicat veritati. *Aug. in quæſt. ex vtr. teſt.*

Veteribus ſuo multa licuerunt ſeculo, quæ nunc non licent. *Idem 3. confeſ.*

Antiquorũ geſta nobis prophetię ſunt. *Greg ſup. pſal. 7.*

*Apoſtolus.*

Apoſtolus eſt Dei nuncius ad ſalutem animarum miſſus.

Doctrinę ianua per Apoſtolos orbi patefacta

tefacta eſt. *Chry. ſup. Matth. hom. 16.*

Apoſtoli illiterati philoſophorum ora obturauerũt. *Idem ſup. gen. hom. 28.*

Ebrij fuerunt Apoſtoli in die Pentecoſtes; non muſto, ſed ſpiritu ſancto. *Ber. ſup. cant. 48.*

Nemo Apoſtolis pauperior fuit, nemo tantum pro Domino dereliquit. *Hier. in epiſt. ad exub.*

Apoſtolorum eloquia fuerunt eorum miracula. *Aug. de Ciu. Dei.*

Apoſtoli ſunt oculi Domini. *Idem in bened. Iacob.*

Multa tradiderunt Apoſtoli, quæ litteris non mandauerunt. *Idem de bapt. lib. 7.*

Apoſtolorum honoratiores fuerunt. Petrus, Iacobus, & Ioannes. *Idem ſup. epiſt. ad Gallat.*

*Argumentum.*

Argumentum eſt quicquid quoquomodo rei dubiæ, de qua diſputatur, fidem facit. *Apud Iuriſc.*

Arguendo, & diſputando veritas inuenitur. *Ibidem.*

Optimus, & efficaciſſimus modus conuincendi aliquem eſt per retorſionem, & legem propriam. *Ibidem.*

In diſputationibus validius, & vrgentius

tius argumentum in finem ſeruandum eſt. *Ibidem.*

Sermones Sophiſtici facilius contradicuntur, quàm diſputantur. *Ariſt. phiſic.2.*

Manifeſta negare irreuerentia eſt. *Idem Rhet.2.*

Semper argumenta ex falſo petita ineptos, & abſurdos exitus habẽt. *Idẽ.*

Quæſtionis nulla neceſſitas, vbi fides eſt. *Chryſ. ſup. Matth. hom.1.*

In diſputationibus ſine ſcripturarum auctoritate nihil temerè aſſerendũ. *Aug. lib.2. cont. Pelag.*

In diſputationibus non eſt quærenda victoria, ſed bonum, & rectum. *Idem cont. Acad. lib.3.*

Non diſputatio veritate, ſed veritas diſputatione requiritur. *Idem lib.1. ſup. Geneſ.*

In diſputationibus tolle certamen, & pertinacem vincendi defenſionem. *Iſid.*

## *Arma.*

Arma ſunt hominum inuentum ad vim alteri inferendam, vel ei reſiſtendum.

Non verbis vincuntur hoſtes, ſed armis. *Demoſt. Exod.51*

Conſiderati hominis eſt iure decertare; non armis contendere. *Cic. pro Cæcin.*
Parua ſunt foris arma, niſi ſit conſiliũ domi. *Idem 1. offic.*
Silēt leges inter arma. *Idem pro Mil.*
Exitus armorum ſemper incerti, & timidi. *Idem ad Attic.*
Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. *Idem 1. off.*
Enſem cinge nō ad cædem, ſed ad tuitionem. *Phocil.*
Iure agere volentibus non opus eſt armis. *Ouid.*
Ferrum quidem, in quo homines interimuntur, optimum fuerat non fieri; factum tamen apud te nō ſit. *Xiſtus.*
Vir armatus graui armatura ſeruus eſt armorum. *Eurip. in Herc. Fur.*
Arma armis irritantur. *Plin. iun. in paneg.*
Conſilio omnia prius experiri, quàm armis ſapientem decet. *Ter. in Eun.*

*Ars, & Induſtria.*

Ars eſt habitus quidam cum ratione vera facturus, circa contingentes, aliter ſe habere contingens. *Ariſt. 6. Eth. cap. 2.*
Vnuſquiſq; artifex diligit opus ſuum.
*Idem*

Idem Eth. 2.
Ars laborat circa fortunæ opem. *Idem de fort.*
Experientia artem facit; imperitia verò caſum. *Idem meth. 1.*
Artifex ſapientior eſt experto. *Ibid.*
Ars imitatur naturam in quantum poteſt. *Idem phiſic. 2.*
Nemo poteſt de artificio rectè iudicare, niſi artifex. *Idem.*
Nulla ars literis ſine interprete, & ſine aliqua exercitatione percipi poteſt. *Idem.*
Quam quiſque nouit artem, in ea ſe exerceat. *Cic. 5. Tuſcul.*
Meliora ſunt, quæ natura, quàm quæ arte perfecta ſunt. *Idem 2. de nat. Deorum.*
Nulla ars imitari naturæ ſolertiam poteſt. *Ibid.*
Artes virtutis ſunt magiſtræ. *Idem.*
Nauita de ventis, de tauris narrat arator, Enumerat miles vulnera, paſtor oues. *Proper. lib. 2. Eleg.*
Quilibet ſua arte ſit contentus, cū vbique ſit parata miſeria. *Eſop.*
Ex nimio artificio artifex cognoſcit artificem. *Ex. poſht.*
Cito nata citò pereunt, diū elaborata ferunt ętatem. *Ibid.*

Conſuetum eſt vnumquemque in ea ſe arte exercere, in qua plurimum valet. *Ibid.*
Quæ naturæ deformia ſunt, plus habent & artis, & voluntatis in tabula. *Ibid.*
Artes bonæ vbique ſunt in pretio, nec poſſunt a fortuna eripi. *Ibid.*
Arte cedunt turres, arte leuatur onus. Et piſcis liquidis deprehenditur arte ſub vndis. *Pamph. cap. 3.*

*Quod medicorum eſt.*

Promittunt medici, tractant fabrilia fabri. *Hor. lib. 1. epiſt.*
Auaritiæ cauſa artes coluntur. *Plin. ſen. lib. 2.*
Omnes artes in meditatione conſiſtũt. *Veg. lib. 2.*
Omne, quod ars conſummauit, a natura duxit principium. *Quint. lib. 2.*
Non deſiderabis artifices, ſi naturam fueris ſecutus. *Sen. ep. 91.*
Infeliciter euenire ſolent, quæ tentantur inuita. *In Hiſt. Sax.*
Pauper, qui nullam didicit artem, non tutò viuere poteſt. *Apud Stob.*
Quod caret ratione, ars non eſt. *Plat. de Rhet.*
Ars multa perficit, quæ natura perficere non poteſt. *Auer. 2. phyſ. com. 33.*

Ars

Ars agit extrà, natura verò intrà. *Idem 2.phiſ.com.86.*

Gaudent amans furto, permutat nauita merces.
Et vigil elapſas quærit auarus opes.
*Claud.lib.3.de partu Proſerp.*

Artem natura requirit. *Apud Stob.*

Quæ per ſe triſtitia ſunt, ea per ſe decet arte exhilarare. *Ex aphoriſ.*

Artis ſuæ neminem pudeat. *Chryſ. ſup.ep.ad Corint.hom.6.*

Ars infœcunda eſt ſine voce, & vſus temerarius eſt ſine arte. *Idem ſup. pſal.6.*

Artes nos docent moderari paſſiones. *Idem ſup.act.Apoſt.hom.26.*

Omnes artes inſtructione indigent. *Hier.*

Artes materijs poſteriores. *Baſil.in exam.*

Repugnante natura quælibet cedit induſtria. *Caſſ.ep.lib.4.epiſt.38.*

*Auaritia.*

Auaritia vitium eſt animi, quo turpe lucrum ſectamur. *Ariſt.de virt.& vit.diuiſ.*

Auaritia, & luxuria omnia regna ſubuertunt. *Pub.Mim.*

Effugere cupiditatem, regnum eſt vin-

cere. *Idem.*
In nullum auarus bonus, in ſe peſſimus. *Idem.*
Auarus, niſi cum moritur, nihil rectè facit. *Idem.*
Auarus ipſe miſeriæ cauſa eſt ſuæ. *Idem.*
Auaro quid mali optas, niſi vt diù viuat? *Idem.*
Non ſibi, non alijs prodeſt, dum viuit, auarus.
Et prodeſt alijs, & ſibi, dum moritur. *Mart. Coc.*
Rape, congere, aufer, poſſide, relinquendum eſt, ſolius temporis honeſta eſt auaritia. *Mart. lib. 8. Epig.*
Hydropico ſimilis, nunquàm ſatiatur auarus.
Infelix requie nocte, dieque caret. *Iacob. Beneuent.*
Duo ſunt, quæ maximè homines ad maleficium impellunt, luxuries, & auaritia. *Cic. ad Heren.*
Nemo tam firmum præſidium habuit, quod auaritia non infregerit, & debilitauerit. *Idem de Nat. Deorum.*
Nullum eſt vitium tetrius, præſertim in Principibus, quam auaritia. *Idem 2. off.*
Illi morbo, qui permanet inuenis, & in-

inhæret in viſceribus, nec inuetera-
tus euelli poteſt, nomen eſt auaritia.
*Idem 7. Tuſcul.*

Egens eſt, qui non ſatis habet, & cui nihil ſatis eſſe poteſt. *Idem Rhet. art. nou. lib. 5.*

Quis metus, aut pudor eſt properantis auari? *Iuuen. ſat. 14.*

Interea pleno cum turget ſacculus ęre,
Creſcit amor nummi, quantùm ipſa pecunia creſcit. *Ibid.*

Lucri bonus odor ex re qualibet. *Ibid.*

Nunquàm expletur cupiditatis ſitis. *Idem.*

Pecunia auaro ſupplicium eſt. *Idem.*

Negandi cauſa auaro nunquam deficit. *Sen. in prou.*

Auarus prius ſaccum, quàm animum implet. *Idem.*

Cupiditati nihil eſt ſatis; naturæ etiam parum ſatis eſt. *Idem de conſ. ad Alb.*

Pecunia non ſatiat auaritiam, ſed irritat. *Idem de mor.*

Quid non mortalia pectora cogis.
Auri ſacra fames? *Virg. 3. Aeneid.*

Tàm deeſt auaro, quod habet, quàm quod non habet. *Quint. lib. 8.*

Maxima pars hominum morbo iactatur eodem. *Hor. Sat. 3. lib. 2.*

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops,
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit venis, & aquoſus albo
Corpore languor. *Ibid. in Od. 2. lib. 2.*
Nullus argento color eſt auaris
Abdito terris, inimice lamnæ
Criſpe Saluſti, niſi temperato
Splendeat vſu. *Ibid.*
Creſcentem ſequitur cura pecuniam,
Maiorumque fames. *Idem lib. 3. ode 16.*
At bona pars hominum decepta cupidine falſi,
Nil ſatis eſt, inquit. *Idem ſat. 1. lib. 4.*
Ira, & cupiditas conſultores peſſimi. *Salust. in bell. iugur.*
Auaritia animum, & corpus effœminat. *Idem in coniur. Cat.*
Accipere ſi non eſſet, nullus eſſet malus. *Men. apud Stob.*
Quàm facile eſt auarum ſpe pecuniæ decipere. *Eſop.*
Auarus etiam Dijs molitur fallacias. *Idem.*
Nil auaro moleſtius. *Prop.*
Ambitio, & auaritia nullam neceſſitudinis vim habet. *Demoſt. 1. Olynt.*
Ad quid prodeſt multa quidem poſſidere, & nihil agere? *Alex. ſup. Plut. in apoph.*

Im-

Immenſa cupiditas voluntatem antecedit; ſuſpicio comitatur; pœnitentia ſequitur. *Marſ. in epiſt.*

Excuſatio auaritiæ eſt cumulare prò filijs. *Apol. apud Volat.*

Auarus non ſubſtantiam poſſidet, ſed ab ipſa poſſidetur. *Bion apud Diog.*

*Solus ferrum, mortemque timere.*

Auri neſcit amor. *Lucan.*

Poteſt enim quicquam eſſe abſurdius, quàm quò minus viæ reſtat, eò plus viatici quærere. *Cato Maior.*

Quem ſperamus futurum ſenem, qui in adoleſcentia tenax, atque auarus fuerit? *Cic. de ſenect.*

Cui *nihil eſt, 'quod* habet, nihil illum conſtat habere. *Pont.*

Auaritia omnis improbitatis eſt metropolis. *Demetr.*

Nihil eſt profectò moleſtius, quàm vicinus auarus.

Auaritia eſt immoderata habendi cupiditas. *Hugo.*

Auaritia eſt ſua illicitè retinere, & aliena concupiſcere. *Idem.*

Auari meretricibus ſunt peiores. *Chry. ſup. epiſt. ad hebr. hom. 15.*

Auarus fur eſt, & latro. *Idem hom. 11. ſup. ep. ad Theſſal.*

Auaris id accidit, quod manna colligentibus. *Idem ſup. ep. ad Corint. hom. 46.*

Auarus vbique inutilis. *Idem ſup. Matth. hom. 82.*

Auarus communis omniũ hoſtis. *Ibid.*

Impoſſibilia petit, qui cupiditatis terminos inuenire conatur. *Idem.*

Auaritia canis rabidus eſt. *Idem ſup. Matth. hom. 53.*

Auaritia inſatiabilis ebrietas. *Idem ſup. Gen. hom. 22.*

Auari ſemper pauperes. *Aug. 7. de Ciuit. Dei.*

Minus auaritiæ moleſtias patitur, qui diuitias non videt. *Idem de ſing. cleric.*

Auarus, antequam lucretur, ſe ipſum perdit, & antequàm aliquid capiat, capitur. *Idem in quod. ſer.*

Liberalitate vitia teguntur, nudantur auaritia. *Idem lib. conf.*

Auarus eſt inſatiabilis, cui nec totus mundus obolus eſt. *Idem.*

Non eſt morbus cupere, ſed cupidum eſſe. *Lact. lib. 6.*

Si autẽ non poſſumus relinquere propria, ſaltem non concupiſcamus aliena. *Greg.*

Auarus ſi potentiorem videt, timet rapto-

raptorem, ſi inferiorem, ſuſpicatur furem. *Idem in quod.ſer.*

Mens auari, quæ prius ex abundantia requiem quæſierat, poſtea ad cuſtodiam grauius laborat. *Idem 141 mor.*

Melius eſt videre, quod cupias, quàm deſiderare, quod neſcias. *Eccl.c.5.*

*Audacia.*

Audacia ſecuritas eſt, qua quis malũ, neque futurum, neque pręſens horreſcit.

Audentes forſque, venuſque iuuat. *Ouid.2.Faſt.*

In audaces non eſt audacia tuta. *Idem X.Metam.*

Audaciæ, & temeritati potius ferro, quàm nunquàm obuiandum. *Liu.2.decad.lib.4.*

Contemptum periculoſum aſſiduitas periclitandi dat. *Sen. de proſp.*

In dubijs multum valet audacia. *Idem in prou.*

Creſcit audacia experimento maximè. *Plin.iun.lib.9.*

Omnis audacia virium menſuram excedit. *Iſocr.apud Stob.*

Sapientiam iunctam habere audaciæ plurimum conuenit. *Ibid.*

Tu ne cede malis, ſed contra auden-

tior ito. *Virg.6.Eneid.*

Clauſis ex deſperatione creſcit audacia,& cum ſpei nihil eſt,ſumit arma fortitudo. *Veget.lib.3.*

Non vltra vires diſcant præſumere viles. *Verſif.Fab.Eſopi.*

Quoties abſque mente audeat homo, læditur, quoties verò cum mente, proficitur. *Plat.in Menon.*

Periculoſa eſt audacia,ſi vires non ſuppetant ſpiritibus. *Phocidid.*

Expenſio periculi reuocat hominem ab audacia. *Eſop.*

Audere non eſt ſapientis. *Cic.*

*Auditus.*

Auditus eſt functio animalis, qua mi-ringa mediante) rumores, voceſque omnes in debita proportione emiſſæ percipiuntur. *Ariſt.*

Qui libenter audiunt, & magis attendunt,& facilius credunt. *Quint. lib.8.*

Audiamus duplo, quàm loquamur. *Demoſt.apud Stob.*

Audiendum ſine ira. *Ibid.*

Aures magnæ,& erectæ vltra modum ſunt indices ſtultitiæ, & loquacitatis. *Ariſt.de anim. 1.*

Qualia dixeris, talia audies. *Homil. Iliad.lib.20.*

Au-

Auditus a turpitudine cohibendus. *Plaut.de aud.poet.*

Audiendi magis, quàm loquendi ſtudioſos eſſe oportet. *Cleo. apud Diog.lib.1.*

Acerba audire tolerabilius eſt, quàm videre. *Cic.fam.7.*

Abſentium ſermones tinnitu aurium percipiuntur. *Plin.ſen.lib.28.*

Aures tuas non omnibus committas. *Xiſtus.*

Audire non ſolùm debemus, ſed imitari. *Chry.ſup.ep.ad hebr.hom.6.*

Auditor in delitijs agens oſcitans eſt. *Idem ſup. Act. Apoſt.hom.46.*

Auditores beneuoli alacres reddunt prædicatores. *Idem ſup.Gen. hom.51.*

Ipſa etiam audire, etiam ſcientibus prodeſt. *Idem ſup.ep.2.ad Hebr.*

Facilè agitur, quod frequẽter auditur. *Iſid ſolil.lib.2.*

Auris enim verba probat, & guttur eſcas guſtu diiudicat. *Iob cap.34.*

Auris prima mortis ianua, prima aperitur & vitæ. *Ber.ſup.cant.ſer.22.*

Auris bona eſt, quæ libenter audit, vtilia prudenter diſcernit, & obedienter operatur intellecta. *Idem in epiſt.*

Au-

tior ito. *Virg.6.Eneid.*

Clauſis ex deſperatione creſcit audacia, & cum ſpei nihil eſt, ſumit arma fortitudo. *Veget.lib.3.*

Non vltra vires diſcant præſumere viles. *Verſif.Fab.Eſopi.*

Quoties abſque mente audeat homo, læditur, quoties verò cum mente, proficitur. *Plat.in Menon.*

Periculoſa eſt audacia, ſi vires non ſuppetant ſpiritibus. *Phocidid.*

Expenſio periculi reuocat hominem ab audacia. *Eſop.*

Audere non eſt ſapientis. *Cic.*

*Auditus.*

Auditus eſt functio animalis, qua miringa mediante) rumores, voceſque omnes in debita proportione emiſſæ percipiuntur. *Ariſt.*

Qui libenter audiunt, & magis attendunt, & facilius credunt. *Quint. lib.8.*

Audiamus duplo, quàm loquamur. *Demoſt.apud Stob.*

Audiendum ſine ira. *Ibid.*

Aures magnæ, & erectæ vltra modum ſunt indices ſtultitiæ, & loquacitatis. *Ariſt.de anim. 1.*

Qualia dixeris, talia audies. *Homil. Iliad.lib.20.*

Au-

Auditus a turpitudine cohibendus. *Plaut.de aud.poet.*

Audiendi magis, quàm loquendi ſtudioſos eſſe oportet. *Cleo. apud Diog.lib.1.*

Acerba audire tolerabilius eſt, quàm videre. *Cic.fam.7.*

Abſentium ſermones tinnitu aurium percipiuntur. *Plin.ſen.lib.28.*

Aures tuas non omnibus committas. *Xiſtus.*

Audire non ſolùm debemus, ſed imitari. *Chry.ſup.ep.ad hebr.hom.6.*

Auditor in delirijs agens oſcitans eſt. *Idem ſup. Act. Apoſt.hom.46.*

Auditores beneuoli alacres reddunt prædicatores. *Idem ſup.Gen. hom.51.*

Ipſa etiam audire, etiam ſcientibus prodeſt. *Idem ſup.ep.2.ad Hebr.*

Facilè agitur, quod frequẽter auditur. *Iſid ſolil.lib.2.*

Auris enim verba probat, & guttur eſcas guſtu diiudicat. *Iob cap.34.*

Auris prima mortis ianua, prima aperitur & vitæ. *Ber.ſup.cant.ſer.22.*

Auris bona eſt, quæ libenter audit, vtilia prudenter diſcernit, & obedienter operatur intellecta. *Idem in epiſt.*

Au-

Auditus ad meritũ, viſus ad prẹmium.
*Ibid.*
Secundum capacitatem auditorũ moderetur lingua doctorum. *Greg. in mor.*
Boni auditores verba non impugnant audita, ſed credunt. *Idem 10. mor.*
Audire volentis eſt, ſuſtinere nolentis. *Idem 15. mor.*

*Auxilium.*

Auxilium eſt expulſio mali, vel præſentis, vel imminentis. *Plat. in deff.*
Auxilium petendum ab omnibus; etiam ex inimicis. *Sal. in coniur. Cat.*
Nocere facile eſt, prodeſſe verò difficile. *Quint. lib. 8.*
Alteri viuas oportet, ſi tibi vis viuere. *Sen. ep. 43.*
Habet in aduerſis auxilium, qui in proſperis commodat. *Idem.*
Qui ſuccurrere perituro poteſt, cum non ſuccurrit, occidit. *Idem.*
Satius eſt prodeſſe malis propter bonos, quam bonis deeſſe propter malos. *Idem.*
Homo in adiutorium mutuum generatus eſt. *Idem 2. de ira.*
Manus manum lauat, & digitus digitum.

Digitized by Google

digitum. *Idem in Ludic,*

Nō placere pluribus,ſed prodeſſe multis eſt ſtudendum. *Idem.*

Regia (crede mihi) res eſt ſuccurrere lapſis. *Ouid.2.de Pont.*

Homo nequam, ſi quandoq; prodeſt,id efficit vi coactus. *Aeſop.*

Lãguor eget medico, ſolamine luctus, egeſtas ſubſidio. *Ganfr.in Poet.*

Quò ſe fortuna vertit, eò fauor omniũ inclinat. *Iuſt.lib.5.*

---

Adiuuare imbecillem, charitatis eſt, adiuuare verò potentem, elationis. *Greg.7.mor.*

Nullius ope indigere ſe putat,qui alteri ſuam negat. *Lact.lib.6.*

Si non poteſt alteri ſubueniri, niſi alter lædatur, commodius eſt neutrũ iuuare, quàm grauare alterum. *Ambr.de off.*

His fauemus frequentius,à quibus referendæ gratiæ vicem ſperamus. *Idem de off.cap.25.*

Auxilium diuinum per bonam vitam cõciliandũ. *Greg.ſup.gen.Hom.40.*

Age ſic aliud,vt tuum non obliuiſcaris negotium. *Caſſiod.in ep.*

Imprudens poſtulatio tempore neceſſitatis, & anguſtiæ, ab eo petere auxilium,

xilium,quem in proſperitate contẽpſeris. *Hier.*
In omni opere tuo auxilium Dei poſce. *Iſid.*

## B

### *Baptiſmus.*

BAptiſmus eſt meritò factus cum inuocatione Trinitatis. *Caſſ. ſup. Pſal. 5.*
Ante baptiſmum olim liberius peccabatur. *Aug. lib. 1. confeſſ.*
Baptizare poteſt laicus in neceſſitate. *Idem con. ep. Parm. lib. 2.*
Baptiſmus etiam rerum temporalium ſpe acceptus, regenerat. *Idem ep. 25.*
Baptiſmo vita reſpondeat. *Idem de fide, & oper. cap. 16.*
Baptiſmus omnia peccata mundat. *Idem ep. 50.*
Baptiſmi gratia nunquàm, niſi propria impietate amittitur. *Idem ep. 22.*
Baptiſmum legitimũ hæretici habent; ſed non legitimè. *Idem de Bapt. con. Donat. lib. 5.*
Baptiſmus propter fidem falſam non corrumpitur. *Idem de Vnit. Bapt.*
Baptizandi poteſtatem Dominus ſibi

tenuit,

tenuit, ſeruis miniſterium dedit.
*Idem in Euang. Ioan. tract. 5.*
Baptiſmus extra Eccleſiam eſſe poteſt, ſed non prodeſſe. *Idem ep. 50.*
Baptizare iterum eſt Chriſtum crucifigere. *Chry. de laud. D. Paul. Ho. 5.*
Baptiſmi dilatio periculoſa. *Idem ſuper act. Apoſt. hom. 1.*

## *Beatitudo.*

Beatitudo eſt bonum, quod ex omnibus bonis conſtat. *Plat. in diff.*
Beatus eſſe ſine virtute nemo poteſt. *Cic. de Nat. Deorum.*
*Beati dicuntur*, qui ſunt in bonis, nullo adiuncto malo. *Idem 5. Tuſc.*
Beatitudo in excelſo eſt, ſed volenti penetrabilis. *Sen. ep. 65.*

*-- Scilicet vltima ſemper.*
Expectanda dies homini eſt, diuq; beatus.
Ante diem nemo, ſupremaque funera debet. *Ouid. Metam. 2.*

Mortalium nemo beatus, ſed diuitiis affluentibus alius alio eſt felicior, beatus verò non. *Eurip. in Med.*

Poteſt homo inuitus amittere temporalia bona; nunquàm vero niſi dolens

lens perdit æterna. *Aug.*
Beatus ex ſe ipſo nemo eſſe poteſt. *Idem de ciu. Dei lib. 22.*
Beatitudo duplici modo tenetur, ſpe, & re. *Idem 10. conf.*
Beatitudo vera non eſt, de cuius æternitate dubitatur. *Idem lib. 2. de ciu. Dei.*
Facilius dicere poſſumus in vita æterna, quid ibi non ſit, quàm quid ſit. *Idem.*
Beati vidẽtes ſupplicia damnatorum, magis ſe ſentiunt debitores. *Greg. 33. mor.*
Cœlum ne curioſè ſcrutemur. *Chryſ. ſuper ep. ad Theſſal.*
Nulla Dei regno infirma ætas, nec fides grauatur annis. *Ambr. lib. 7. comen. in cap. 5. Lucæ.*
In gloria cæleſti mira ſerenitas, plena ſecuritas, æterna felicitas. *Ber. ſup. cant. ſer. 12.*
Beatitudo noſtra futura, non præſens. *Ambr. 1. off.*
Stella differt à ſtella in claritate. *Apoſt.*
Centuplo eſt arcta via eius, quàm creditur, larga verò verè timẽtib. *Greg.*
Quæ enim videntur, temporalia ſunt; quæ non videntur, æterna. *Idem.*
Bea-

Beatitudinem cupimus, priuſquàm, vbi ſit, intelligamus. *Aug.*
Væ væ vobis, qui ad cœlorum regni diuitiarum itinere feſtinatis. *Hier.*

## *Bellum.*

Bellum à beluis nomen habet. *Lud. Viu. 4. de Ciu. t. Dei.*
Locus optimus in bello eſt medius; quia fortes tenent locũ mediũ inter audaces, & timidos. *Ariſt. polit. 2.*
Nullum negotium periculoſius, quàm bellum. *Ex apoph.*
Error in bello mors eſt. *Ibid.*
Cibo, vinoque graues ad bellum non ſunt idonei. *Ibid.*
Bellum non niſi iuſtè ſuſcipiendum, imperiumque virtute partum, virtute tuendum. *Ibid.*
Tota belli fortuna pendet à uirtute, prudentiaque Ducis. *Ibid.*
Qui bellum ſuſceperunt, oportet per omnia ſeruire belli neceſſitatibus. *Ibidem.*
In bello aut uincendum, aut fortiter occumbendum. *Ibidem.*
Metus mortis in bello eſt res ignominioſa. *Ibidem.*
In bello plus habet momenti, quales ducas milites, quàm multos. *Ibid.*

In

In bello conſilia Principum ſunt celanda. *Ibidem.*

In bello non refert, quam multi ſint Duces, ſed quàm bello gerendo accommodati. *Ibidem.*

Non eſt turpe fugere quoties magis expedit hoſti dare locum, quàm conferre manus. *Ibidem.*

Congruens clamor magni refert in acie. *Liu.3.Dec.lib.10.*

Luxuria, & otio militaris diſciplina tollitur. *Idem lib.10.Dec.4.*

Euentus belli quaſi iuſtus iudex. *Idem lib.1.Dec.3.*

In bello diuitiæ magis oneri ſunt, quã vſui. *Aeſop.in fab.*

In expugnatione vrbis pauperes facilè fugiunt, diuites autem capiuntur. *Ibidem.*

Suſcipienda bella ſunt, vt in pace ſine iniuria viuatur. *Cic.1.off.*

Incertus eſt exitus, & anceps fortuna belli. *Idem Philip.3.*

Difficile eſt poſt pugnam inceptam aciem inſtruere. *Idem ad Marcel.*

Non ſolùm aduentus belli, ſed metus affert calamitatem. *Idem ſup.leg. Manil.*

Bellum ſeipſum alit. *Cat.apud Liu. lib.4.*

Nulla

Nulla fides, pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur, Venaleſq; manus, ibi fas, vbi maxima merces. *Lucan. lib. 7.*

Tria ſunt capita belli, rectè regendi, velle, reuereri, & obedire Ducibus. *Tucyd. apud Stob.*

Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes. *Virg. lib. 3. Eneid.*

Victori in manu eſt bellum mutare. *Sal. in Coniur. Cat.*

Bellum ex arbitrio ſumitur, non ponitur. *Ibidem.*

Bellorum cauſa dominandi libido. *Ibidem.*

Militaris diſciplina non tam ex libris, quàm ex acie diſcitur. *Idem de bello iugor.*

Cęſi in prælio inter victores numerandi. *Demoſt.*

Raræ felicitatis eſt multa prælia, eaq; proſperè gerere. *Idem ex arg.*

Non eſt cum hoſte confligendum, niſi occaſio obueniſſet, aut neceſſitas incidiſſet. *Val. Max. lib. 7.*

Procul à domo eſt pugnandum. *Plut. in apoph.*

Bellum ſtatuta non quærit. *Ibidem.*

Magna diſpoſitio eſt hoſtem vrgere fame. *Veg. lib. 3.*

In bello plus occaſio, quàm virtus iu-

uare

uare ſolet. *Ibidem.*
In expertis dulcis eſt pugna. *Ibidem.*
Nulla conſilia meliora ſunt, quàm illa, quæ ignorauit aduerſarius, antequàm facias. *Ibidem.*
In alijs rebus ſi quid erratum eſt, poteſt poſtmodum corrigi, præliorum delicta emendationē non recipiunt. *Ibidem.*
Cum conſilium tuum aduerſario proditum cognoueris, diſpoſitionem mutare conuenit. *Ibidem.*
In omni conflictu non tàm prodeſt multitudo, quàm virtus. *Idem de re milit. lib. 3.*
Melius eſt poſt aciem plura ſeruare præſidia, quàm latius militem ſpargere. *Idem lib. 3. tit. 26.*
Vtilius eſt erudire armis ſuos, quàm alienos mercede conducere. *Idem.*
Qui euentus optat ſecundos, dimicet arte, non caſu. *Idem.*
Diù bellum eſt præparandum, vt celerius vincas. *Senan Prou.*
Non dat tot pugna ſocios, quot menſa conuiuas. *Simēn. lib. 3.*
Sæpè in bello paruis momentis magni caſus intercidunt. *Cæſ. lib. 1. de bel. ing.*

Bel-

Bellum dicitur, quòd minimè bellum. *Aug. de Princ Dialect.*

Non quæritur pax, vt bellum exerceatur; ſed bellum geritur, vt pax acquiratur. *Idem ad Bon.*

Bellum etiam iuſtum deteſtandum. *Idem lib. 9 de Ciu. Dei.*

Bellis corruptos hominũ mores Deus emendat. *Idem lib. 1. de Ciu. Dei. cap. 1.*

Ars bellandi, ſi non præluditur, cum fuerit neceſſaria, non habetur. *Caſſiod. lib. 1 cap. 39.*

Militare non eſt delictum, ſed propter prædam militare peccatum eſt. *Idem de verb. Do.*

Non ſemper pendet ex viribus bellorum exitus. *Idem lib quæſt.*

Nullum bellum tam feliciter ceſſit, quin plus attulerit mali, quàm boni. *Ibidem.*

Bellantibus ſumptus debetur ab his, qui ſunt in pace. *Chry ſup. epiſ. ad Philipp. ſer. 4.*

Integros honor, lapſos dolor ad pugnandum incitat. *Cipr.*

Cogitationes conſilijs roborantur, & gubernaculis tractanda ſunt bella. *Prou. cap. 20.*

## *Beneficium.*

Beneficiũ eſt beneuola actio, tribuens, captanſque gaudium, tribuendo id, quod agit. *Aug. de diff.*

Melius apud bonos, quàm apud fortunatos beneficium collocari puto. *Cic. 2. off.*

Benefacta male locata malefacta arbitror. *Ibid.*

Beneficium, nec in puerum, nec in ſenem conferendum, in hunc, quia perit, antequàm gratiæ referendæ detur opportunitas, in illum, quia non meminerit. *Idem.*

Eſt liberale ſerere beneficium, vt metere poſſis fructum. *Idem.*

Semel dedit, qui rogatus; qui non, bis. *In Hiſt. ſax.*

Quod vi datum eſt, non putes beneficium, ſed prædam. *Ibid.*

Non obligandus, ſed remunerandus qui prior cœpit. *Pl. n. iun. lib. 7*

Antiquiora beneficia ſubuertis, niſi poſterioribus cumules *Idem lib. 3*

Non aurum, & argentum beneficium eſt, ſed tribuentis voluntas. *Plaut*

Aliquando gratius eſt, quod facilè quàm plena manu datur. *Idem*

Amicos

micos beneficijs foue, quò fiant amiciores; inimicis benefac, quò fiant amici. *Cleob.*
Qui beneficium inuenit, compedes inuenit. *Ariſt. Polit. 2.*
Viciſſitudo beneficiorum in amicitia neceſſaria. *Idem de amic. mult.*
Sæpè inſtanter flagitantibus damus, non quod dare velimus, ſed quod negare non valeamus. *Idem de diſput. Philoſ.*
Beneficia plura recipit, qui ſcit reddere. *Pub. Mim.*
Beneficium dare qui neſcit, iniuſtè petit. *Idem.*
Beneficium dignis vbi das, omnes obligas. *Idem.*
Beneficium dando accipit, qui digno dedit. *Idem.*
Beneficium accipere eſt libertatē vendere. *Idem.*
Qui dedit beneficium, taceat; narret autem recipiens. *Sen. lib. 5. de benef.*
Eodem animo debetur beneficiū, quo datur, quare negligenter dandum non eſt. *Ibidem.*
Demus beneficium, non fœneremur. *Ibidem.*
Non eſt beneficium, cui deeſt pars optima, ſ. datum eſſe iudicio. *Ibid.*

Illud beneficium iucundum eſt, & di in animo victurum, quod obuiam venit. *Ibidem*
Non tulit gratis, qui cum rogaret beneficium, accepit, nihil eſt enim carius, quàm quod precibus emitur *Ibidem.*
Sunt quædam impetrantibus nocitura, quæ non dare, ſed negare eſt beneficium. *Ibidem.*
Fraus eſt accipere, quod reddere nequeas. *Idem.*
Diligentius quidem quærendus eſt beneficij, quā pecuniæ creditor. *Ibid.*
Querela amiſſi beneficij non benè dati eſt argumentum. *Ibidem.*
Sæpè quod datur, exiguum eſt, quod autē ex eo ſequitur, magnum. *Ibid.*
Errat, ſi quis beneficium libentius accipit, quam reddit. *Ibidem.*
Non eſt beneficium, quod ad fortunā ſpectat. *Ibidem.*
Non poteſt beneficium manu tangi, ſed animo geritur. *Ibidem.*
Nō eſt beneficium, quod quęſtus cauſa datur. *Ibidem.*
Multi beneficia, quæ in amicos contulerunt, leuitate deſtruunt. *Colum. lib. 3.*
Quicquid ſine detrimento commoda-

ri

ri poteſt, id tribuatur etiam ignoto.
*Enn. apud Cic.*

Omnium beneficiorũ iſta natura eſt, vt non ſit neceſſitas, ſed poteſtas.
*Quint. Declam. 7.*

Beneficij accepti meminiſſe, dati obliuiſci oportet. *Ex apoph.*

Benefacta benefactis addenda, ne ſi deſinamus, aboleſcat priorum benefactorum memoria. *Ibid.*

Vno beneficio bene dato multorũ amiſorum damna ſaluãtur. *Mim. Publ.*

Si benè quid facias, facias cito; nam citò factum.

Gratum erit, ingratum gratia tarda facit. *Auſon. in Epigr.*

Cuius ſemper eges, rem nulli tradere debes. *Ver. fab. Aeſop.*

Nullus inuitus benefacit, etiam ſi bonum eſt, quod facit. *Aug. lib. 5. confeſ. cap. 11.*

Id piè, iuſtè, humaniterq; fit, quod ſine ſpe recipiẽdi feceris. *Id. lib. 6. medit.*

Beneficia non ſunt reuelãda, niſi cogat neceſſitas. *Chryſ. de laud. Monaſt.*

Beneficijs multis Deus etiã inuitos afficit. *Chry. ſup. ep. ad Colloſ. Hom. 10.*

Beneficia Deus in neſcios collocat plerunque. *Idem ſup. Gen. Hom. 46.*

Beneficia pauperibus, magis quàm diuitibus, eroganda. *Ambr. 1. off*

Libenter accipiẽdum eſt beneficium quod proſit danti. *Bern*

Verum beneficium nihil amplius præter affectum requirit. *Idem*

Quod merenti datum eſt, ius eſt, non beneficium. *Greg. in Euang. Hom 9.*

Beneficium exhiberi debet per pietatem, & bonum verbum per humilitatem. *Idem.*

Experientia didici, multò periculoſius eſſe malis benefacere, quam bonis. *Lacta t. lib. 6.*

Qui beneficium confert in amicum, vel conſanguineum, aut nullam, vel certè non magnam laudem meretur, quia facere tenetur. *Idem de vero cultu.*

Minus eſſet acceptiſſimum donum, niſi preceſſiſſet incommodum. *Caſſ. in Epiſt.*

Nõ eſt beneficium, quod præſtatur inuitis. *Idem Ep. lib. 1. cap. 39.*

*Blaſphemia.*

Blaſphemia eſt cum quadam irreligioſitatem conuitiorum iacula in alterum maledictio. *Hug. de S. vict.*

Blaſphematores noſtrum crucifixerũt Chriſtum. *Apoſt. ad Hebr.*

Mo-

Digitized by Google

ſos erat iudæis, cum aliquid blaſphe-miæ audiebãt, ſcindere veſtes. *Aug. ſup. Matth.*

Non minus peccant, qui blaſphemant Chriſtum regnãtem in cœlis, quam qui crucifixerunt ambulantem in terris. *Idem ſup. pſal.*

Blaſphemia eſt maior peccatum periuro, & homicida. *Apud ſumiſt.*

Blaſphemia eſt, cum Deo attribuitur, quod ei non cõuenit, vel cum ab eo remouetur, quod ei conuenit. *Ibid.*

Quid intereſt vtrum Deos neges, an infames? *Sen. ep. 124.*

*Bonitas.*

Bonitas *eſt affectio*, qua eligimus optimã. *Plat. in diff.*

Boni valde diuites non ſunt. *Idem de leg.*

Nullus malus lubens, nec inuitus bonus. *Idem de iuſt.*

Bonos beatos, improbos miſeros. *Cic. 5. Tuſc.*

Semper ità viuamus, vt rationem nobi reddẽdam arbitremur. *Idem act. in Verr.*

Bonis hoc maximè propoſitum eſt, vt malis diſpliceant. *In Hiſt Sax.*

Si vis eſſe bonus, primum crede, quod malus ſis. *apud Stob.*

Iucunda res eſt bonitas prudentiæ cõiuncta. *Men Ibid.*

Boni facile ſunt deceptui. *Ibid.*

Nemo bonus ſine Deo. *Sen.ep.4.*

Non eſt bonitas peſſimis eſſe meliorẽ. *Idem ep.22.*

Aliqui fiunt boni natura, aliqui conſuetudine, aliqui verò doctrina. *Ariſt.Eth.cap.2.*

Primus gradus bonitatis eſt in proximos, ſecundus in extraneos. *Tert.*

Bonus nunquam res turpes ſua ſponte agit. *Ariſt Eth.4.*

Immodica bonitas ſemper contemptũ parit. *Aug.*

Præſtat ſimplicem videri, quam improbum eſſe. *Idem.*

Probus vir ob loci infamiam non fit deterior. *Idem.*

Non ſunt verè probi, qui improbos nõ deteſtantur. *Idem.*

Bonum ſine malo eſſe poteſt; ſed non malum ſine bono. *Idem in Dialet. Quæſt.*

Conſuetudo enim boni vſum ueteris prauitatis amiſit. *Idem de Virg.*

Nõ ſunt omnia bona, quæ bona fiunt in-

intentione. *Idem cant. Mend. cap.* *27.*
Bona ſunt magis remuneranda, quam mala punienda. *Idem.*
Minus bonus eſt, qui tantum bonis bonus eſt. *Idem lib. 16. conf.*
Bona non ſunt bona, niſi bona fiũt intentione. *Idem.*
Bona externa quid proſunt homini ſine internis? *Idem in Euang. Matth.*
Bona terrena contra malum dominum tacita voce clamant. *Ibid.*
Mala mors putanda non eſt, quam bona vita præceſſerit. *Idem.*
Plerunque *ſcelerati feliciores ſunt, & boni miſeriores.* *Lactant.*
Bonos per malos erudit Deus. *Idem ſup. pſal. 73.*
Bona bona non *ſunt*, niſi benefiant. *Idem de ver. & falſ. pœnit. cap. 8.*
Bonorum ſalutem cuſtodit, qui malos punit. *Idem.*
Bonis datur conſilium, errantes coercet correctio. *Ambr.*
Bonus deſinis eſſe, vbi incipis nolle eſſe melior. *Ber. in Epiſt.*
Inter bonos bonum eſſe ſalutẽ habet, inter malos verò, & laudem. *Idem.*

Iuſtus, & ſapiens poteſt eſſe quis nimium, ſed bonus vltra modum non poteſt. *Idem.*

Non poteſt bonus non eſſe, qui malis diſplicet, nec is, qui bonis placet. *Idem.*

Nullum eſt bonum, niſi fuerit ſpontaneum. *Idem.*

In omni ſtatu, & conditione optimis admiſta ſunt peſſima. *Hier. ad Ruſt.*

Bonus malo ſic connectitur, vt aut pares reddantur, aut citò ad inuicem ſeparentur. *Chry. ſup. Matth.*

Boni nihil facere, eſt malum facere. *Idem ſup. ep. ad Epheſ. ſer. 8.*

Mali ſemper boni ſecurius viuunt in hoc ſæculo. *Idem.*

*Bonum.*

Bonum eſt, cuius contrarium eſt malum. *Ariſt. Rhet. 1.*

Bonum eſt, quod omnia appetunt. *Ibid.*

Illud eſt melius, quod optimo eſt propinquius. *Idem de Cœlo, & Mund. lib. 2.*

Bona non ſunt, quæ quis habeat, & miſerrimus eſſe poſſit. *Cic. 2. Tuſc.*

Tria ſunt genera bonorum maxima; prima animi, ſecunda corporis, ex-

terna

terna tertia. *Idem 3.Tuſc.*

Nihil bonum, niſi quod honeſtum; nihil malum, niſi quod turpe. *Idem Attic.lib.10.*

Quæ vulgo bona appellantur, non bona dicuntur. *Plat.2.de leg.*

Corporis bona propriè non ſunt bona. *Idem.*

Bonum eſt ſui ipſius diffuſiuum. *Boet.*

*Breuitas.*

Breuitas eſt, cum niſi neceſſarium aſſumitur verbum. *Cic.*

Sæpè res parum eſt intellecta longitudine magis, quàm obſcuritate. *Idem*

Breui orationi multum ineſt ſapiētiæ. *Soph.apud Stob.*

Breuiloquium ſilentio finitum eſt, & ideò commendabilius. *Lycurg. Ibidem.*

Breuitatem in hoc ponimus, vt non minus, nec plus, quàm oportet dicamus. *Quint.lib.4.*

Quicquid præcipies, eſto breuis, vt citò dicta.

Percipiant animi dociles, teneantq; fideles;

Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat. *Hor.de art.Poet.*

Orationis expedita breuitas eſt probanda. *Ex apoph.*

Nihil oratione melius,ſi parce promas linguæ theſaurum. *Ibid.*

Paucis opus eſt,& efficacib. *Sen.ep.38.*

Non minus deuita ſuperflua dicere, quàm contraria. *Idem.*

Oratio non longa, quæ eſt ordinata. *Pius 2.apud Plat.*

Non ſunt longa,quibus nihil eſt,quod demere poſſis. *Mart.lib.2.Epigr.*

In magna operis materia impoſſibile eſt aliquid perfectum breuiter exponi. *Priſc.in Proem.*

Iuniores breuitate gaudent. *Ibidem.*

Decipimur ſpetie recti;breuis eſſe laboro obſcurus fio. *Hor.de art.Poet.*

Breuis eſt in ſermonibus ſapiens. *Xiſtus.*

Quod per ſe rectum eſt, & vtile, non eget prolixa oratione. *Ex apoph.*

Conturbat audientem, quod frequenter dicitur. *Ibid.*

Omnia longa ſolent cunctis faſtidia ferre,

Quæ comprenſa breui ſunt,benè culta placent. *Iacob.Benen.*

Breuitas obſcuritatem parit. *Aug. lib.3.retract.*

Quod inter principium,& finem clauditur,breue eſt. *Idem.*

Breuem

Breuem ſermonem facit ſcientia. *Iſid. ſolil.lib.2.*

## C

### *Cæcitas.*

CÆcitas eſt oculorum, ſiue viſus priuatio.

Cæcus a natiuitate eſt ſapientior ſurdo, & muto. *Ariſt. de ſenſ. & ſentat.*

Hoc boni habet cæcitas, quod mala ſua non videt. *Quint. declam. 5.*

Cæcitas ipſa viſus præſtantiam commēdat. *Aug. 22. de Ciu. Dei. cap. 1.*

Cæci magis vident dormientes, quàm vigilantes. *Idem lib. 10. in Geneſ.*

### *Captiuitas.*

Captiuitas eſt corporis violenta ſubiectio, & voluntatis plena priuatio.

Captiuitatis neſcia eſt pudicitia. *Ambr. de Virg. lib. 3.*

Captiuitatis nulla maior calamitas, quàm ad aliam libidinem trahi. *Hier. in epiſt.*

Captiuitatis perſecutio reputatur ad martyrium. *Chry. de Aſcenſ. Do.*

### *Caro, & Corpus.*

Frons animi ianua, & oculi iudices animi. *Cic. de petit. conſ.*

Sic habe te non eſſe mortalem, ſed corpus hoc. *Idem de ſomn. ſcip.*

In prauis, ac malè diſpoſitis corpus dominatur animæ. *Ariſt. Polit. 1.*

Molles carne ſunt apti ad diſcendum. *Idem.*

Qui duri ſunt carne, mētè ſunt inepti, & contra craſſus venter mentē ſubtilem non parit. *Idem.*

Corpus indulgentia, atq; explemento, anima verò remiſſione, atq; labore conſeruatur. *Plut. de educ. lib....*

Contemptus corporis ſui certa libertas eſt. *Sen. ep. 66.*

Non enim deformitate corporis fędatur animus, ſed pulchritudine animi corpus ornatur. *Idem de tranq. animi.*

Sic nos gerere debemus, nos tanquàm propter corpus viuere debeamus., ſed tanquàm non poſſimus ſine corpore. *Idem ep. 14.*

Corporis bona facilè dilabuntur. *Sal. in coniur. Catil.*

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus.

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus.

Rem magnam præſtat Zoile ſi bonus eſt. *Martial.*

Nec

Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures. *Hor.ep.17.ad Lol.*

Facies non raro fallit.

Hoſtes hominis Chriſtiani ſunt facta carnis. *Aug.de cent.*

Caro iuſta lege repugnat ſpiritui. *Idem lib.3.de benef.cap.20.*

Carnis paſſiones duriſſimæ ſunt animo. *Idem de cant.cap.8.*

Inter corpus & animam nullum eſt medium. *Idem lib 37.quæſt.4.*

Corporis partium armoniam, & numerum, ut nemo inuenit, ità nemo ſatis admiratur. *Idem lib.22.de Ciu.Dei.*

Corporis noſtri præſentia Dei prouidentiam loquitur. *Ibid.*

Caro ſemper propoſitũ habet peccandi. *Chryſ.ſuper Matth.hom.16.*

Corporis uitia ſine animi dolore non ſunt. *Idem de Adam.*

Corpore molli reddito, & delicato, neceſſe eſt & animam participare ex corporis morbo. *Idem Hom.29.*

Carnis inſtitutio facilior, quàm reſtitutio. *Tert.*

Quocunque pergimus, nobiſcum inimicum portamus. *Hier.in ep.*

Corpus ſi nõ reficitur, vox ipſa ſubtrahitur.

hitur. *Greg. in Euang. Hom. 19.*

Hi frequenter maiores tribulationes ſuſcipiunt, qui carnis uoluptatibus delectantur. *Idem 18. mor.*

Corpus aggrauat animam, ne lumen circumſcriptum uideat. *Bern. ſup. cant. ſer. 26.*

Carne quieſcente, ſpiritus deficit, ea laborante, conualeſcit. *Ambr.*

Si enim ſecundum carnem uixeritis, moriemini. *Ad Rom. cap. 13.*

Sapientia carnis inimica eſt Deo. *Ad Rom. cap. 8.*

Geſtus corporis ſignum eſt mentis. *Iſid.*

*Caſtitas, Pudicitia.*

Pudicitia eſt impetum libidinis coercens non ſolùm, ſed & ſigna cohibens. *Sen. 4. de virt.*

Infida enim cuſtos caſtitatis neceſſitas. *Theoph. in aur. tract. de nupt.*

Illa uerè pudica eſt dicenda, cui licuit peccare, ſed noluit. *Ibid.*

Prima laus pudicitiæ matrimonialis eſt nulli notam eſſe, preterquàm ſuo uiro, cum quo cubat. *Ex apoph.*

Sat dotata uenit puella, quæ pudicitiã, & honeſtos mores ſecum affert. *Ariſtoph.*

*--Nulla reparabilis arte.*

Læſa

Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel.
*Ouid.epiſt.5.Heroid.*

Ante ait moriar, quàm ſit tibi copia noſtri. *Idem lib.3.Metam.*

Lis eſt cum forma magna pudicitiæ. *Idem ep.15.*

Vos quoque abeſſe procul iubeo, diſcedit ab aris,
Cui tulit heſterna gaudia nocte Venus. *Tib.lib.3.eleg.*

Probę mulieris nomen itidē, ac corpus domeſticis parietibus cōtinere oportet. *Tucid.apud Plut.de Clar.Mul.*

Pudicæ mulieris non concubitus modò, uerum nec oratio publica eſſe debet. *Eurip.in Andro.*

...æ ferè fœminæ incolumi pudicitia ſunt, quæ modeſta forma ſunt. *Hen. apud Gell.lib.2.*

...ontinentia ſuaderi poteſt, imperari non poteſt. *Apud iuriſp.*

...robatæ caſtitatis dicitur, qui nō manifeſtè apparet incontinens. *Ibid.*

...aſtitas eſt uirtus ſub iugo rōnis impetū libidinis refręnās. *Aug.de diff.*

...ec caſta ęſt, quæ metu cogitur, nec honeſta, quæ mercede conducitur. *Idem de Virg.*

Pudicitia uiolata nō obeſt, niſi animus con-

cõſentit. *Idē lib. 1. de Ciu. Dei c. 13.*
Pudicitia in diuite commendabilior.
*Idem in quaſt. ex vtr. teſt.*
Caſtitas conſpectu impudico perditur.
*Idem in ep. 109.*
Bona pudicitia coniugalis, ſed melior continentia uirginalis, uel uidualis.
*Idem de ſanct. Virg.*
Quid enim prodeſt, cui eſt continentia, ſi dominetur ſuperbia? *Idem ſer 57. ſup. Matth.*
Pudicitia coniugalis eſt donum Dei.
*Idem lib. 1. de nupt. cap. 3.*
Pudicitia neſcia eſt captiuitatis.
*Ambr. de Virg. lib. 3.*
Pudicitiæ comes verecũdia. *Idē 1. d*
Caſtitas etiã loci abolet infamiã, nõ lo cus infamat caſtitatē. *Idē 1. de vir*
Caſtitas nõ eſt magna ſine bono ope re, nec è cõtra. *Greg. in Euãg. Ho 1.*
Nec caſtitas ſine humilitate, nec humilitas ſine caſtitate ualet. *Idē mor. 2*
Qui de caſtimonia carnis ſuperbiun in immunditiam carnis cadere pe mittuntur. *Idem in mo*
Nulla enim caſtitas eſt, quam no commendat utilitas mentis.
*Idem in mo.*
Fama pudicitiæ in fœminis tenera eſt. *Hier. ad ſ*

Mi-

Minoris laboris eſt incognitam carnis cauere voluptatem, quàm reiicere iam cognitam. *Ber. ſup. Eſdr. lib. 4.*

Maius miraculum eſt de carne propria fomitem eradicare luxuriæ, quàm expellere immundos ſpiritus de corporibus alienis. *Bed. in coll. Patr. coll. Heſt.*

*Cauſa.*

Cauſa eſt, quæ id efficit, cuius eſt cauſa. *Cic. de fat.*

Non debemus quicquam agere, cuius non poſſimus cauſam probabilem reddere. *Idem 2. off.*

Sine cauſa, & principio impoſſibile eſt aliquid fieri. *Ariſt. Rhet. 1.*

Tunc ſcimus, cũ cauſas cognoſcimus. *Idem Polit. 1.*

Cauſa prior eſt illo, cuius eſt cauſa. *Idem Poſt. 16.*

Hi ſolum docent, qui cauſas de ſingulis dicunt. *Idem Metn. 1.*

Cauſam morbi ignorãs non poteſt curare morbũ. *Apud iuriſp. & Med.*

Deficiente cauſa principali, aut ſubſtãtiali deficit effectus. *Ibid.*

*Cautela.*

Cautio eſt euitatio mali, vel diligentia cuſtodiendi. *Plat. in diff.*

Qui a deceptione tutus eſſe vult, a ni-
mili-

militudine ſummopere debet cauere. *Ariſt.*
Iactura frequenter eſt hominibus doctrina. *Idem in fab.*
Vſus,& peritia nos reddunt in periculis cautiores. *Idem.*
Qui ſemel eſt lęſus fallaci piſcis ab hamo,
Omnibus vnca cibis ęra ſubeſſe putat. *Ouid.2. de Pont.*
Quiſquis ferrum neci præparat, ſic illud habeat, vt poſſit ſuum negare. *Quint.declam.2.*
Cęcum eſt humanum genus,etſi enim futura præuidet, non tamen, vt decet,ſibi cauet. *Apud Plat.*
Vẽturã melius præſagit nauita mortẽ,
Vulneribus didicit miles habere metum. *Prop.eleg.11.lib.3.*
Feliciter is ſapit, qui alieno periculo ſapit. *Plaut.in Mercat.*
Vbi plus eſt periculi, ibi maior adhibenda eſt cautio. *Ex apoph.*
Caſus dementis correctio fit ſapientis. *Ex Senec.*

Solus in illicitis non cadit,qui ſe à licitis caute reſtringit. *Greg.16.mor.*
Scabioſa ouis à caulis repellẽda. *Hier.*
Omnes ſumus in minimis cauti, in ma-

maximis negligentes, hoc enim fit, quia vbi vera vita ſit, ignoramus. *Idem.*

Reſpice in alieno exitio, quod paueſcas. *Iſid.*

*Celeritas.*

Celeritas eſt rei velocitas ad aliquid operandum.

Nihil ordinatum eſt, quod præcipitatur, & properat. *Sen.epiſt.ad Lucil. lib.5.*

Etiam celeritas (in deſiderio) mora eſt. *Idem in prou.*

In tumultu feſtinatio quoq; mora eſt. *Curt.lib.9.*

In nocte fugitiuus multum valet. *Eurip.in Rheſ.*

Nulla eſt celeritas, quę poſſit cum animi celeritate cōparari. *Cic.1.Tuſc.*

Non poteſt eſſe in eo ſuccus diuturnus, quod nimis celeriter eſt maturitatem aſſecutus. *Idem de Orat.2.*

In rebus bellicis celeritas magis ſolet prodeſſe, quàm virtus. *Veget.lib.4.*

Sat celeriter fit, quicquid ſatis bene fit. *Aug.Caſ.apud Tranq.*

Nimium feſtinata non ſunt diuturna. *Aeſop.in fab.*

Canis feſtinās cęcos parit catulos. *Vlp.*

Melius eſt occurrere in tempus, quàm

poſt

poſt exitum vindicare. *Apud*
*riſc.*

Animæ cupienti nihil ſatis feſtina
*Ber. ſer. 75.*
Feſtinetur, vt habitemus ſine m
abundemus ſine defectu, & ep
mur ſine faſtidio. *Idem ſer*
Etiam quod tempore acceleratu
ſiderio tardum videtur.
*ep. 68.*

*Charitas.*

Charitas eſt actio rectitudinis oc
ſemper habens ad Deum.
In charitate pauper eſt diues, & ſ
charitate omnis diues eſt paupe
*Idem de laud. char.*
Radix omnium bonorum charita
omnium malorum cupiditas.
*Hom. 7. ſup. Ioan.*
Semper habet, vnde det, cui ple
eſt pectus charitates. *Idem ſup.*
*35.*
Tanta eſt charitatis virtus, quæ ſ
ſit, fruſtra habentur cętera; ſi a
rectè habentur omnia. *Id*
Charitas ſine fide langueſcit. *Idem*
*1. de Doctr. Chriſt.*
Charitas eſt radix, fructus ſunt op
*Idem ſup. pſ. l. 41.*



Digitized by Google

n charitate multa ſunt agenda, quæ non ſunt præcepta. *Idem de adult. coniug. cap. 14.*
Charitas prius infirmos, quam fortes reſpicit. *Idem ep. 158.*
Habere omnia ſacramenta, & malus eſſe poteſt, habere autem charitatem, & malus eſſe non poteſt. *Idem de laud. Chriſt.*
Reſpexit ad Abel; & ad munera eius. *Gen. cap. 4.*
Reſpiciam vos, et faciam vos creſcere. *Leuit. cap. 26.*
Charitas id poteſt, quod natura negat. *Chry. ad Pop. Antic. Hom. 50.*
Charitas languet peccatis multiplicatis. *Idem ſup. pſal. 30.*
Non memini me legiſſe mala morte mortuum qui libenter opera charitatis exercuit. *Hier. in ep. ad Nepot.*
Contra charitatem nemo poteſt præcipere. *Thom.*
Charitas omnia ſuffert, omnia implet. *Apoſt.*
Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat? *Luc. 12.*

*Chriſtianus.*

Chriſtiani ſunt membra Chriſti. *Greg. in Reg.*
Non quæritur in Chriſtianis initium, ſed

ſed finis. *Idem 18. mor.*
Chriſtianus à bono opere ceſſans, vix ſe excuſabit apud Dominum. *Hier. in Euang. Hom. 18.*
Chriſtiani non pugnando, ſed morien do vincũnt. *Aug. ep. 42.*
Chriſtianus non generatur ſed fit. *Idem lib. quæſt. ex vtr. teſt.*
Falſis Chriſtianis nihil periculoſius. *Idem ſup. pſal. 53.*
Per malos Chriſtianos nemo ſe excuſare poteſt, ne fiat Chriſtianus. *Idem ſup pſal. 25.*
Nec captiuitas Chriſtianis nocet, quoniam illic Dominũ ſuum inueniũt. *Idem lib. 5. de Ciu. Dei. cap. 14.*
Chriſtianorum dignitas non in terra, ſed in cęlo poſita eſt. *Idem lib. quæſt. ex vtr. teſt.*
Chriſtianus nemo dicitur rectè, niſi qui Chriſto moribus (prout valeat) coęquatur. *Max. in ſer. de Nat. Deorum.*

*Cibus.*

Non prodeſt corpori cibus, qui ſtatim ſumptus emittitur. *Sen. ep. 1*
Turpe eſt ſtomachi ſui non noſſe men ſuram. *Idem ep. 83.*
Copia ciborum ſubtilitas animi impeditur. *Idem ep. 15.*

Natura

Natura ventrem non delectari vult; ſed impleri. *Idem ep.120.*

Ventri obedientes animalium numero computantur, non hominum. *Idem ep.61.*

Vna ſylua pluribus elephantibus ſufficit; homo verò paſcitur vix terra, & mari. *Idem ep.7.*

Multos morbos fercula multa ferunt. *Idem.*

Hora prandendi eſt diuiti, quando vult, pauperi, quando poteſt. *Diog. apud Laert.*

*Interius ſi attendas.*

Magis illa iuuant, quę pluris emuntur. *Iuu. ſat.11.*

Cibus ſimplex vtiliſſimus. *Plin. ſen. lib.6.*

Cibum ſomno concoquere corpulentiæ prodeſt. *Idem lib.24.*

Cibo homo maximè perit. *Idem li.23.*

Venter imperioſa corporis pars eſt. *Hom. Odiſſ lib.11.*

Cibus, vt famis cõdimentum ſumitur. *Plut. in Conu.5.ſap.*

Ex carnium numero dulciores illæ habentur, quæ non ſunt carnes, ex piſcibus, qui non ſunt piſces. *Idem de tuend. bon. valet.*

Aedificant homines tanquàm immortales,

tales, & obſonant tanquàm parum victuri. *Apud eundem.*

Cibi condimentum eſt fames, potionis ſitis. *Cic.2.de fin.*

Iucunditas victus eſt in deſiderio, non in ſatietate. *Idem 5.Tuſcul.*

Vitium ventris & gutturis non ſolum ætatem minuit, ſed etiam aufert. *Idem pro Marc.Cœl.*

Victus, cultuſq; corporis ad valetudinem referantur, & ad vires; non ad voluptatem. *Idem 2.off.*

Cum optimis ſatiati ſumus, varietas etiam ex vilioribus grata eſt. *Quint. lib.10.*

Guſtus mercatum inuitat. *Eurip. in Cyclop.*

Tantum cibi, & potionis adhibendum eſt, vt reficiantur vires, non opprimantur. *Cato Maior.*

Quod eſt modicum, citò digeritur. *Ariſt.de anim.27.*

Cibus non qui plurimus, ſed qui ſuauiſſimus eligitur. *Epic.apud Diog. lib.10.*

Omne poculum tibi ſuaue ſit, quod ſitim extinguat. *Xiſtus.*

Familiam groſſo cibo, non delicato nutrias. *Beltr.ind.yconom.*

Non

Non cibus, ſed luxus vituperandus. *Aug.cont.Manich.*

Cibus immodicus & animæ, & corpori nocet. *Idem de ſalu.Doct.cap.35.*

Cibus omnis cum gratiarum actione ſumenſus. *Idem in confeſſ.*

In cibis hæc mihi menſura tenenda videtur, vt nec contra honeſtatem, nec contra neceſſitatem ſumatur. *Idem de didaſc.monaſt.*

Cibus in ore, & pſalmus in corde ſapit. *Ber ſup.cant.ſer.8.*

Cibo indigeſto comparatur ſcientia ſine operibus. *Idem ſup.cant.ſer.36.*

Non cibus, ſed appetitus in vitio gulæ eſt. *Greg.lib.3.mor.*

Cibus animæ ſermo Dei. *Idem ſup.1.Reg.*

Quantò auidior appetentia, tantò eſca iucundior. *Ambr.de el.& Ieiun.*

*Ciuitas.*

Ciuitas eſt domorum pluritas, agro, & pecunijs ſufficienter abundans ad benè viuendum. *Ariſt.Oecon.6.*

A mulieribus malè regitur ciuitas. *Idem eth.2.*

Magnæ Ciuitates magis ſunt in ſeditione, quàm paruæ, quia ibi remedium eſt multum. *Idem Polit.4.*

Sine Principibus impoſſibile eſt eſſe Ciuitatem. *Ibidem.*
Vbi præſes eſt philoſophus, ibi ciuitas erit felix. *Idem eth.2.*
Melius eſt ciuitatem regi à viro optimo, quàm à lege optima. *Idem. Polit.3.*
Ciuitas optima nunquàm permittit artificem eſſe ciuem. *Ibid.*
Ciuitas in ſeditione non poteſt eſſe beata. *Cic.de fin.*
Nulla magna Ciuitas quieſcere diù poteſt, ſi hoſtem foris non inuenit, quærit domi. *Liu.lib.10.declam.3.*
Ciuitas non eget mænibus, quæ iuuentutem alit bellis idoneam. *Ex apopht.*
Vnius imperium liberis ciuitatibus, præſertim timendum. *Dem.in arg. lib.*
Vrbes, & regiones in medio potētium ſitæ, materiæ ſunt bellorum. *Ibid.*
Optima mihi videtur ciuitas, in qua omnes non minus legem, quàm tyranum timent. *Bias.apud Plut.*
Vt ciuitas benè regatur; aut philoſophos regnare oportet, aut Reges philoſophari. *Plat.de Rep.*
Sint æquali honore aduenæ inter ciues. *Facil.*

Magni

Magni refert, quàm fortes viros habeant ciuitates, quàm multos. *Plut.*
Si incolæ benè morati ſunt, benè munitum eſt oppidum. *Ageſ. apud Plut.*

Ciuitas eſt hominum multitudo aliquo ſocietatis vinculo coniuncta. *Aug.lib.x.de Ciu.Dei.cap.6.*
In ciuitate concordia, idem quod harmonia in muſica. *Idem lib. 2. de Ciu.Dei.cap.22.*
In benè ordinata ciuitate etiam carnifex ſuum locum tenet. *Idem lib.2. de ord.cap.4.*
Ciuitati nihil tam inimicum, quàm iniuſtitia. *Idem lib.2.de Ciu.Dei.*
Ciuitates quò maiores, eò deteriores. *Chry.de orat.Do.*
Benedictione iuſtorum exaltabitur ciuitas, & ore impiorum ſubuertetur. *Prou.cap.11.*
Iuſtus vir murus æneus eſt patriæ. *Ambr.de Abr.*

*Cogitatio.*

Cogitatio eſt mentis ſtudioſa volutatio circa aliquid agendum.
In omnibus quid tempora petant, aut perſonis dignum ſit, ſemper conſiderandum. *Cic.2.de inuent.*

Docto homini, atque erudito, cogitare, eſt viuere. *Idem 4. Acad.*
Nulla res magis prodeſt, quàm cogitatio mortalitatis. *Sen. lib. 3. de ira.*
Homines aut mortalitatem ſuam, aut immortalitatẽ cogitare debẽt. *Idẽ.*
Cogitatio actionis eſt fons. *Chryſip. apud Stob.*
Antequàm domo quis exeat, cogitet, quid acturus, cum redierit, quid egerit. *Plut. apud Diog.*
Et quæ lõgè abſunt, & quæ propè sũt, cogitare debemus. *Eurip. in Hop.*
Apud mortales alteræ cogitationes sẽper ſapientiores ſunt. *Ibid.*
Primus metus adimit conſilium, recogitatio verò addit confidentiam.

Cogitatio eſt improuidus animi reſpectus ad euagationem pronus. *Hug. ſup. pſal.*
Reuela Dño opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ. *Prou. cap. 16.*
Cogitationes conſiliis roborantur. *Ibidem cap. 20.*
Multæ cogitationes in corde viri, voluntas autem Domini in æternum permanebit. *Ibidem cap. 19.*
Frequens cogitatio carnis eſt afflictio. *Eccl. cap. 12.*

Pec-

Peccati cognitio contraria cogitatione diſſoluitur. *Chry. ſup. Matth. Ho. 7.*

Conſideratio quærat, quod ſermo non expedit. *Ber. de conſ. lib. 5.*

Cogita vndè venis, erubeſce vndè ſis; ingemiſce quò vadis, & contremiſce. *Idem in prim. medit.*

Cogitationes noſtræ non ſunt in poteſtate nr̃a. *Aug. lib. 4 cont. ep. Petil.*

Cogitationes turpes cuitare non poteſt, qui honeſtatem non habet. *Greg. ſup. 1. Reg.*

Ante oculos Dei non tranſuolaret cogitationes noſtræ, & nulla momẽta temporis per annum tranſeunt ſine ſtatu retributionis. *Idem 20. mor.*

Tam longè mens à neceſſariis ceſſit, quantò inania latius cogitat. *Idem 2. mor.*

Quocunque tempore non cogitaueris Deum, puta te illud tempus perdidiſſe. *Caſſ. ſup. pſal.*

In ipſo cogitationis initio reſiſte, & euades cætera. *Iſid.*

Non enim poteſt corpus corrũpi, niſi prius corruptus ſit animus. *Idem.*

*Cognitio.*

Cognitio eſt qualitas luminoſa intelle ctui aduenies, ſecundum quam aliquid cognoſcit, qđ prius neſciebat.

Cognoſcens age. *Sodiud.*
Difficile eſt in voluptatibus ſe bene noſcere. *Demetr. Phaler.*
Vnuſquiſque benè iudicat, quæ cognoſcit. *Ariſt eth. 1.*
Multi enim multa ſciũt, & ſeipſos neſciunt, cum tamen ſumma philoſophia ſit cognitio ſui. *Idem.*
Caput eſt in omni negotio, noſcere quid agendum. *Colum lib. 1.*
Multò ad rem magis pertinet, qualis tibi videaris, quàm aliis. *Sen ep. 29.*
Initium ſalutis eſt cognitio peccati. *Idem ep. 28.*
Omnibus quidem innata eſt cupiditas, & cognoſcendi, & innoteſcendi. *Plut. de tuen. bon. valet.*
Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas. *Virg. 2. Georg.*
Magis cogitandum ſit, quid nobis deſit, quàm quid nobis adſit. *Hier.*

*Comparatio, & ſimilitudo.*

Comparatio eſt rei vnius cum alia, ex aliqua ſimilitudine collatio. *Cic.*
Duo nos maximè mouent, ſimilitudo, & exemplum. *Idem ad Quint. Fr.*
Similis ſimili hæret. *Antig. apud Plut.*
Multa ſunt eadem, ſed aliter. *Quint. lib. 2.*
Nihil in rebus humanis natura voluit eſſe

eſſe tam ſimile, quod non aliqua proprietate ſecerneretur. *Idem Decl 2.*

Comparatio aliarum felices etiã quaſdam miſerias facit. *Idem Decl. 5.*

Signis opus eſt apud non intelligentes. *Plin. iun. lib. 2. ep.*

Simile dicitur, quod concordat in multis, licet in vno diſcrepet.

Bona clareſcunt, cum fuerint malis comparata. *Ber. in ep.*

Fœda admota pulchris pulchriora reddunt pulchra, & magis fœda redduntur. *Aug. lib 2. Solil.*

Sub dictione Falſitas, vel Mẽdacium.

Fingimus aliquandò ſine mendacio. *Idem lib. 2. quæſt. Euang. quæſt. 50.*

*Concilium.*

Concilium eſt multorũ hominũ congregatio ad aliquid decernendum.

Concilium debet cum maturitate celebrari. *Greg. in ſep. Pſal. pœnit.*

Concilia debent celebrari ad vtilitatẽ eccleſiarum. *Ibid.*

Concilia ſine auctoritate Romani Põtificis cõgregata nihil valent. *Idem ex regiſt lib. 7.*

Concilia vniuerſalia particularibus, &

poſteriora prioribus anteponenda. *Aug.lib.2. de Bapt cont.Donat.*

*Concordia, Pax.*

Pax eſt quies, quia ab inimicis & bellis ceſſamus. *Plat.in diff.*

Pax eſt tranquilla libertas. *Cic, Philipp.2.*

Pax eſt repudianda, ſi ſub eius nomine latet bellum. *Ibidem.*

Leges, & iudicia eſſe non poſſunt pace ſublata. *Idem Philipp.8.*

Non eſt dubium, quin felicior ſit pax nunquàm laceſſita, quàm multo reparata ſanguine. *Sen.ep.ad Lucil. lib.8.*

Melior eſt tutior pax, quàm ſperata victoria. *Liu.lib.10.declam.*

Pax diuerſis in mentibus eſſe non poteſt. *Sal.in bell.iug.*

Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximè dilabuntur. *Ibid.*

Quietiſſimam vitam agerent homines in terris, ſi hæc duo verba tolerent, meum, & tuum. *Sen de mor.*

Cũ malis pacem ſemper habeto. *Cato.*

Multa ſimul proſunt, quæ ſingula nõ iuuant. *Apud Iuriſc.*

Non poteſt vnquàm pacis integritas cuſtodiri, vbi voluntatum diuerſitas inuenitur. *Ariſt.polit.*

Pax

Pax eſt ſerenitas mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, amoris uinculum, & conſortium charitatis. *Aug. de verb. Do. cap. 150.*

Pax cum bonis, & bellum cum vitiis ſemper habendum. *Idem de temp.*

Concordia non poteſt eſſe ſine iuſtitia. *Idem lib. 19. de Ciu. Dei cap. 12.*

Nemo vires ſuas in pace cognoſcit, ſi enim bella deſunt, virtutum experimēta nō proſūt. *Naziāz. in apolog.*

Pacem cum bonis mali habere nō poſſunt. *Greg. in regiſt.*

Pacem cum carne habere non poſſumus. *Idem 1. regiſt.*

Concordia ſimul iuncta vinci non poteſt. *Cyp. ep. 2.*

Pax vera eſt concordiam habere cum moribus probis, & litigare cum vitiis. *Caſſiod. ſup. pſal.*

Lingua qñq; pacem prædicat, ſed ſæpius turbat. *Hug. de clauſt. ani. c. 9.*

Melius eſt duos eſſe ſimul, quàm vnū, habet enim emolumentum vtilitatis ſuæ. *Eccleſ. cap. 4.*

Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habebit ſubleuantem ſe. *Ibid.*

Si dormierint duo, fouebūtur mutuò, vnus quomodo caleſiet? *Ibidem.*

E 5 Fu-

poſteriora prioribus anteponenda. *Aug. lib. 2. de Bapt cont. Donat.*

*Concordia, Pax.*

Pax eſt quies, qua ab inimicis & bellis ceſſamus. *Plat. in diff.*

Pax eſt tranquilla libertas. *Cic. Philipp. 2.*

Pax eſt repudianda, ſi ſub eius nomine latet bellum. *Ibidem.*

Leges, & iudicia eſſe non poſſunt pace ſublata. *Idem Philipp. 8.*

Non eſt dubium, quin felicior ſit pax nunquàm laceſſita, quàm multo reparata ſanguine. *Sen. ep. ad Lucil. lib. 8.*

Melior eſt tutior pax, quàm ſperata victoria. *Liu. lib. 10. declam.*

Pax diuerſis in mentibus eſſe non poteſt. *Sal. in bell. iug.*

Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximè dilabuntur. *Ibid.*

Quietiſſimam vitam agerent homines in terris, ſi hæc duo verba tolerent, meum, & tuum. *Sen de mor.*

Cũ malis pacem ſemper habeto. *Cato.*

Multa ſimul proſunt, quæ ſingula nõ iuuant. *Apud Iuriſc.*

Non poteſt vnquàm pacis integritas cuſtodiri, vbi voluntatum diuerſitas inuenitur. *Ariſt. polit.*



Digitized by Google

Pax eſt ſerenitas mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, amoris uinculum,& conſortium charitatis. *Aug.de verb.Do.cap.150.*

Pax cum bonis, & bellum cum vitiis ſemper habendum. *Idem de temp.*

Concordia non poteſt eſſe ſine iuſtitia. *Idem lib.19.de Ciu.Dei.cap.12.*

Nemo vires ſuas in pace cognoſcit, ſi enim bella deſunt, virtutum experimẽta nõ proſũt. *Naziãz.in apolog.*

Pacem cum bonis mali habere nõ poſſunt. *Greg.in regiſt.*

Pacem cum carne habere non poſſumus. *Idem 1.regiſt.*

Concordia ſimul iuncta vinci non poteſt. *Cyp.ep.2.*

Pax vera eſt concordiam habere cum moribus probis, & litigare cum vitiis. *Caſſiod.ſup.pſal.*

Lingua q̃nq; pacem prædicat, ſed ſæpius turbat. *Hug.de clauſt.ani.c.9,*

Melius eſt duos eſſe ſimul, quàm vnũ, habet enim emolumentum vtilitatis ſuæ. *Eccleſ.cap.4.*

Væ ſoli,quia cum ceciderit,non habebit ſubleuantem ſe. *Ibid.*

Si dormierint duo,fouebũtur mutuò, vnus quomodo calefiet? *Ibidem.*

Funiculus triplex difficile rūpitur. *Ibi,*

Vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi in medio eorum ſum. *Matth. cap. 20.*

*Concupiſcentia.*

Concupiſcentia eſt immoderatus appetitus ſenſualitatis, excedens modum rationis. *Hug. in comp. Philoſ. lib. 1.*

Infinita eſt natura concupiſcentiæ, ad cuius repletionem multi viuunt. *Ariſt. Polit. lib. 2.*

Iuuenes ſunt citò ſaturabiles ad concupiſcentias, & velociter quidem concupiſcunt, celeriter autem deſinunt. *Idem Rhet. lib. 1.*

Natura mortalium præceps eſt ad explēdā animi cupiditatē. *Sal. in Iug.*

Inanium cupiditatum, nec modus vllus, nec finis inueniri poteſt. *Tul. de fin. bon. & mal. lib. 1.*

*Confeſſio ſacramentalis.*

Cōfeſſio eſt, per quam animæ morbus latens conſequendæ veniæ in Dei laudem aperitur. *Iſid. lib. eth.*

Multi autem ſemetipſos peccatores fatentur, & tamen ſe a peccato non ſubtrahunt. *Idem.*

Omnis ſpes in confeſſione conſiſtit, in confeſſione locus miſericordiæ. *Idē.*

Melius

Melius eſt enim in malis factis pura confeſsio, quàm in bonis operibus ſuperba gloriatio. *Baſil.*

Si dixeris peccata tua prior, exaudiet te Dñs, tanquã populum ſuũ. *Orig.*

Neque enim poteſt ei adhiberi remedium, cuius eſt vulnus occultum. *Ambr.*

Confeſsio erroris medicina eſt. *Idem de Virg.*

Ceſſat enim vindicta diuina, ſi confeſſio præcurrat humana. *Idem ſup. Beati immacul.*

Non remanet iudicio condemnandũ, quod fuit confeſsione purgatum. *Leo PP. in ſer.*

Confeſsio peccatorũ in corde, antequã os petat, exauditur. *Aug. ſup. pſ. 31.*

Non confitetur, qui negat factis. *Idem lib. 1. ſup. Gen. quæſt. 151.*

Initium operum bonorum eſt cõfeſsio malorum. *Idem.*

Confeſsio eſt ſalus animarum, diſsipatrix vitiorum, oppugnatrix dæmonũ, quid plura? obſtruit os inferi, & portas aperit Paradiſi. *Idem ep. 121.*

Confiteri peccata non eſt confuſio. *Chry. ſer. de pœnit.*

Confeſsio mater eſt indulgẽtiæ. *Idem de confeſſ.*

Confeſſio Dei ad ſalutem non ſufficit. *Idem ad Celant.*

Tempus confeſſionis eſt, & confiteri, quæ feciſti, quæ in verbo, quę in opere, quæ in nocte, quæ in die. *Idem.*

Mala, quę facimus, ſponte cōfiteamur, & hæc aliis arguentibus non negemus. *Greg. 21. mor.*

Confeſſionem noſtram ex puro corde deſiderat, & cuncta, quæ deliquimus, relaxat. *Idem.*

Vulnera clauſa plus cruciant; nam cum putredo, quæ interius feruet, eiicitur, ad ſalutem dolor aperitur. *Idem in paſt. ph. cap. 38.*

Confeſſionis veræ ſignum eſt in afflictione pœnitentiæ. *Idem ſup. 1. Reg.*

Apertas cōfeſſionis feneſtras inueniat in nobis Dn̄s. *Ber. ſup. cant. ſer. 59.*

Abſque cōfeſſione iuſtus iudicatur ingratus, & peccator mortuus reputatur. *Idem in ep. cap. 14.*

Venia dignus eſt, qui de peccato excuſationem non quærit. *Valer. in ſer.*

Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem. *Ad Rom. cap. 10.*

Vbi non eſt confeſſio re, vel ſignis, nec abſolutio eſſe poteſt. *Apud ſummiſt.*

*Con-*

*Confeſſio iudicialis.*

Confeſſio partis eſt pleniſſima probatio. *Apud Iuriſp.*

Confeſſio extraiudicialis ſine cauſa nō inducit probationem, niſi ſit geminata. *Ibid.*

Confeſſioni ſuſpectæ non eſt ſtandum. *Ibid.*

Confeſſio extorta facit crimen non factum fateri. *Ibid.*

Confeſſio vi extorta non recipitur à iure. *Coreg. in Regiſt.*

*Coniectura.*

Coniectura eſt rei latentis indicium. *Plat. in diff.*

Coniectura eſt veriſimilis ratio ſuſpitionem inducens, non de neceſſitate perſonas vincens. *Apud Iuriſc.*

Signa inſolita præcedere ſolent, quoties ingentia mala genti imminent. *Herodot. lib. 6.*

Non omne, quod apparet, verum eſt. *Ariſt. Eth. 2.*

Suſpicio calumniam parit. *Demoſt. in arg. lib.*

Ex manifeſtis occulta deprehende. *Idem Phaler.*

Hoc habet omnis affectus, vt in quod ipſe inſanit, in idem putet cæteros inſanire. *Sen. lib. de mor.*

Mor-

Morbum ſigna prænuntiant. *Idem de ira. lib. 3.*

Inter ſuſpecta malè viuitur. *Idem ep. 75.*

Non ſolum a crimine, ſed a ſuſpicione criminis carere debemus. *Cæſar apud Tarq.*

Signa quædam ſunt ſcelerum certiſſima. *Cic. in Catil.*

Multis ſignis coniectura conſtat. *Terent.*

Coniecturæ declarant, qualis fuerit animus. *Apud Iuriſp.*

Ex vſu, & conſuetudine viuentis præſumitur voluntas morientis. *Ibid.*

Talis quiſque præſumitur eſſe, qualis eſt habitus, quem geſtat. *Ibid.*

Optima eſt ſcientis coniectura. *Ibid.*

E cantu dignoſcitur auis. *Paul. Man. in Adag.*

Quanti non dederunt errori locum, ſuſpicioni dederunt. *Ambr.*

Ex circunſtantijs facta, & dicta ſunt æſtimanda. *Aug. lib. 3. de Doctr. Chriſt.*

Suſpicio amicitiæ venenum eſt. *Idem de vtil. cred.*

Suſpiciones ſuas quiſque ferè cognitionas putat. *Idem ep. 54.*

Su-

Suſpicari de illo creditur, qui à pluribus admonetur. *Caſſ. lib. 7.*

Suſpicio tollenda eſt, non inferenda. *Chryſ.*

*Vide etiam in Verb. Suſpicio.*

### *Conſanguinitas.*

Conſanguinitas idem, quod ſanguinis coniunctio. *Liu.*

Decet conſanguineorum pericula vnà ſubire, facultatem ſi dederit Deus. *Eurip. in Oreſt.*

Antiqua nouis cedant affinitatibus. *Idem in Troad.*

Graues mortalibus conſanguineæ cædes. *Idem in Med.*

Affinitas ipſa præclara eſt, inque aduerſis rebus non eſt quicquam melius domeſtico amico. *Idem in Andr.*

Pretioſum propinquitatis genus eſt, priùs eſſe carum, quàm proximum. *In Hiſt. Sax.*

Communio cognationis colenda. *Socr. apud Stob.*

Difficile fuerit inuenire pauperem cognatum. *Men. ibid.*

Non ſanguinis neceſſitudo, ſed virtutis cognitio proximos facit. *Amb. ſup. Malac.*

Con-

Conſanguineis potiùs, quàm cæteris ſubueniendum. *Anſ.ſup.ep.ad Rom.*

## *Conſcientia.*

Conſcientia idem, quod cordis ſcientia. *Hug.*

Conſcientiæ graue pondus. *Cic.3.de nat.Deor.*

Conſcientia rectæ voluntatis maxima conſolatio eſt rerum incommodarum. *Idem ad Tarq.fam.6.*

Vacare culpa maximum eſt ſolatium. *Idem fam.lib.7.ad Mar.Marc.*

Multi famam, conſcientiam pauci verentur. *Plin.iun.lib.7.*

Mala conſcientia ſæpè tuta eſt, ſecura nunquàm. *Sen.de mor.*

Bona conſcientia turbam aduocat; mala etiam in ſolitudine anxia, & ſollicita eſt. *Idem ep.43.*

Conſcientiam magis, quam famam attende; fallere namque poterit fama, cōſcientia nunquàm. *Idem de mor.*

Si honeſta ſunt,quæ facis,omnes ſciāt; ſi turpia,quid refert neminem ſcire, cum tu ſcias? *Idem ep.96.*

Sola bona conſcientia libertas eſt. *Periand.apud Stob.*

Qui conſcientiæ ſuę confidens,famam ne-

negligit, crudelis eſt. *Anſ. ſup. ep. ad Philipp.*

Coram Deo teſtis eſt conſcientia; corã hominibus vita. *Hug.*

Vultu, & oculis diſſimulari non poteſt conſcientia. *Hier. in epiſt.*

Si conſcientia criminis mordet, laus mundi parum prodeſt. *Aug.*

Conſcientiam malam laudantis præconium non ſanat; nec bonam vulnerat conuitium. *Idem con. lit. Petil.*

Conſcientia mala benè ſperare non poteſt. *Idem ſup. pſal. 31.*

Conſcientia delictorum eſt maxima omnium afflictionum. *Greg. 11. mor.*

Conſcientia ſemper remanet accuſatrix. *Ibid.*

Quid enim prodeſt, ſi omnes laudent, & conſcientia accuſat? *Idem ſup. Ezech. Hom. 9.*

Quid acquiri putatur, ſi bona conſcientia perditur. *Caſſiod. lib. 4. ep. 8.*

Animi improbi conſciẽtia ſemper cruciatur. *Greg. ſup. ſept. pſal.*

Duo ſunt tibi neceſſaria, conſcientia, & fama, conſcientia propter te, & fama propter proximum. *Ambr. 1. off.*

Nul-

Nulla pœna cõſcientia grauior, vis autem nunquam eſſe triſtis, bene viue. *Iſid. lib. 2. ſolil.*

Mens enim mala conſcientiæ proprijs agitatur ſtimulis. *Idem lib 2. cap. 38.*

Conſcientia peccati formidinis mater. *Chry. ſup pſal. 50. Hom. 1.*

Conſcientia eſt codex, in quo quotidiana peccata ſcribuntur. *Idem ſup. pſ. 50.*

In conſcientia non poteſt fieri dolus. *Idem ſup. Matth. Hom. 13.*

*Conſenſus.*

Conſenſus eſt animi aſſenſus, quo quis vult idem agere, quod alius agit.

Qui non vetat peccare, cum poſſit, iubet. *Sen. in Trag.*

Cum proponitur obſcurũ, non eſt concedendum ſimpliciter. *Ariſt.*

Impedire bonã rem eſt melius, quàm conſentire malę. *Cic. 3. de nat. Deor.*

Conſenſus ſpeties, tacere. *In Hiſt. Sax.*

Qui conſentit, opus perficit. *Aug. de Cont. cap. 1.*

Non vincitur, ſed conſentit, qui facilè vincitur. *Idem in lib. quaſt. vet. & non. teſt.*

Ni-

Nihil intereſt vtrum admittas ipſe, an propter te admitti velis. *Idem lib. 2. de mor. Manich.*

Stulti eſt hominis rebus incertis temere aſſentiri. *Lact. l. b. 3.*

*Conſeruatio.*

Conſeruatio eſt, qua quis ſe, ſua, vel aliorum tuetur.

Longe facilius eſt, quæ quis habet, cuſtodire, quam omnia denuò acquirere. *Demoſt. apud Stob.*

Cuſtodes vrbium fideles ſint. *Ibid.*

Propria cuſtodi; alienis abſtine. *Sodiad.*

Quiſquis habet nummos, ſecura nauigetaura. *Petr. Arbit.*

Præſentia bona tuebitur, qui non omnia fortunæ crediderit. *Plut. in apoph.*

Difficile cuſtoditur, quod pluresamãt. *Theoph. in aur. tract. de nupt.*

Non minor eſt virtus, quam quærere, parta tuer.
Caſus ineſt illic, hic erit artis opus. *Ouid.*

Bonum caſtellum cuſtodit, qui corpus ſuum cuſtodit. *Ber. in par. ſer.*

Quod manifeſtando amittere potes, tacendo cuſtodi. *Iſid.*

Con-

*Conſilium.*

Conſilium eſt aliquid faciendi, non faciendiue ratio excogitata. *Cic. Rhet. lib. 1.*

Conſilium non eſt de fine, ſed de his quæ ſunt ad finem. *Ariſt. Rhet.*

De neceſſarijs, & impoſſibilibus conſultandum non eſt, ſed de contingentibus. *Idem apud Stob.*

Conſilium mulieris inualidum; pueri verò eſt imperfectum. *Idem Pol. 1.*

Conſulta oportet operari velociter, cõſulere autem tardè. *Idem Eth. 6.*

In capiendis conſilijs, feſtinatio rationis inimica, mentis conſtringit oculos. *Sal.*

Cum re mutare conſiliũ prudentis eſt. *Idem.*

Sine conſilio fit, quicquid natura præcipit. *Sen. ep. 122.*

Bene morientis conſilium ne ſpernas. *Idem.*

Quicquid dicturus es, antequam alijs dixeris, dictio tibi. *Idem in lib. de mor.*

Facillimum omnium eſt ab alio admoneri. *Tal. apud* Laert.

In admonendo ne contentioſi, & contumaces ſimus. *Plut. de amic. & adul.*

Om-

Omnes facilè, cum valemus, recta conſilia ægrotis damus. *Ter. in Andr.*

Nonne id flagitium eſt, te alijs conſilium dare, foris ſapere, & tibi non poſſe auxiliarier? *Idem.*

Acer, & ad pugnam per te curſurus honor ſi tamen horteris fortius ibit equus. *Ouid. 2. de Pont.*

Conſilium, reſque, locuſque dabunt. *Idem de Triſt. lib. 6.*

Principi conſule non dulciora, ſed optima. *Solon apud* Laert. *lib. 1.*

Duo maximè conſilio ſunt contraria, ira, & feſtinatio. *Biaſ. Ibidem.*

Non præcipitanda ſunt conſilia, ſed moribus ſenilibus vtendum. *Ex apoph.*

Alienis multi conſulunt, & ſua rectè adminiſtrare nequeunt. *Demoſt. in Olynt.*

In magnis deliberationibus magno emendum eſt fidele conſiliū, & prudens. *Ibidem.*

Fortunæ etiam in deliberationibus eſt quædam adhibenda ratio. *Ibidem.*

Facilius eſt inuenta conſilia comprobare, quam inuenire. *Ibidem.*

Non minus impiè fecerunt, qui conſilium dederunt, quam qui facinus ma-

manibus ſuis admiſerunt. *Idem ex orat. de falſ. leg'at.*

Conſilium locum nō habet in his, quæ ſunt neceſſaria. *Auct. 6. Com.*

Omnibus ne habeas fidē, multi enim non tibi, ſed ſibi conſulunt. *Aeſop. in fab.*

Noctu conſilium a ſapientibus initur. *Eurip. in Con.*

Nihil decernendum ante rem bene cognitam. *Idem exord. 19.*

Inops conſilij felicitas. *Idem in Con.*

Nulla ſunt meliora cōſilia, quàm quæ ignorauerit aduerſarius, antequam facias. *Veg. lib. 3.*

Conſilium vnius ſapientis vires multorum militum excedit. *Apud Iuriſp.*

Mala conſilia pares euentus ſequuntur. *Liu. lib 6. decad. 1.*

Conſilia mala plerumque vincunt. *Idem lib. 5. decad. 3.*

Multa, quæ natura impedita ſunt, conſilio expediuntur. *Idem lib. 10. decad. 3.*

Qui fortunæ, vel euentui ſua conſilia aptat, nuſquàm inuenit gratiam. *Idem lib. 2. dec. 4.*

In auido ingenio ſæpe prauum vincit conſilium. *Ter.*

Bene

Bene monentis conſilium ne ſpernas. *Mim.pub.*

Conſule inculpate. *Perian.Corint.*

Diſſipantur cogitationes, vbi non eſt conſilium, vbi verò plures ſunt conſiliarij, confirmantur. *Prou.cap.15.*

Aſtutus omnia agit cum conſilio; qui autem fatuus eſt, aperit ſtultitium. *Idem cap.13.*

Cogitationes iuſtorum iudicia, & conſilia impiorum fraudolenta. *Ibidem cap.12.*

Quis eſt, qui celat conſilium abſque ſcientia? *Iob cap.24.*

Ita eſt hominum corruptela, vt ſæpenumerò bonum conſilium, atque ſanum damnum ſit conſultori. *Baſil.*

Vbi abſuit conſilium, adeſt culpa. *Greg.*

Conſilium in rebus arduis non debet eſſe præceps. *Idem ep.5.*

Dare ſtulto conſilium, charitatis eſt; dare ſapienti, oſtentationis; dare verò tempore peruerſitatis, ſapientiæ. *Idem in mor.*

Conſulentem Dominum qui non audiunt, audient finaliter condemnantem. *Ber.*

Su-

Supra me debet eſſe, cui ne committe
re paro. *Ambr. lib. 2. off*

An eum idoneum putabo, qui mihi
det conſilium, quod non dedit ſibi
*Ibidem.*

Conſilium bonis datur, correctio erran
tes docet. *Idem*

Cum das conſilium, non laboras, nihi
perdis, & alios iuuas. *Aug. i
pſal. 125.*

Conſilia calida, & audacia, prima fro
te læta, tractatu dura, & euentu tri
ſtitia. *Tert.*

*Conſolatio.*

Conſolatio eſt alleuiatio alicuius mal
verbis dulcibus.

Cui corpus malè affectum eſt, is opu
habet medico, cui animus, amico
*Epic. apud Stob.*

Facilius eſt conſolari afflictum, quàn
ſuſtinere. *Eurip. in Alceſt*

Animo malè affecto medicinæ ſun
ſermones. *Plut. in orat. Con*

Leuis eſt conſolatio ex aliorum miſe
rijs. *Cic. ad Torq*

Eſt tarda illa quædam medicina, ſe
certiſſima, quam affert longinqu
tas, & dies. *Idem ad Att*

Conſolationum multæ ſunt viæ, ſed
la rectiſſima impetret ratio; quo
dies

dies impetratura eſt. *Ibid.*
Ratio in conſolando plurimum valet. *Idem ad Cur.*
Sola ſpes hominis in miſeriis conſolari ſolet. *Idem ad Cat.*
Bonus animus in re mala dimidium eſt mali. *Plaut. in Pſeud.*
Quod fuit durum pati, meminiſſe dulce eſt. *Senec.*
Cum miſer miſeriorem aſpicit, ſuam æquius miſeriã fert. *Idẽ, & Aeſop.*
Miſeriarum ſocietas loco ſolatii eſt. *Idem ſen.*

Conſolatio mitis eſſe debet, non aſpera; quæ magis dolorem leniat, quàm commotionem excitet. *Ambr. lib. 1. de Ioſeph.*
Solatium dolentis eſt doluiſſe. *Idem.*
Non eſt probus conſolator, quem proprii vincunt gemitus. *Hier.*
Facilis eſt conſolatio; ſi inter flagella, quæ patimur, quæ fecimus delicta, ad memoriam reuocemus. *Greg. in Regiſt.*
Habet præteriti doloris ſecura recordatio delectationẽ. *Cic. in Ep. fam.*

*Conſtantia, Perſeuerantia.*

Conſtantia eſt animi ſtrenuitas, & per

manentia in aliquo arduo, & bono faciendo.

Perſeuerantia eſt in re benè conſiderata ſtabilis, & perpetua manſio. *Cic. Rhet. lib. 1. cap. 3.*

Non ſatis eſt iudicare, quid faciendũ, vel non faciendum ſit, ſed ſtare etiã oportet in eo, quod ſit iudicatum. *Idem de fin.*

Nihil eſt, quod tam deceat, quàm in omni re gerenda, conſilioque capiẽdo ſeruare conſtantiam. *Idem.*

Tardè aggredere, quod aggreſſurus ſis; perſeueranter proſequere. *Demetr. Phaler.*

Non eſt vir fortis, cui non creſcit animus in ipſa difficultate. *Sen. ep. 2.*

In excelſo eſt beata vita, ſed perſeuerantia penetrabilis. *Idem ep. 64.*

Nihil eſt, quod non expugnet pertinax opera, & intenta, ac diligens cura. *Ibidem.*

Nemo deſperet meliora lapſis.
Nemo confidet nimium ſecundis. *Idem ex Triest. trag. 2.*

Mobilis eſto, non leuis, conſtans, non pertinax. *Idem.*

Conſtantes animos præmia nulla mouent. *Ricard. Lud Venu.*

Conſtantia parit, inconſtantia parta diſ-

diſſoluit. *Boet. de diſcipl. ſcolaſt.*

Non' quæruntur in Chriſtianis initia, ſed finis, quia Paulus malè cępit, & benè finiuit. *Hier.*

Iudæ laudantur exordia, ſed finis perditionis damnatur. *Idem.*

Cępiſſe multorum eſt, perficere autem paucorum. *Idem.*

Nititur quis fruſtra, niſi innititur. *Ber. ſup. cant. ſer. 88.*

In via Dei non progredi, regredi eſt. *Idem.*

Bonam vitam ego puto mala pati, & bona facere, & ſic perſeuerare vſq; in finem. *Idem in 2. ſer. in Vig. Apoſt. Pe. & Pau.*

Multo melius eſt non cępiſſe, quàm non perſeuerare. *Aug. de Conſ.*

Non inchoantibus præmium promittitur, ſed perſeuerãtibus datur. *Iſid.*

*Conſuetudo.*

Conſuetudo eſt quoddam ius nõ ſcriptum, aſſiduis actibus conſtitutum. *apud iuriſ.*

Conſuetum quicquid eſt, ſemper præſumitur. *Ibid.*

Conſuetudo eſt optima legum interpretatio. *Ibid.*

Conſuetudo poteſt facere de illicito licitum. *Ibid.*

Conſuetudo eſt altera natura. *Ariſt. phiſic.2.*

Omne conſuetum eſt delectabile. *Idem Rhet.1.*

Omne inconſuetum eſt obſcurum. *Idem Top.6.*

Benefacere ex conſuetudine in naturã vertitur. *Saluſt.*

Conſuetudo peccandi maleficii remouet dubitationem. *Cic.2.ad Heren.*

Conſuetudinis magna vis eſt, pernoctant venatores in niue, & in montibus vri ſe patiuntur. *Idem 2.Tuſc.*

Conſuetudo laborum perpeſſionẽ dolorum efficit faciliorem. *Ibidem.*

Grauiſſimum eſt imperium conſuetudinis. *Pub.Mim.*

Conſuetudo eſt ius quoddã moribus, conſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, & tenetur, cum ea deficit. *Iſid.lib.2 Eth.*

Cõſuetudo auctoritati cedat, prauum vſum lex, & ratio vincit. *Idem in ſyn.lib.2.*

Aegrè reprehendas, quod ſinis conſueſcere. *Hier.ad latam.*

Vincere conſuetudinem dura eſt pugna.

gna. *Aug.ſup.pſal.30.*
Conſuetudo ceſſat veritate manifeſta. *Idem lib.6.de bapt.*
A conſuetudine non eſt recedendum, niſi rationi aduerſetur. *Idem lib.2. Muſic.*
Nihil firmius, ſi conſuetudini veritas ſuffragetur. *Idem lib.4.de bapt.*
Omne enim peccatum conſuetudine vileſcit. *Idem in ſer.4.Dom.Adu.*
Quod in iuuentute addiſcitur, in matura ætate ſeruatur. *Max.in ſer.de Io.Bapt.*
Non locus conſuetudinem, ſed conſuetudo locum commendat. *Greg.ſup. 1.Reg.*
Cæpit eſſe licitum, quod publicum. *Cypr.*
Conſuetudo cõtemptum affert. *Chry. ſup.Io.hom.74.*
Conſuetudo debitores facit. *Bern.*
*Vide etiam in tit.de vſu.*

*Contemplatio.*

Contemplatio eſt actio mentis, diuina intelligentis. *Alcinnus de phant. & intell.*
Contemplationi deditus, quaſi dormire dicitur. *Greg.5 mor.*
Animus contemplantis videre valet, quod loqui non valet. *Ibidem.*

Ne contemplatio inflet, tentatio aggrauat. *Idem ſup. Ezech. 2*

Contemplantes in terra paleas metunt; in cœlo panem. *Idem in regiſt.*

Contemplatio humanis miſeriis occupatur. *Idem lib. 5. mor.*

Contemplatio non ſemper ſummis; ſed interdum infimis datur. *Idem ſuper Ezech.*

Meditatione pericula agnoſcimus, oratione euadimus. *Bern. de S. Andr. ſer. 2.*

Cogitationes vanæ contemplationem impediunt. *Idem in trip. gen. bon.*

Tepidum cũ te reperis, ne diſcedas ab eloquio Dei, quod valdè eſt ignitũ. *de mult. vtilit. Verbi Dei.*

Contemplatiuorum alii aſcendũt, alii rapiuntur. *Idem in ep.*

Contemplatio diuinę ſuauitatis, & gloriæ ſolis mente, & corpore puris cõceditur. *Idem ſupplicant. ſer. 67.*

Contemplationis quies pro lucro animarum libenter intermittenda. *Idem ſuper Cant. ſer. 52.*

Vitam contemplatiuam qui vult perfectè tenere, debet ab omni opere terreno ceſſare. *Idem ad ſoror.*

Contemplatio eſt merces fidei. *Aug. lib.*

Digitized by Google

*lib. 1. de Trin.cap.8.*

Meditationis eſt perſcrutari occulta, contemplationis eſt admirari perſpicua. *Hug.in lib.de Art.myſt.*

*Contemptus.*

Contemptus eſt vilis alicuius rei æſtimatio.

Aequè contemnit pecunias is, qui largitur, ac is, qui non admittit. *Plut. de virt. Alex.*

Neminem, quantumuis puſillum, deſpiciendum. *Aeſop.*

Nemo adeò contemptibilis, qui aliquandò nobis prodeſſe non poſſit. *Idem.*

Nullius imprudentiam deſpicias. *Idem.*

Contemptus corporis mei certa libertas. *Sen.ep.66.*

Facilè omnia contemuit, qui ad contemptum ſui venit; vis ergo habere omnia, omnia contemne. *Idem ep.85.*

Nemo eſt tam agreſtis, quem, ſi non ipſa honeſtas, contumelia tamen, & dedecus magnopere moueat. *Idem ep.92.*

Deridens alios, non inderiſus abibis. *Mart.cap.2.*

Aſſiduitas familiaritatem, & fami-

manibus ſuis admiſerunt. *Idem ex orat. de falſ. le'at.*

Conſilium locum nō habet in his, quæ ſunt neceſſaria. *Auer. 6. Com.*

Omnibus ne habeas fidē, multi enim non tibi, ſed ſibi conſulunt. *Aeſop. in fab.*

Noctu conſilium a ſapientibus initur. *Eurip. in Con.*

Nihil decernendum ante rem bene cognitam. *Idem exord. 19.*

Inops conſilij felicitas. *Idem in Con.*

Nulla ſunt meliora cōſilia, quàm quæ ignorâuerit aduerſarius, antequam facias. *Veg. lib. 3.*

Conſilium vnius ſapientis vires multorum militum excedit. *Apud Iuriſp.*

Mala conſilia pares euentus ſequuntur. *Liu. lib 6. decad. 1.*

Conſilia mala plerumque vincunt. *Idem lib. 5. decad. 3.*

Multa, quæ natura impedita ſunt, conſilio expediuntur. *Idem lib. 10. decad. 3.*

Qui fortunæ, vel euentui ſua conſilia aptat, nuſquàm inuenit gratiam. *Idem lib. 2. dec. 4.*

In auido ingenio ſæpe prauum vincit conſilium. *Ter.*

Bene

ene monentis conſilium ne ſpernas.
*Mim. pub.*

Conſule inculpate. *Perian. Corint.*

Diſſipantur cogitationes, vbi non eſt conſilium, vbi verò plures ſunt conſiliarij, confirmantur. *Prou. cap. 15.*

Aſtutus omnia agit cum conſilio; qui autem fatuus eſt, aperit ſtultitium. *Idem cap. 13.*

Cogitationes iuſtorum iudicia, & conſilia impiorum fraudolenta. *Ibidem cap. 12.*

Quis eſt, qui celat conſilium abſque ſcientia? *Iob cap. 24.*

Hæc eſt hominum corruptela, vt ſæpenumerò bonum conſilium, atque ſanum damnum ſit conſultori. *Baſil.*

Vbi abfuit conſilium, adeſt culpa. *Greg.*

Conſilium in rebus arduis non debet eſſe præceps. *Idem ep. 5.*

Dare ſtulto conſilium, charitatis eſt; dare ſapienti, oſtentationis; dare verò tempore peruerſitatis, ſapientiæ. *Idem in mor.*

Conſulentem Dominum qui non audiunt, audient finaliter condemnantem. *Ber.*

Su-

Supra me debet eſſe, cui ne committe-
re paro. *Ambr. lib. 2. off.*

An eum idoneum putabo, qui mihi
det conſilium, quod non dedit ſibi
*Ibidem.*

Conſilium bonis datur, correctio erran-
tes docet. *Idem*

Cum das conſilium, non laboras, nihil
perdis, & alios iuuas. *Aug. in*
*pſal. 125.*

Conſilia calida, & audacia, prima fron-
te læta, tractatu dura; & euentu tri-
ſtitia. *Tert.*

*Conſolatio.*

Conſolatio eſt alleuiatio alicuius mali
verbis dulcibus.

Cui corpus malè affectum eſt, is opu
habet medico, cui animus, amico
*Epic. apud Stob.*

Facilius eſt conſolari afflictum, quàm
ſuſtinere. *Eurip. in Alceſt*

Animo malè affecto medicinæ ſun
ſermones. *Plut. in orat. Conſ*

Leuis eſt conſolatio ex aliorum miſe
rijs. *Cic. ad Torq*

Eſt tarda illa quædam medicina, ſe
certiſſima, quam affert longinqui
tas, & dies. *Idem ad Att*

Conſolationum multæ ſunt viæ, ſed
la rectiſſima impetret ratio; quo
dies

dies impetratura eſt. *Ibid.*

Ratio in conſolando plurimum valet. *Idem ad Cur.*

Sola ſpes hominis in miſeriis conſolari ſolet. *Idem ad Cat.*

Bonus animus in re mala dimidium eſt mali. *Plaut. in Pſeud.*

Quod fuit durum pati, meminiſſe dulce eſt. *Senec.*

Cum miſer miſeriorem aſpicit, ſuam æquius miſeriã fert. *Idẽ, & Aeſop.*

Miſeriarum ſocietas loco ſolatii eſt. *Idem ſen.*

Conſolatio mitis eſſe debet, non aſpera; quæ magis dolorem leniat, quàm commotionem excitet. *Ambr. lib. 1. de Ioſeph.*

Solatium dolentis eſt doluiſſe. *Idem.*

Non eſt probus conſolator, quem proprii vincunt gemitus. *Hier.*

Facilis eſt conſolatio, ſi inter flagella, quæ patimur, quæ fecimus delicta, ad memoriam reuocemus. *Greg. in Regiſt.*

Habet præteriti doloris ſecura recordatio delectationẽ. *Cic. in Ep. fam.*

*Conſtantia, Perſeuerantia.*

Conſtantia eſt animi ſtrenuitas, & per

manentia in aliquo arduo, & bono faciendo.
Perſeuerantia eſt in re benè conſiderata ſtabilis, & perpetua manſio. *Cic. Rhet. lib. 1. cap. 3.*
Non ſatis eſt iudicare, quid faciendũ, vel non faciendum ſit, ſed ſtare etiã oportet in eo, quod ſit iudicatum. *Idem de fin.*
Nihil eſt, quod tam deceat, quàm in omni re gerenda, conſilioque capiẽdo ſeruare conſtantiam. *Idem.*
Tardè aggredere, quod aggreſſurus ſis; perſeueranter proſequere. *Demetr. Phaler.*
Non eſt vir fortis, cui non creſcit animus in ipſa difficultate. *Sen. ep. 2.*
In excelſo eſt beata vita, ſed perſeuerantia penetrabilis. *Idem ep. 68.*
Nihil eſt, quod non expugnet pertinax opera, & intenta, ac diligens cura. *Ibidem.*
Nemo deſperet meliora lapſis.
Nemo confidet nimium ſecundis. *Idem ex Trieſt. trag. 2.*
Mobilis eſto, non leuis, conſtans, non pertinax. *Idem.*
Conſtantes animos præmia nulla mouent. *Ricard. Lud Venu.*
Conſtantia parit, inconſtantia parta diſ-

diſſoluit. *Boet. de diſcipl. ſcolaſt.*

Non quæruntur in Chriſtianis initia, ſed finis, quia Paulus malè cępit, & benè finiuit. *Hier.*

Iudæ laudantur exordia, ſed finis perditionis damnatur. *Idem.*

Cępiſſe multorum eſt, perficere autem paucorum. *Idem.*

Nititur quis fruſtra, niſi innititur. *Ber. ſup. cant. ſer. 88.*

In via Dei non progredi, regredi eſt. *Idem.*

Bonam vitam ego puto mala pati, & bona facere, & ſic perſeuerare vſq; in finem. *Idem in 2. ſer. in Vig. Apoſt. Pe. & Pau.*

Multo melius eſt non cępiſſe, quàm non perſeuerare. *Aug. de Conſ.*

Non inchoantibus præmium promittitur, ſed perſeuerātibus datur. *Iſid.*

*Conſuetudo.*

Conſuetudo eſt quoddam ius nō ſcriptum, aſſiduis actibus conſtitutum. *apud iuriſt.*

Conſuetum quicquid eſt, ſemper præſumitur. *Ibid.*

Conſuetudo eſt optima legum interpretatio. *Ibid.*

Conſuetudo poteſt facere de illicito licitum. *Ibid.*
Conſuetudo eſt altera natura. *Ariſt. phiſic.2.*
Omne conſuetum eſt delectabile. Idem *Rhet.1.*
Omne inconſuetum eſt obſcurum. Idem *Top.6.*
Benefacere ex conſuetudine in naturã vertitur. *Saluſt.*
Conſuetudo peccandi maleficii remouet dubitationem. *Cic.2.ad Heren.*
Conſuetudinis magna vis eſt, pernoctant venatores in niue,& in montibus vri ſe patiuntur. *Idem 2.Tuſc.*
Conſuetudo laborum perpeſſionẽ dolorum efficit faciliorem. *Ibidem.*
Grauiſſimum eſt imperium conſuetudinis. *Pub.Mim.*

Conſuetudo eſt ius quoddã moribus, conſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, & tenetur, cum ea deficit. *Iſid.lib.2 Eth.*
Cõſuetudo auctoritati cedat, prauum vſum lex, & ratio vincit. *Idem in ſyn.lib.2.*
Aegrè reprehendas, quod ſinis conſueſcere. *Hier.ad latam.*
Vincere conſuetudinem dura eſt pugna.

gna. *Aug. ſup. pſal. 30.*

Conſuetudo ceſſat veritate manifeſta. *Idem lib. 6. de bapt.*

A conſuetudine non eſt recedendum, niſi rationi aduerſetur. *Idem lib. 2. Muſic.*

Nihil firmius, ſi conſuetudini veritas ſuffragetur. *Idem lib. 4. de bapt.*

Omne enim peccatum conſuetudine vileſcit. *Idem in ſer. 4. Dom. Adu.*

Quod in iuuentute addiſcitur, in matura ætate ſeruatur. *Max. in ſer. de Io. Bapt.*

Non locus conſuetudinem, ſed conſuetudo locum commendat. *Greg. ſup. 1. Reg.*

Cæpit eſſe licitum, quod publicum. *Cypr.*

Conſuetudo cõtemptum affert. *Chry. ſup Io. hom. 74.*

Conſuetudo debitores facit. *Bern.*

*Vide etiam in tit. de vſu.*

*Contemplatio.*

Contemplatio eſt actio mentis, diuina intelligentis. *Alcuinus de phant. & intell.*

Contemplationi deditus, quaſi dormire dicitur. *Greg. 5. mor.*

Animus contemplantis videre valet, quod loqui non valet. *Ibidem.*

Ne contemplatio inflet, tentatio aggrauat. *Idem ſup. Ezech. 2.*

Contemplantes in terra paleas metunt; in cœlo panem. *Idem in regiſt.*

Contemplatio humanis miſeriis occupatur. *Idem lib. 5. mor.*

Contemplatio non ſemper ſummis; ſed interdum infimis datur. *Idem ſuper Ezech.*

Meditatione pericula agnoſcimus, oratione euadimus. *Bern. de S. Andr. ſer. 2.*

Cogitationes vanæ contemplationem impediunt. *Idem in trip. gen. bon.*

Tepidum cũ te reperis, ne diſcedas ab eloquio Dei, quod valdè eſt ignitũ. *de mult. vtilit. Verbi Dei.*

Contemplatiuorum alii aſcendũt, alii rapiuntur. *Idem in ep.*

Contemplatio diuinę ſuauitatis, & gloriæ ſolis mente, & corpore puris cõceditur. *Idem ſup. cant. ſer. 67.*

Contemplationis quies pro lucro animarum libenter intermittenda. *Idem ſuper Cant. ſer. 52.*

Vitam contemplatiuam qui vult perfectè tenere, debet ab omni opere terreno ceſſare. *Idem ad ſoror.*

Contemplatio eſt merces fidei. *Aug. lib.*

*lib.1. de Trin.cap.8.*

Meditationis eſt perſcrutari occulta, contemplationis eſt admirari perſpicua. *Hug.in lib.de Art.myſt.*

*Contemptus.*

Contemptus eſt vilis alicuius rei æſtimatio.

Aequè contemnit pecunias is, qui largitur, ac is, qui non admittit. *Plut. de virt. Alex.*

Neminem, quantumuis puſillum, deſpiciendum. *Aeſop.*

Nemo adeò contemptibilis, qui aliquandò nobis prodeſſe non poſſit. *Idem.*

Nullius imprudentiam deſpicias. *Idem.*

Contemptus corporis mei certa libertas. *Sen.ep.66.*

Facilè omnia contemnit, qui ad contemptum ſui venit; vis ergo habere omnia, omnia contemne. *Idem ep.85.*

Nemo eſt tam agreſtis, quem, ſi non ipſa honeſtas, contumelia tamen, & dedecus magnopere moueat. *Idem ep.92.*

Deridens alios, non inderiſus abibis. *Mart.cap.2.*

Aſſiduitas familiaritatem, & familiaritas

liaritas contemptum parit. *apud iuriſc.*
Contemptus naſcitur ex conuerſatione æquali. *Ibidem.*
Et neglecta ſolent incendia ſumere vires. *Hor.ep.17.*
Plus timeas vituperium, quàm periculum. *Apud Stob.*
Nullus ſeipſum paruipendit. *Ariſt. Rhet.2.*

Relinquere omnia, quàm relinqui, melius eſt. *Ber.*
Contemptus facit culpam maiorem, vel minorem, ſecundum differentiã percipientium. *Idem de precep. & diſcipl.*
Si non quæres gloriam, tamen dolebis, cum ingloriosus fueris. *Raban. ſup. Matth.*
Sicut ſolet generari ex aſſiduitate contemptus, ſic attenditur ex ipſa raritate deuotio. *Ambr. in quod. ſer.*
Rerum contemptu conſtat fortitudo. *Idem.*
Plus eſt animum depoſuiſſe, quàm cultum. *Hier. ep. 130.*
Qui ſpernit modica, paulatim decidit. *Aug. lib.9. conf. cap.8.*
Melius eſt contemnere ſeipſum, quã mun-

mundum. *Idem de ſpi.& anima.*

Omnia relinquere poſſumus, etiam retinendo. *Greg.*

*Contentio bona. Vide hic ea, quæ habes ſub verbo æmulatio fol....*

*Contentio indifferens.*

Contentio eſt animi motus, cum quis alteri in eo, de quo agitur, nullo modo vult cedere.

Cõtentio tamdiù ſapiens eſt, quamdiù proficit, aut, ſi non proficit, non obeſt. *Cic. pro Lælio.*

Neceſſe eſt, vt contentiosè loquaris, quod probare non poſſis. *Quint. decl. 18.*

Ars contradicendi omnia in dubium vertere poteſt. *Plat. de ſcient.*

*Contentio mala.*

Contentio eſt impugnatio veritatis cũ confidentia clamoris. *Ambr.*

Ingentia mala non aliter, quàm ex aliqua cõtẽtione oriũtur. *Plat. in Phed.*

Colloquentium duorum, irato altero, iſte, qui rebus non refragatur, prudentior eſt. *Eurip. apud Stob.*

Cum pari contendere, anceps eſt; cum ſuperiori, furioſum; cum inferiori, ſordidum. *Sen. de ira lib. 1.*

Nimium altercãdo veritas amittitur. *Macr. Satur. lib. 2. cap. 12.*

Abſit pertinax contentio in familiar ſermone. *Ambr. de off. lib. 1. cap. 1*

Honor eſt homini, qui ſeparat ſe à contentionibus; omnes autem ſtulti miſcent ſe contumeliis. *Prou. cap. 20.*

Ne contendas aduerſus hominem fruſtrà, cum ipſe tibi nihil mali fecerit. *Idem cap. 3.*

Neſcio, quomodo hoc ipſum, quod concupiſcitur, iucundius fiat, cum vetatur. *Aug. de ſpir. & lit.*

In nulla cauſa contendas, quia contentio rixas gignit. *Iſid.*

*Continentia.*

Continens eſt ille, qui, cum cognouerit cupiditates pernicioſus, ab illis ſe abſtinet. *Ariſt. Eth. cap. 3.*

Continenter viuere paucorum eſt. *Aug. lib. 2. de adult. coniug. cap. 10.*

Cōtinēs cęteris paribus, cōiugato prę fertur. *Idem lib. 10. de ciu. Dei. c. 36.*

Continentiam Deus iubet per legem, & dat per gratiam. *Idem ep. 39.*

Continentia nō corporis, ſed animi virtus eſt. *Idem de bon. coniug. cap. 10.*

Continentia libidinis, niſi in aliis vitiis contineat, continentia dicenda non eſt. *Idem cont. cap. 12.*

Continentia maxima omnium coniugalis.

galis. *Idem de cont.cap. 1.*

Continentiam mulier, viuente viro, vouere poteſt, ſi eius conſenſu fiat. *Idem de bon. vid.cap. 10.*

Quid enim prodeſt, cui eſt continentia, ſi dominetur ſuperbia? *Idem ſer, 12. ſup. Matth.*

Vniuerſaliter continentia nobis eſt opus, vt declinemus à malo. *Idem de cont.cap.7.*

Continentia non habet meritum, quæ gloriam humanam requirit. *Bern. ſup.cant.ſer.8.*

*Contrarietas.*

Contraria ſunt, quæ ſibi mutuò aduerſantur, & in eodem ſubiecto vno, eodemq; tẽpore exiſtere nõ poſſunt.

Contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. *Ariſt. Eth. 2.*

Eiuſdem ſententiæ eſt oppoſita conſiderare. *Idem Meth 4.*

Quod licet, ingratum eſt, quod non licet, acrius vrit. *Ouid.*

Cõtrariorũ eadẽ eſt diſciplina. *Ariſt.*

Contraria cõtrariis curãtur. *apud phyſ.*

*Contritio. Compunctio.*

Contritio eſt gemebundi cordis commotio ſalutaris, ſeipſum lachryma-

rum eruptione teſtificans. *Hugo.*

Compũctio cordis eſt humanitas mẽtis, cum lachrymis oriens de recordatione peccati, & timore iudicii. *Iſid.*

Qualis tibi fuit ad peccandum intentio, talis ſit ad pœnitendum deuotio. *Idem.*

Non dubitare debemus, circa finem iuſtificari hominem per pœnitentię compunctionem. *Ambr.*

Qui non habet compunctionem, non habet mundam orationem. *Aug.*

Alia eſt enim compunctio, ſiue contritio, quæ per amorem naſcitur, alia, quæ per timorem; quia aliud eſt ſupplicium fugere, aliud præmia deſiderare. *Greg. 8. mor.*

Compunctionis principalia ſunt timor, & amor. *Idem lib. 3. dialog.*

Compunctio prima electorum ex timore naſcitur. *Idem ſup. Reg.*

Quò vberius culpa fletur, eò altius cognitio veritatis attingitur. *Idem 27. mor.*

Iudicium veræ compunctionis eſt ſubtractio occaſionis. *Ber. in die 5. Paſcha.*

Compunctionem, vel contritionẽ peccatorum qui non habet, non habet

bet mundam orationem. *Idem ad ſoror.*
Contritio eſt vnguentum ſua fragrantia domum eccleſiæ replens. *Idem ſup.cant.ſer.11.*
Pungeris benè, ſi compungeris. *Ibid. ſer.47.*
Dominus neſcit differre, quem compuncto corde ſibi ſenſerit ſupplicare. *Caſſ.ſup.pſal.*
Compunctio cordis non viget in delicijs. *Chry.lib.2.de comp.cord.*

*Conuerſatio.*

Conuerſatio eſt hominum ſocietas, & grata confabulatio, qua mediante inuicem animi recreantur.
Omnis ſocietas facta eſt alicuius boni gratia. *Ariſt.Pol.1.*
Non debet homo ſanæ mentis vbicunque conuerſari. *Idem Oeconom.*
Qui in communi ſocietate viuere nequit, aut Deus eſt, aut beſtia. *Idem Polit.1.*
Fur furem agnoſcit, & lupus lupum. *Idem 7.Eth.*
Omnes homines ſocietatis cupidi sūt. *Idem Pol.1.*
Sæpè viatores amor, & concordia iunxit. *Mart.*
Nulli te facias nimis ſodalem. *Idem.*

Socij

Socij putandi ſunt, quos inter res communicata eſt. *Cic.5.Acti.in Verr*
Dum ſpectant oculi læſos,læduntur & ipſi. *Ouid*
Qui ſocijs periclitantibus non ſuccurrit,facillimè deſeritur. *Demoſt. Olynt.3.*
Aſſidua conuerſatio magis homines minus verecundos facit. *Liu.4. decad.lib.1.*
Cum illis conuerſari debes,qui te meliorem facturi ſint. *Sen.ep.7.*
Sic cum inferiore viuas, quemadmodum tecum ſuperiorem viuere velis. *Idem ep.47.*
Tolle ſocietatem, & ſcindes humani generis vnitatem. *Idem 4.de benef.*
Eorum vtere conſuetudine,qui te meliorem facturi ſint, illos admitte, quos tu meliores facere poſſis. *Idem. ep. 7.*
Doctior efficitur ſenioribus aſſociatus. *Idem.*
Proprium, & maius amicorum eſt cōuiuere. *Idem.*
Vt vitium vites, vitijq; ſuſpitionem,
Semper eos tecum, quos verearis, habe. *Ex eod.*
Nemo placet ſtulto,niſi dicat,quodlibet illi,

Et

Et malus efficitur, cum ſociatur ei. *Ex eod.*

Iuuenum cætui ſenex eſt moleſtus. *Eurip.*

Ex conuerſatione equali naſcitur contemptus. *Apud Iuriſp.*

Cōuerſatio mala facit ſuſpectum præſumi. *Ibidem.*

Conuerſatio obligat ad mores. *Ibid.*

Sæpè ex malo principio magna familiaritas conflata eſt. *Ter. in Eun.*

Si claudo vicinus habitaueris, & ipſe claudus ambulare diſces. *Plut. de lib. educ.*

Confœderati debent ſe inuicem defendere, niſi in bello iniuſto. *Ibidem.*

Nullum cum inſanis habendum eſt commercium. *Aeſop.*

Abſque pecunia conuerſari cum hominibus res eſt difficillima. *Demoſt.*

Prudentis eſt in pleriſque conuiuere. *Ter.*

Infames fugiat tua conuerſatio ſemper,
Et ſocio gaude te meliore frui. *Scolaſt. car. ex Cic.*

Periculum verè eſt vitam cum multis ducere, pernicioſum eſt cum his qui.

qui prauæ ſunt voluntatis. *Iſi*
Superiori æqualem te non exhibeas:
*Idem ſolil.lib.2.in Syno.*
Talis enim efficitur, qualium ſocietat
fruitur. *Hier.de mal.ſociet.vi.*
Raró cum iuuene iuuenis habitet.
*Ibidem.*
Qui incautus pergit, leuiſſimé capitur
*Idem.*
Corrumpunt bonos mores eloquia
mala. *Idem ad nepot. Paul.*
Falſus rumor citò opprimitur, & vita
poſterior indicat de priori. *Idem in*
*quad.ep.*
Pauca eſt ſocietas in qua non ſint pra-
ui homines inter bonos. *Greg. in*
*reg.*
Res eximii præmii eſt, inter malos
laudabiliter conuerſari. *Idem 1.*
*mor.Griſoſt.*
Subleuatio eſt laboris viſitatio collo-
borantis. *Idem*
Ei, qui reuelat myſteria, & ambulat
fraudolenter, ac dilatat labia ſua, ne
commiſcearis. *Prou.cap.20.*
Conuerſationis alienæ ſumus curioſi
exploratores, aut iudices temerarij.
*Ber.ſup.cant.ſer.45.*
Qui ſocii laboris, & participes merce-
dis ſint. *Idem Greg. & Aug.*
Qui

qui cum ſapiente graditur, ſapiens euadet; amicus ſtultorum ſimilis efficitur. *Ambr.*

## *Conuerſio.*

Cõuerſio noſtra ſemper inueniet Deũ paratum. *Aug. ſup. pſ. 6.*

Conuerſio ad bonum non homini, ſed Deo adſcribenda. *Idem ep. 130.*

Ouis perdita nunquàm reuerteretur, niſi pij paſtoris miſericordiam conſequeretur. *Idem in ſer.*

Expectat Deus delinquentes, & benignè ſuſcipit reuertentes. *Ber. ſup. cant. ſer. 9.*

Solet inter primordia conuerſionis acrius inſurgere tentatio prauæ conſuetudinis. *Idem ſup. cant.*

Conuerſio peccatorum eſca eſt iuſtorum. *Greg.*

Maius de peccatore conuerſo, quàm de iuſto ſtante gaudium fit in cęlo. *Idem hom. 39. ſup. Euang.*

Homo lapſus in peccati foueam, ſuis viribus ſurgere non valet. *Idem 9. mor.*

Conuerſionis initia bonis, maliſque moribus ſunt permixta. *Idem 31. mor.*

Nunquàm eſt ſera vera conuerſio, latro

tro de cruce tranſiit ad Paradiſum. *Hier. ad Lætam.*

Non cadere facilius eſt, quàm poſt ca ſum reſurgere. *Chry. ſup. Io hom. 50.*

Qui enim conuerſum ſine lenitate eru dit, exaſperare potiùs, quàm corri gere nouit. *Iſid. l. 3. de ſum. bon cap. 5.*

Vitia ante conuerſionem, quaſi pacem cum homine habent; quādo autem expelluntur, maiori virtute conſur- gunt. *Idem cap. 9.*

Multos remiſſa conuerſio in priſtinos errores reducit, ac viuendi tempore reſoluit. *Idem cap. 10.*

Valet interdum conuerſis pro animæ ſalute mutatio loci. *Ibid.*

## *Conuitium.*

Conuitium contumelia quædam eſt. *Ariſt. Eth lib. 4. cap. 9.*

Multi, cum aliis maledicunt, ſibi ipſis conuitium faciunt. *Sen. de mor.*

Non poteſt generoſus animus contu- meliam pati. *Idem de ſent. orat.*

Nulla eſt intolerabilior contumelia, quàm quæ pro beneficiis rependi- tur. *Idem.*

Si meritò obiurgauit te aliquis, ſcito, quia prodeſſe voluit. *Val. Max.*

Ha-

Digitized by Google

Habet quendam aculeum contumelia, quem pati prudentes, ac boni viri difficillimè poſſunt. *Cic. in Verr.*
Mala vita ad ſe trahit conuitia. *Plut. de vtil. c. ab inim.*

Conuitia quis facilè tolerat, cum in ſecreto mentis ad mala perpetranda reccurrit. *Greg. 3. mor.*
Videmus frequenter verborum facta in crimen venire, & nimia facilitate verborum amicitiis odia ſuccedere. *Val. ep. in quod. ſer.*
Contumelia ſecundũ inferentis mentem iudicatur. *Chry. ſup. Io. hom. 38.*

## Conuiuium.

Conuiuium eſt hominum cœtus ad prandium, vel cœnam vocatorum.
Quidam cœnent tecum, quia digni ſunt, quidam, vt ſint. *Sen. ep 43.*
Antè circumſpiciendum eſt, cum quibus edas, & bibas, quàm quid edas, & bibas. *Idem ep. l. 3. c. 5.*
Verecundari neminem apud menſam decet. *Plat. in Trinum.*
Litigare, & contendere, cum vbique ſit vitioſum, tùm inter pocula maximè. *Apud Stob.*
Lingua ſemper certè, præſertim in con-

conuiuio retinenda. *Apud Diog* *lib. 1.*

Non côuenit epulantes audire luctus *Eurip. in Alceſt.*

Non loquaces, nec mutos conuiuas e lige; quia eloquentia in foro, & ſi lentium in cubiculis ſeruatur. *Aul. Gell. lib. 5.*

Inter pocula non eſt admonendum. *Ageſ. apud Plut.*

Si dexterè, vrbaniterque recuſes, non minus grata fuerit excuſatio, quàm potatio. *Idem de tuend. bon. valet.*

Quotus noſtrum eſt, qui aut poſſit eſſe ſapiens aut velit? *Ibid.*

Non edendi, bibendique cauſa, ſed combibendi, & comedendi cauſa nos mutuo inuitamus. *Aegia* *apud Plat. pobl. dec. 2.*

In tenui menſa ſatis eſt immenſa voluptas.

Nobilitat viles mens generoſa dapes. *Verſif. fab. Aeſop.*

In conuiuio pauca loquere. *Cato*

Nihil effutiendum eſt, ſi quid liberiu dictum ſit in conuiuio. *Ex apopht*

Conuiuium vix ſine culpa celebrari poteſt. *Greg. 1. mor*

Quædam ſunt vitia, quæ a conuiuis

vix

vix ſeparari poſſunt. *Ibidem.*

Abundare in conuiuijs loquacitas ſolet; ſemper enim voluptas comitatur epulas. *Idem.*

Cum corpus in refectionis delectatione reſoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. *Idem.*

Semper epulas loquacitas ſequitur, cumque venter reficitur, lingua relaxatur. *Idem.*

## *Cor.*

Cor eſt potiſſimum animalis membrū, in quo vita conſiſtit, primum viuēs, & vltimum moriens.

Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud? *Hier. cap. 17.*

Homo enim videt ea, quæ patent; Deus autem intuetur cor. *Reg. 1. cap. 6.*

Cor gaudens exilarat faciem, in mœrore animi deijcitur ſpiritus. *Prou. cap. 1.*

Cor hominis diſponit viam ſuam; ſed Domini eſt dirigere greſſus eius. *Prou. cap. 6.*

Sicut igne probatur argentum, & aurum camino, ita corda probat Dominus. *Prou.* vultus

Quomodo [illegible] pro-

proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus. *Prou.cap.27.*

Apud homines cor ex verbis, apud Deum verò verba penſantur ex corde. *Ber*

Sæpè ex nimia cordis abundantia plura loquitur homo, quæ nollet. *Hier*

Cor habet in ventre guloſus, laſciuus in libidine, cupidus in lucro. *Idem ſup. Matth. vbi theſaurus.*

Nihil nobis vicinius eſt corde noſtro & tamen ſæpius euagatur. *Greg ſup. 1. Reg.*

Cor ſacerdotis eſt arca Dei. *Idem in Reg. cap. 16.*

Cor paruum eſt, & totus mundus ei non ſufficit. *Hug. lib. 3. de anima*

Plura machinatur cor meum vno momento, quod omnes homines perficere poſſent vno anno. *Ibid*

Vis ſcire de fratre tuo, quale cor habeat, attende, vnde libentius, & frequentius loquatur. *Caſſ. ſup. pſal*

*Correctio.*

Correctio eſt errorem innatum, vel conſuetudine factum freno rationis inhibere. *Aug. de diſſ*

Qui peccando ſeneſcit, corrigi nō vult *Greg. lib. 4.*

Cru-

Crudelis eſt in re aduerſa obiurgatio, obiurgationi ſemper aliquid blanditiæ admitte. *Idem in Prou.*
Moneri velle, ac poſſe ſumma eſt virtus. *Idem*
Admoneri bonus gaudet; peſſimus quiſq; correctionem aſperè patitur. *Idem.*
Qui non vetat peccare, cum poſſit, iubet. *Idem in Tragæd.*
Non modò peccantes caſtiga, ſed & peccaturos cohibe. *Perian. apud Stob.*
Amor ſimpliciter obiurgãs, magis premit. *Eurip. apud Plut. de amic. & adul.*
Cum verecundè reprehendit amicus, verecundiam in animo gignit. *Ibid.*
Laus obiurgationi eſt admiſcenda. *Ibidem.*
Correctio non eſt facienda cum ſui periculo. *Aeſop.*
Homines nequam alios corrigunt, & ſua peccata ſcire ſe negligunt. *Idem.*
Aliena vitia quiſque reprehendi mauult, quàm ſua. *Quint. lib. 2.*
Optimè, & iuſtiſſimè viuemus, ſi quæ in alios reprehendimus, ipſi non faciamus. *Diog. lib. 1.*
Non

Non ſatis eſt repræhendiſſe peccan-
tem, ſi non doceas rectam viam.
*Colum.lib.7.*

Imprudenter in alium vitium arguet
ſi in promptu eſt, quod ipſi viciſſim
obiiciatur. *Ex apoph*

Sæpenumerò accidit, vt, qui alios inſe-
ctantur, ipſi grauioribus madean
vitiis. *Ibidem.*

Reprehēſio fieri debet, poſtquàm per
ſcrutatio facta eſt. *Apud Iuriſp*

Carere debet omni vitio, qui in alte-
rum paratus eſt dicere. *Cic. in
Saluſt.*

Nulli patientius reprehenduntur, qui
qui maximè laudari merentur.
*Plin. iun. lib. 7.*

Fortile lignum nunquàm rectum.
*Ariſt.*

Nemo adeo ferus eſt, vt non miteſcer
poſſit,
Si modò culturæ patientem commo
det aurem. *Ouid. in ep. lib. 1. cap. 1*

Corrigere naturam malam difficile
*Sen. lib. de ira.*

Ceſſet in alterius oculo reprehender
labem,
Qui ſolet in proprio lumine ferre tra
bem.
*ex Matth. Euang.*

Cor-

Corripere peccantem plus eſt, quàm orare. *Aug. ſup. Act. Apoſt. hom. 24.*

Correctio inuidioſa res eſt. *Idem ep. 50.*

Magis ſanat obiurgator ſapiens, quàm adulator diſſimulans. *Idem in ep. ad Marc.*

Corripi debet frater a fratre, etiam repugnans, & inuitus. *Idem ep. 50.*

Quæ peccantur coram omnibus, coram omnibus corripienda ſunt, vt omnes timeant. *Idem de verb. Do.*

Iuſtè alios reprehendit, qui non habet, quod in ſe alius reprehendat. *Idem in pſal. 5.*

Manſueti benignè corripiendi ſunt, iniqui ſæuerè. *Ber. ſup. cant. ſer. 37.*

Sunt quædam, quæ in familiarium conuerſatione corrigi nequeunt ſine culpa corrigentis. *Greg. 22. mor.*

Qui poteſt emendare, & negligit, participem ſe procul dubio conſtituerit. *Idem in regiſt.*

Correctionem perdit, qui fallaciter viuit. *Idem 17. mor.*

G Ma-

Malum ſi comprimas tuum, reputabitur tibi ad iuſtitiam, ſi alienum, ad gloriam. *Ambr.*

Conſilium bonis datur; correctio errantibus. *Idem.*

Nodus grauiſſimus in ligno, niſi grauiſſimo oppreſſorio expelli poteſt. *Idem ſup. cap. 2. Matth.*

Dulcior eſt religioſa caſtigatio, quàm blanda remiſſio. *Idem in ſer. ad Vinc. Petr.*

Vt nunquàm ferè non nocet laudator, ſic ſemper prodeſt reprehenſor. *Hier. ſup. Eſai. lib. 7.*

Reprehenſio generalis non vnius perſonæ iniuria eſt. *Ibidem.*

Malum, cum perſeuerat, augetur, & remediabile bonum eſt in peccato accelerata correctio. *Caſſ. ep. lib. 1. cap. 14.*

Non amat, qui ſinit impunè peccare, ſi queat obſiſtere. *Chry.*

Ex reprehenſione naſcitur confeſſio. *Anſ. ſup. ep. ad Timoth.*

Qui delinquentem ſuperbo, vel odioſo animo corrigit, non emendat, ſed percutit. *Iſid. lib. 3. de ſum. bon.*

Plures ſanat tempeſtiua admonitio, quàm ſanat obiurgatio. *B. ſ.*

Per-

Digitized by Google

Peruerſi difficilè corriguntur, & ſtultorum infinitus eſt numerus. *Eccleſ. cap. 1.*

Melior eſt manifeſta correctio, quàm amor abſconditus. *Prou. cap. 27.*

Eijce trabem de oculo tuo, & poſtea eiicies feſtucam proximi. *Luc. cap. 6.*

In pleriſque iuſti aſpectio admonitio correctionis eſt. *Ber.*

*Crudelitas.*

Crudelitas nil aliud eſt, quàm atrocitas animi in pœnis exigendis. *Sen.*

Non tàm omnibus ignoſcere eſt, crudelitas, quàm modum tenere. *Idem de clem.*

Plerumque homines in ſuis domibus ſæuiſſimi tyranni; in alienis humillimi ſerui. *Idem.*

Omnibus odio eſt crudelitas, & amori pietas. *Cic.*

Eos fugere debemus, qui in cariſſimos ſe crudeliter gerunt. *Aeſop.*

Barbaricæ ſæueritatis eſt in proſtratos ſæuire. *Idem.*

Nemini intendendæ minæ, muliebre enim eſt. *Chilo apud Diog. lib. 1.*

Nec crudelitati luxuria, nec luxuriæ cru-

crudelitas obſtat. *Idem.*

Crudelitas non eſt punire malos cum auctoritate iuris. *Apud Iuriſc.*

*Cura, ſolicitudo.*

Solicitudo eſt ægritudo animi cum cogitatione. *Cic. 4. Tuſc.*

Stulta cura eſt, quæ ſpem non habet. *Quint. decl. 5.*

Nihil eſt, quod non expugnet pertinax opera, ac intenta, & diligens cura. *Sen. ep. 1.*

Nunquid non ſuccedunt cogitationes nouæ? ſerimus illas, ex vna exeunt plures. *Idem ep. 72.*

Simplex recti cura eſt, multiplex praui. *Idem ep. 123.*

Cura ſomnium excitat. *In hiſt. Sax.*

Cura curam trahit. *Ibid.*

Parem curam nemo habet ſuorum, & alienorum. *Ariſt. Aeconom.*

Stulta verborum cura cum negligentia rerum. *Demoſt. exord. 10.*

Incommoda naturæ induſtria corriguntur. *Idem.*

Cura fertilitatis cauſa eſt. *Plin. ſen. lib. 18.*

Quid magis eſt durum ſaxo? quid mollius vnda?
Dura tamen molli ſaxa cauãtur aqua. *Ouid.*

Vidi

Vidi ego iactatas mota face creſcere flammas:
Et vidi nullo concutiente mori. *Idem lib.1.Am.Eleg 2.*
Cogita de cibo,& paſtu animaliũ tuorum, nam eſuriunt, & non petunt. *Beltrand.Hycon.cap. 3.*

Mens curis occupata ad ſuperna non attollitur. *Greg.5.mor.*
Quantò quis hic altiùs erigitur, tantò curis grauioribus oneratur. *Idem 17.mor.*
Ex natura corrupta, & mala conſuetudine curæ oriuntur. *Idem 23. mor.*
Terrenæ ſolicitudines impediunt orationis affectum. *Idem 10.mor.*
Impar quiſque inuenitur ad ſingula, dum confuſa mente diuiditur ad multa. *Idem in paſtoph.cap.5.*
Lapides excauat aqua, & aluuione terra conſumitur. *Iob cap.14.*
Soliciti eſſe vetamur, laborare iubemur. *Chry.*
Aliquid ſemper facito, vt Diabolus te inueniat occupatum. *Hier.ad Ruſt.*
Sicut homo inuitus nunquàm benè

ſeruit, ità nec occupatus benè com-
mendata cuſtodit. *Max. epiſt. in quod. ſer.*

*Vide etiam in tit. Diligentia. fol....*

*Curioſitas.*

Curioſitas eſt ſuperflua inueſtigatio ad ſe non pertinentium. *Hugo.*

Multa cognoſcendi ſtudia comitatur garrulitatis vitium. *Plato de curioſ.*

Ridiculum eſt, cum quis ſua ignoret, aliena ſcrutari. *Idem de regno.*

Curioſius vtilior hoſtibus, quàm ſibi. *Idem de curioſ.*

Vt non ſis iracundus, ne ſis curioſus. *Sen. de ira.*

Aliena rectius perſpicimus, quàm noſtra, & ſibi quiſque adulator eſt. *Idem.*

Ità comparatam eſſe hominum naturam omnium, aliena melius vt videant, & iudicent, quàm ſua? *Ter. in Heautont.*

Stultum eſt dimenſionibus terrarum ſtudere, & ſe ipſum neſcire metiri. *Idem.*

Suas cuique attributus eſt error; ſed non videmus, manticæ quod in tergo eſt. *Catul. ad Var. epig. 18.*

Multa velle ſcire curioſitas animi putan-

tanda eſt. *Xiſtus.*

Fit neſcio quo pacto, vt magis in alios cernatur, ſi quid delinquitur, quàm in nobiſmetipſis. *Cic. 1. off.*

Eſt proprium ſtultitiæ aliorũ vitia cernere, & obliuiſci ſuorũ. *Idẽ Tuſc. 5.*

Cum tua peruideas oculis mala lippus iniunctis,

Cur in amicorum vitijs tàm cernis acutum? *Hor. lib. 1. ſat. 3.*

Omnes homines natura ſcire deſiderunt. *Ariſt.*

Quod ſupra nos eſt, nihil ad nos attinet. *Socr.*

Sua ſanctius eſt mala, quàm aliena tractari. *Sen.*

Pluribus intentus non eſt ad ſingula ſenſus.

Curioſi ſæpè decipiuntur. *Ber. hom. 1. in pſal. 5.*

Pius pulſator plerumq; inuenit, quod temerarius ſcrutator inuenire non poteſt. *Idem ſup. cant. ſer. 24.*

Scrutanda non ſunt quæ ſupra nos. *Chry. ſup. Gen. hom. 4.*

Duabus curis ingenium non debet occupari. *Caſſiod. ep. lib. 4.*

Curioſitas cauſa ferè eſt õium, q̃ cognoſcũtur a nobis. *Aug. in ep. ad Dioſc.*

Propter ſolam curioſitatē naturę ſecreta inquirūtur. *Idem lib. 3. conf. c. 35.*

Homo cū ſeipſum ignoret, omnia cupit cognoſcere. *Idē lib. 3. conf. cap. 8.*

Per oculos maximè curioſitas præualet. *Idem de mor. cap. 31.*

Curioſitas cum temperantia pugnat. *Idem in pſal. 8.*

Omnis indoctus curioſus. *Idem de mirab. ſacr. ſcript.*

Vbi inueſtigari non poteſt, quare iudicet Deus, ſufficit ſcire, quis iudicet. *Proſp. de voc. gent.*

Quæ Deus occulta eſſe voluit, nō ſunt ſcrutanda; quę autem manifeſta fecit, non ſunt negligenda. *Ibid.*

Altiora te ne quæſieris. *Eccl. cap. 3.*

Noli eſſe iuſtus multum, neque plus ſapias, quàm neceſſe eſt, ne obſtupeſcas. *Idem cap. 7.*

Noli altum ſapere, ſed time. *Apoſt. ad Rom. cap. 11.*

Quod inter ſe loquuntur homines, cognoſcere nunquàm deſideres. *Iſid.*

Nolite ſapere plus, quā oportet ſapere. *Apoſt.*

## D

### *Damnatus.*

Damnatus eſt, qui prò peccatis, & demeritis in infernum perpetuò deſtinatus eſt.

Dam-

Damnati non ſolùm foris ſentiunt tormenta, ſed intus etiam cruciantur. *Greg. lib. 6. mor.*

Damnatis ad pęnam ſeruatur cognitio, & memoria. *Idem in Euang. hom. 36.*

Damnati in inferno vident beatos in cęlo. *Idem in Reg. 1.*

Damnati per ignem cruciantur in corpore; & per dolorem ardent in mente. *Idem lib. 10. mor.*

Fit miſeris mors ſine morte. *Idem in mor.*

Maxima damnatorum pœna eſt, diuina fruitione carere. *Aug. in Hench. cap. 24.*

Sic morientur, vt ſemper viuant; & ſic viuent, vt ſemper moriantur. *Idem.*

Vniuſcuiuſque enim, quantùm culpa exigit, tantùm illic ſentiet pœnam. *Idem.*

Quærent mortem, & mors fugiet ab eis.

*Damnum, Iactura.*

Damnum eſt commodi amiſſio. *Apud Iuriſc.*

Damnum qui certat euitare, potior eſt eo, qui certat lucrum quærere. *Ibid.*

Igne quid vtilius? ſi quis tamen vrere tecta.

Apparat, audaces inſtruit ille manus
*Ouid.lib.2. de triſt.*

Damnum eſt id perdidiſſe, quod ſi vo lueris,emendum eſt *Quint.Decl.3*

Parta amittere maius dedecus eſt, qui nihil paruiſſe. *Sal.in bell.Iug*

Damnum præſtat turpi lucro. *Apud Stob.*

Semper grauior eſt in paucitate iactura. *Curt.lib.4*

Improbè Neptunum accuſat,qui iterū naufragia facit. *Pub.Mim.*

Quæ putamus profutura, ea nobis ſæpiùs obſunt. *Aeſop.*

Quandoquidem accepto claudēda eſt ianua damno. *Iuuen.ſat.13.*

Quid prudentis opus? cum poſſit,nolle nocere;

Quid ſtulti proprium? non poſſe,& velle nocere. *Auſon.in Bia.ſent.*

Damnum,niſi ex abundantia,rarò venit. *Sen.in prou.*

Non ſic ſapit lucrum, quàm dolet dānum. *Aug.in ſer.de Sanct.*

Quantò maior eſt in poſſeſſione commoditas,tantò maior eſt in amiſſione dolor. *Greg.*

De damno alterius nemo lucrum expectet. *Idem in regiſtr.*

Non

Non debemus vni nocere, vt alter iuuetur. *Ambr.*

*Debitum.*

Debitum eſt obligatio alicuius, qui alicui pro re aliqua tenetur. *Apud Iuriſp.*

Debitor creditorem veretur, & metuit. *Apud eoſdem.*

Parum intereſt, vtrum ab homine, vel à fortuna mutuum acceperis. *Sen. ep. 87.*

Aes alienum homini ingenuo acerba ſeruitus. *Idem in prou.*

Qui accipit mutuum, ſeruus eſt fœnerantis. *Prou. cap. 22.*

Mutuum ſumere mendacij principiũ eſt. *Baſ. in exam.*

Nihil grauius, quàm audire, redde. *Ibidem.*

Debitores ſumus quinque præcipuè, corpori, cordi, fratri, ſanctis, & mortuis. *Bern. de verb. Dom.*

Stultus eſt debitor, qui gaudens pecuniam accipit, & tempus, quo reddere debeat, non attendit. *Greg. in mor.*

Debita, quæ dimitti oramus, peccata ſunt. *Aug. ep. 54.*

Debitum qui exigit, non peccat.

*Idem lib. 19. cont. Fauſt.*

*Defenſio.*

Defenſio eſt ſui ipſius protectio,& cura,ne aliquo modo offendatur.

Defenſor propriæ ſalutis uidetur in nullo peccaſſe. *Apud iuriſp.*

Si turpe eſt non poſſe defendere ſe corpore, turpius eſt non poſſe ſe defendere ſermone. *Ariſt. Rhet. 1.*

Quos nobis defenſores putamus, hi ſæpè hoſtilia parant. *Demoſt. ex arg. lib.*

Non curioſitatis, ſed officij eſt amicorum cauſam agere. *Ibidem in Eurip.*

Difficilius ſemper eſt defendere, quàm accuſare. *Quint. lib. 5.*

Qui cõfeſſum defendit, abſolutionem ſceleris non petit,ſed licentiam. *Idē.*

Hominem ſeruare ſumma laus. *Plin. ſen. lib. 15.*

Te cum defenderis, aliena oppugnas. *Liu. lib. 9. decad. 3.*

Ingenia humana facunda ad ſuam cuique culpam leuandam. *Idem 3. decad. lib. 8.*

Non ſolùm taurus ferit vncis cornibus hoſtem,
Verum etiam inſtanti læſa repugnat ouis. *Prop. lib. 2. Eleg. ad Cynt.*

Arma-

Armaque in armatos ſumere iura ſi-
nunt. *Ouid.de art.amand.*

Criminis alterius nemo ſe defendat.
*Aug ſer.4.*
Criminis ſocius eſt, qui malè defrau-
dantem defendit. *Idem ep.54.*
Iudicem aditurus patronum quærat.
*Greg.ſuper euang.hom.33.*
Peccatum peccato addit, qui culpæ,
quam fecit, patrocinia defenſionis
adiungit. *Idem 21.mor.*
*Vide etiam in tit. Excuſationis.*

*Delectatio.*

Delectatio eſt iucunditas, quam ex re
aliqua percipimus. *Cic.4.Tuſc.*
Omnia deſiderata, magis quàm perce
pta aſſiduè delectant. *Idem ad Qui
rit.*
Delectatio perficit operationẽ. *Ariſt.*
Quod admirabile, id delectabile.
*Idem Rhet.3.*
Sine operatione non fit delectatio.
*Idem Rhet.8.cap.4.*
Nullus delectatur, niſi in eo, quod eſt
ſuo appetitui conforme. *Idem.*
Multa, quæ naturaliter non ſunt dele-
ctabilia, cùm aſſuefacta ſunt, dele-
ctabilia fiunt. *Idem Rhet.*
In minimis quoque rebus id appeti-
tur,

tur, quod habere, fruique delectet *Boet. de conſol.*

Ea delectant, quæ contingunt expetita; quæ vltrò obiiciuntur, non perinde iuuant. *Ex apoph.*

Durum eſt relinquere, quibus diù aſſueueris. *Senec.*

Delectatio parit tolerãtiam laborum. *Aug. de pat. cap. 4.*

Dulcius accipitur, quod ſub aliqua dilatione præſtatur. *Caſſiod. ep. lib. 9. cap. 29.*

Delectamur per voluntatem, & exercemur per rationem. *Ber. in ſer.*

Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. *Greg.*

*Deſiderium, affectus.*

Deſiderium eſt libido eius, qui nondũ adſit, videndi. *Cic. 4. Tuſc.*

Neminem poetam cognoui, qui non ſibi optimus videretur. *Idẽ 5. Tuſc.*

Cupiditas agẽdi aliquid adoleſcit vnà cum ætate. *Idem 5. de fin.*

Vt quiſque audit, mouetur. *Quint. lib. 11.*

Etiam celeritas in deſiderio mora eſt. *Sen. in prou.*

Multum ad rem pertinet, quo propoſito ad rem acceſſeris. *Idem ep. 109.*

Quic-

Quicquid rationem vincit, affectus eſt. *Quint. decl. 10.*

In periculis maximè verſatur affectus. *Idem lib. 6.*

Summa circa mouendos affectus hæc eſt, vt moueamur ipſi. *Ibid.*

Affectus ſunt caſtigandi. *Apud Stob.*

Cupiditas res eſt valdè ſuauis. *Ariſt. de ani. 11.*

Deſiderium præcedens comprehenſionem rei magis dicitur dolor, quàm voluptas. *Idem met. 11.*

Ne cupias, quæ haberi non poſſunt.

Deſiderium ſinus cordis eſt.

Affectio ſine ratione motus eſt beſtialis. *Aug. lib. 2. de am. cap. 9.*

Melius eſt videre, quod cupias, quàm deſiderare, quod neſcias. *Eccleſ. cap. 9.*

Deſiderium vox eſt valida. *Ber. ſuper cant. ſer. 74.*

Affectus liber eſt. *Idem ep. 183.*

Affectus ſuas voces habet. *Idem ſer. 69 ſuper cant.*

Affectanti cęleſtia terrena non ſapiūt. *Idem ep. 110.*

Affectio alia eſt, quā caro gignit; alia, quam ratio regit; alia, quam condit ſapientia. *Idem ſer. 2. ſup. cant.*

Ap-

Appetitus reprimendus, quem omninò reſtringere non poſſumus. *Idem de trip.gen.cogn.noſt.*

Cuncta deſideria dilatione creſcunt; ſi autem dilatione deficiunt, deſideria non ſunt. *Greg.hom.23.*

Affectus tuus precium imponit operi tuo. *Ambr. 1.de off.*

Affectuum omnium capita ſunt delectatio, & dolor. *Idem lib.2.de Iacob.*

Appetitus lege naturæ ſubiectus eſt rationi. *Idem lib.2.de off.*

Affectio obtenebrat iudicium. *Chryſ. ſuper act. Apoſt.hom.28.*

Nemo poteſt ſpiritualia bella ſuſcipere, niſi prius carnis edomuerit cupiditates. *Iſid.*

## *Deſperatio.*

Deſperatio eſt ægritudo ſine vlla rerũ expectatione meliorũ. *Cic.4.Tuſc.*

Clauſis ex deſperatione creſcit audacia: & cum ſpei nihil deeſt, ſumit arma fortitudo. *Veg.lib.3.*

Deſperatio vtilia honeſtis anteponit. *Quint.decl.12.*

Turpiter deſperatur quicquid fieri poteſt. *Idem lib.1.*

Iniquiſſimum eſt deſperationem vocare, quoties remedium medicina nõ inuenit. *Idem decl.8.*

Fre-

Frequẽter deſperatio magnum robur addit animo, non minus quàm ſpes victoriæ. *Ex apoph.*

Deſperationis cauſa eſt ineuitabilis timor pœnæ. *Apud Stob.*

Ne deſperãdo augeamus peccata, propoſitus eſt enim pœnitentiæ portus. *Aug. in lib. de vtil. pœnit.*

Timeat ergo bonus, ne peccet per ſuperbiam; & malus, ne deſperet per multam malitiam. *Idem in lib. de ſim.*

Plus offendit Deum Iudas deſperando, quàm Deum tradendo. *Idem in tract. de conf.*

Nullus deſperet veniam, etiamſi circa finem vitæ ad pœnitentiam conuertatur. *Iſid. de ſum. bon. lib. 2.*

Licet non exaudimur de tribulatione, tamen non eſt deſperandum. *Greg. 26. mor.*

Prima ſalus eſt declinare à culpa: ſecunda non deſperare veniam. *Hug. de verb. ſap.*

*Detractio.*

Detractio eſt locutio ex inuidia procedens, bona aliorum denigrãs. *Hugo.*

Nihil eſt tã volucre, quã maledictum, nihil tàm facilè emittitur, nihil ſa-

tius

tius diſſipatur. *Cic. pro Planc*

Inſita oblectatio mulieribus eſt præſentia mala in lingua habere. *Eurip. in Alceſt.*

Di tibi dent nulloſque lares, inopemq senectam,
Et longaſque hyemes, perpetuamque ſitim. *Ouid. amor. lib. 1. Eleg. 8*

Obſerua calumnias, etiam ſi mēdaces ſint: nanq; plerique ignari veritatis ad opinionem tamē reſpiciūt. *Iſocr.*

Aduerſus nihil male meritum audire maledicam linguam, iniuriæ genus eſt. *Ex apoph.*

-- *Te nulla poteſtas.*
In miſeros armet; nam miſer eſſe potes. Verſificat. *Fab. Aeſop.*

Suſurrari eſt inter amicos diſcordias ſeminare. *Hugo.*

In ſecreto cubiculo ne maledixeris diuiti: quia & aues cœli portabunt vocem tuam. *Eccleſ. cap. 10*

Quæ uiderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citò, ne poſteà emendare nō poſſis, cum dehoneſtaueris amicum tuum. *Prou. cap. 26*

Cum defecerint ligna, extinguetur ignis, & ſuſurrone ſublato iurgia conquieſcunt. *Ibid.*

Non

Non ſolum reus eſt, qui de alio falſum profert, ſed is qui citò aurem criminibus præbet. *Iſid. de ſum. bon. lib. 3.*

Peior eſt detractio in magni nominis viris, q̃ in plebeis. *Aug. ſup. pſ. 49.*

Detractione patiẽtia noſtra probatur. *Idem cont. lit. epiſt. Petil.*

Detrahenti inimico non eſt credendũ. *Ibidem.*

Incongruum eſt linguam per totũ mũdum vagari, & corpore latere. *Hier. in ep. ad Ruſt.*

Nihil tam facile, quàm ocioſum, & dormientem de aliorum vigiliis diſputare. *Idem.*

Caue, ne linguã, aut aures habeas prurientes, & ne ipſe aliis detrahas, aut alios detrahentes audias. *Idem.*

Illa eſt ex legibus Solonis, quæ recta videtur, nemini defuncto maledicendum. *Idem in epiſt.*

Ne detrahas peccãti, ſed condole *Iſid.*

Quandò alium mordes, tua peccata redargue. *Idem.*

Sicut ſuſurrans ſerpens Euam de Paradiſo expulit, ſic qui detrahit fratri ſuo, non ſolum ſuam, ſed & audientis animam perdit. *In Vit. Patr.*

Aduerſus malitiam calumniandi nihil eſt tutum. *Greg.*

*Greg.ſup.Ezech.hom.9.*

Permittitur detractio, ut caueatur ela tio. *Idem mor.22.*

Detrahentes in terram inſufflant, & puluerem in oculos ſuos mittunt. *Idem in regiſt.*

Non maledicere virtutis quædam par ticula eſt. *Chryſ.ſup. Matth. homil.65.*

Plures necat lingua, quàm gladius. *Sap.*

Non maledicas ſurdo, nec coram cęco pones offendiculum. *Leuit.cap.19.*

## *Deuotio.*

Deuotio eſt feruor bonæ uoluntatis, quem mens cohibere nō valens certis manifeſtat indiciis. *Hugo.*

Deuotio vnguentum eſt, animæ dolorem leniens. *Ber.ſup.cant.ſer.16.*

Temporis præteriti fructus eſt compunctio; futuri flos eſt deuotio. *Idem ſuper cant.*

Deuotio in frigidis accenditur afflatu, aſpectu, vel memoria ſpiritualium uirorum. *Idem ſer.18.*

Melius eſt deuotū in minoribus, quā indeuotum in maioribus inueniri. *In collect.Io.Abbat.*

Si ha-

Si habet animus vnde oblectetur extrinſecus, ſine delicijs manet interius. *Aug.ſup.Ioan.*

Si nos virtus deuotionis in intimis afficit, omnis ſtrepitus prauæ ſuggeſtionis obtumeſcit. *Greg.*

*Deus omnipotens.*

Deus eſt viuẽs immortale per ſeipſum ad beatitudinem ſufficiens eſſentia ſempiterna, ipſius boni cauſa. *Plat. in def.*

Omnibus innatum eſt, & quaſi inſculptum eſſe Deos. *Cic.de Nat.Deor.*

Deum cognoſcimus ex operibus eius. *Idem Tuſc.*

Nihil eſt, quod Deus efficere non poſſit, & quidem ſine labore vllo. *Idem 3.de Nat.Deorum.*

Homini timidè de poteſtate Deorum, & pauca ſunt dicenda. *Idem pro leg. Manil.*

Quantò magis Deum conſidero, tanto mihi videtur obſcurior. *Idem de Nat.Deorum.*

Arbitrio numinis res hominum, ſurſumq;, deorſumq; voluuntur, ac reuoluuntur. *Ex Apoph.*

Deum cogitare, animo eſt difficile, alloqui impoſſibile. *Euſeb.apud Stob.*

Men-

Mentem diuinam nihil, neque latere neque fallere. *Aeſop*

Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis *Ouid.metel.163.*

Si quoties peccent homines, ſua fulmina mittat.

Iuppiter, in paruo tempore inermis erit. *Idem lib.3.de triſt*

Flectitur iratus voce rogante Deus. *Idem 1.de art.amandi.*

Quamquam enim non punit Iuppiter illicò ſontem.

At faciet tandem, & luent ſua crimina magno. *Hom*

Dij laneos pedes habent. *Macrob.lib. 1.Satur.*

Si quid non vis ſcire Deum, iſtud nec agas, nec cogites. *Xiſtus.*

Diuinitas definiri nequit. *Cypr.in quod.Probl.*

De Deo etiam vera dicere, periculoſum eſt. *Idem in ſimb*

Omne hominum genus, etſi ignoret qualem Deum habere debet; tamen habendum ſcit. *Lact.li.1*

Deus vbique præſens eſt, & inueniri poteſt: ſtantem ſequimur, & apprehendere non ualemus. *Gregor.lib. mor.*

Tunc

Tunc minus inuenitur Deus, quandò is,qui vbique totus eſt,in parte quęritur. *Ibidem.*

Deus multis modis ſe nobis dat intelligi. *Idem 5.mor.*

Deus ab æterno futura præuidit,& decreuit. *Idem in mor.*

Deus non carnis,ſed cordis oculis contemplandus. *Aug.de eſſent.diu.*

Deus melius ſcitur neſciendo. *Idem li. 2.de or.cap.16.*

De Deo multa intelligimus, quæ alloqui non poſſumus. *Chryſ.ſup ep.ad Hebr.hom.2.*

Deus verius cognoſcitur, quàm diſcitur. *Ber.7.de æter.cap.4.*

Deus quamuis omnipotens; non tamē potuit facere creaturam ſibi æqualem. *Idem ſuper Miſſus eſt.hom.4.*

Diuina natura meliuscredendo,quàm diſputando intelligi,ac comprehendi poteſt. *Pius 2.apud Plat.*

*Deus miſericors.*

In omnibus vijs tuis cogita Deum, & ipſe diriget greſſus tuos. *Prou.cap.3.*

Vnumquemque enim Deus de ſuo fine, non de uita præterita iudicat. *Iſid.de ſum. bon.*

Deum nemo vidit vnquàm; tamen viſuri ſumus. *Aug.ep.112.*

Deus

Deus facit, quæ ſe rogari præcipit. *Idem ep.107.*

Deus ſi fert auxilium, miſericors; ſi n iuſtus eſſe creditur. *Idem in quæſ vet. teſt.*

Penes Deum nec pietas eſt ſine iuſt tia, nec iuſtitia ſine pietate. *Chry ſer. cap. 45.*

Deus non eſt velox ad pœnam. *Iden de pœnit. hom. 5.*

Deus in aduerſis cogitandus. *Hier. a Paul.*

Quos Deus diligit, aliquandò corrigit *Idem in rubr.*

Nouit Deus mutare ſententiam, ſi t noueris mutare propoſitum, & e mendare delictum. *Idem ſuper il lud Magis arguite.*

Deus de ſeruitute corporea non effica ciã, ſed congruentiam quærit. *Ber ſuper Cant. ſer. 6.*

Deus iniquos patitur, vt iniquorum vita purgetur. *Greg. 5. mor*

Deus, quem ſpectando vult corrigere aſpiciendo non vult punire. *Idem moral.*

Deum quibuſdam donis ſuis, quaſi i veſtigijs cognoſcimus. *Idem in mor*

Aliud eſt, quod Deus miſericordite tribuit, aliud, quod iratus habere pe mit-

mittit. *Ibidem.*

Deus mutat ſententiam: conſilium verò immobile manet. *Idem 16.mor.*

Quos Deus in æternũ diligit, aliquandò ad tẽpus relinquit. *Idem 20. mor.*

Deus vult placari precibus. *Idem ſuper Euang. hom. 36.*

Deus ſæpè humano more loquitur. *Idem in regiſt.*

Deus non placatur muneribus, ſed affectu. *Ambr. de Cain. lib. 2.*

Deus timeri exigit, vt Dominus: honorari, vt pater; vt ſponſus amari. *Ber. ſuper Cant. ſer. 83.*

De beneficio Dei ſuperbire, maledicere eſt. *Idem mor. 1.*

Deus eligit, quod mundus deſpicit. *Idem in Euang. hom. 36.*

Deus in bonis actibus hominibus dux eſt. *Xiſtus.*

*Deus vltionis.*

Ne dixeris, peccaui, quid mihi accidit triſte? Altiſſimus eſt enim patiens redditor. *Eccl. c. 5.*

Deus non ſolum donis, ſed flagellis erudit. *Greg.*

Deus aliquando iniuſtos celeriter trucidat. *Idem 5. mor.*

Deus, cum reprobos punit, ſanctos erudit. *Idem in regiſt.*

Sæpè magis propitius eſt Deus, cum immittit amara, quàm cum delini dulcibus. *Chry*

Deus ſine mediatore exorabilis. *Idem de pœnit. hom. 4.*

Neſcit iuſtus Deus patrocinium criminum dare. *Idem ſuper Matt. 22*

Ira Dei tunc metuenda, cum peccata non punit. *Ber. ſuper Cant. ſer. 42*

Affligit Deus, nec iniuſtè, nec crudeliter. *Aug. lib. medit. cap. 39.*

Lento enim gradu ad vindictam ſui Diuina procedit ira. *Max. li. 1.*

Mihi uindictam, & ego retribuam. *Deut. 32.*

Punit citra condignum, & præmiat vltra condignum. *Aug.*

*Diabolus.*

Diabolus eſt Dei creatura nobiliſſima, propter ſuperbiam è cœlo deiecta.

Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei. *Iob c. 41.*

Diabolus prima opera noſtra, deinde verba, & tandem cogitationes accuſat. *Greg. 2. mor.*

Diabolus non ſolum per ſeipſum, ſed etiam per eos, qui nobiſcum ſunt, nos tentat. *Idem mor. 4.*

Diabolus quò valentiùs vincitur, eò adhuc ad inſidias ardentius inſtigatur.

Digitized by Google

tur. *Ibidem*

Nullus ad hunc uenit mundum, qui Diaboli aduerſa nõ ſuſtinuerit. *Ibid.*

Diabolus cõtra conſentientes fortis, & contra reſiſtentes debilis eſt. *Idem.*

Diabolus nocendi poteſtatem non habet, niſi voluntas Dei permiſerit, *Idem 14.mor.*

Omnis Diaboli voluntas iniuſta; & tamen omnis poteſtas eius iuſta. *Idem 18.mor.*

Diabolus eos tentare negligit, quos quieto iure ſe poſſidere ſentit. *Idem 24.mor.*

Diabolus ſub virtutum ſpecie iniqua nobis opponit. I*dem 31.mor.*

Cum Diabolus mala, quæ accuſat, non inuenit, ad malum ipſa bona flectere quærit. *Idem 2.mor.*

Diabolus áliquandò ſe transfert in Angelum lucis. *Idem 33.mor.*

Diabolus tantò acrius ſæuit, quantò magis mundus ſeneſcit. *Ibidem.*

Diabolus alijs Leo, alijs formica. *Idẽ 4.mor.*

Non eſt formidandus Diabolus, ſed vis diuina timenda. *Idem 2.mor.*

Diabolus expulſus acriores conatur infligere ſtimulos. *Idem 32.mor.*

Diabolus intuetur nõ ſolũ quid faciat,

ſed quandò faciat. *Idem 21.mor*
Diabolus ocioſæ menti cautè inſidia-
tur. *Idem li.7.regiſ*
Diabolus apud diuites non opus habe
multo labore. *Chry. ſuper Act. A-
poſt. hom.52.*
Conceſſum eſt Diabolo quandoq; ve-
ra prædicere, vt mendacium ſuum
rara veritate commendet. *Idem ſup
Matth.*
Dœmonibus non credendũ, etiãſi vera
dicant. *Idem ſup. Luc. de Laz. cō. 1*
Hoſtis antiquus in iuuenum nequitia
valde reficitur. *Idem ſup. 1. regiſt.*
Inuidet Diabolus humano generi, vo-
lens illud habere ſubiectum: quia
prçuidit hominem Deum futurum.
*Ber. ſup. Cant. ſer. 18.*
Dœmones vafri ſunt, non ſapientes.
*Aug. 2. de Ciu. Dei.*
Dœmones voluntatẽ nocendi habent,
ſed nô poteſtatẽ. *Idem 2. de Tri. c. 7.*
Tunc cõtra eũ, quẽ poſſidet, acrius ſæ-
uit, qñ ſe diuina virtute ab eo expel-
lendum cognoſcit. *Iſid. de ſum. bon.*
Nemo poteſt à Diabolo decipi, niſi qui
præbere uoluerit ſuæ voluntatis aſ-
ſenſum. *Aug.*

## *Dies.*

Dies eſt Solis iter ab ortu uſque ad oc-
caſum,

caſum, vel lumen nocti contrarium.
*Plato in def.*
Dies eſt latio Solis ſuper terram. *Ar. top.ſex.*
Meridies eſt tempus, in quo vmbrę cor
poris breuiſſimæ ſunt. *Plat. in def.*

Dies imago vitæ, nox autem mortis. *Aug. de fide, & oper.*
In nocte dies, & in die veſpera deſide-
ratur. *Greg. lib. 8. mor.*
Breues dies hominis ſunt. *Iob c. 14.*
Nunquid non paucitas dierum meorũ
finietur breui? *Idem cap. 10.*
Itaque omnis dies veluti vltimus iudi-
catur. *Baſil.*

*Difficultas.*

Difficultas eſt obſtaculum, & impedi-
mentum, quod hominum mentes
ſæpè deterret ad aliquid faciẽdum.
Maximis rebus difficultatem ipſa na-
tura propoſuit. *Cic.*
Noſcere ſeipſum difficillima res eſt. *Plaut. de Rep.*
Omne opus difficile apparet, antequã
tentaueris. *Veg. lib. 3. de art. mil.*
Nil tam facile, quin difficile fiat, ſi in-
uictus facias. *Ter. in Heautont.*
Lupum auribus teneo. *Idem.*
Difficilia ſunt arcana reticere, ocium

rectè diſponere, & iniurias toll[illegible]
poſſe. *Apud Dio. lib.*

Simul flare, & ſorbere, difficile eſt [illegible]
ctu. *Plaut. ex Mo.*

Nulla eſt ſine difficultate ſubtilita[illegible]
*Sen. ep. 45.*

Proximus à tectis ignis defenditur a[illegible]
grè. *Ouid. de rem. amo[illegible]*

Difficile eſt triſti fingere mẽte iocum
Nec benè mendaci riſus componitu[illegible]
ore. *Tibu[illegible]*

Eſt difficillimum ſeipſum vincere.
*Plato Dialog. 1 de leg.*

Quodcumque præclarum, idem ar-
duum. *Cic. de amicit.*

Commodè fit, quicquid ſine difficulta-
te fit. *Apud iuriſc.*

Difficile eſt aſſueta relinquere. *Aug.
ſuper Pſal.*

Cunctas res difficiles, non poteſt ho-
mo explicare ſermone. *Eccleſiaſt.
cap. 1.*

*Dignitas, & honor.*

Dignitas eſt alicuius honore, cultu, &
verecundia digna auctoritas. *Cic. in
Rhet.*

Honor eſt præmium virtutis, ſtudio,
iudicioque ciuium ad aliquem de-
latum. *Idem de art. orat.*

Inſua-

inſuadendo nihil optabilius, quàm dignitas. *Ibidem.*
Honor non ſolum alit artes: verum etiam virtutem. *Idem Tuſc.*
Honor non ſolum maioribus; ſed etiam æqualibus eſt adhibendus. *Idem 1. Rhet.*
Dignitas in opibus, & moribus eſt. *Apud Stob.*
Honor alit curàs bonas. *Ibidem.*
Mediocres honores tempore augentur: excedentes, nimijque euaneſcunt. *Theoph. apud Plut. in apoph.*
Vnuſquiſque grauiter fert honore priuari. *Ariſt. 5. œconom.*
Honor eſt benefacti, & operationis ſignum. *Idem Pol. 5.*
Honor ſemper ſeniori ſecundum ætatem eſt tribuendus. *Idem 9. Eth.*
Non loca viros, ſed viri loca faciunt honorata. *Ageſ. apud Plat. in apoph.*
Honor virtutis præmium, non aurum. *Plin. ſen. lib. 15.*
Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores. *Ouid. lib. 1. Eleg.*
Loco ignominiæ eſt apud indignum dignitas. *Mim. Pub.*
Ex quo pecunia in honore eſſe cępit, verus rerũ honor cecidit. *Sen. ep. 116.*
Sæpe quam abſentes auctoritatem ha-
 bemus,

bemus, præſentes amittimus. *Caſ.d bell. affi.*

Honor non auctoritati, ſed meritis tri buendus. *Ex apop*

Dignitati magis, quàm famæ conſule dum. *Sal. in conιur. Ca*

Dignitas in certamine relicta poten tioris eſt. *Liu. decad. 1. lib. 1*

Qui honore præſtat, fit dux ad graui ſubeunda. *Idem decl. 3. li. 6*

Falſus honor iuuat, & mendax infami terret. *Hor. 1. 1. epiſt.*

Potior eſt bonis dignitas ſine uita, quã vita ſine dignitate. *Max. lib. 3.*

Non recuſandi ſunt honores, qui ho neſtis artibus comparantur. *Ioann. Picus in Nepta.*

Plures, quàm par eſt, honorare, eſt mul tos ad bene merendum prouocare. *Demoſt. in orat. de ſept.*

In omni ætate ſpectandum honorem perſonæ. *Cic.*

Dignitas, ad quam ambitioſè cum cul pa peruenitur, non poteſt ſine culpa relinqui. *Greg. 14. mor.*

Honoribus Eccleſiæ pauci ſe ſubtra hunt, multi ſe ingerunt. *Idem Regiſt.*

Licuit leuius eſt de plano corruere, ſic

ſic grauius eſt de ſublimi cadere dignitate. *Idem in paſt.*
Honore creſcente ſolicitudo creſcere debet. *Idem in regiſt.*
Dignitatem plerique ambiunt, laborē pauci. *Ibidem.*
Dignitates fugiendæ ſunt ab his, qui ſe impares cognoſcunt. *Ibid.*
Honor malis exhibitus in eorum commutatur ruinam. *Idem in 7. Mal.*
Honores ſæpè mutant mores. *Idem in regiſt.*
Non eſt dignum, vt inde exigas honorem, vnde refugis laborem. *Hier. in epiſt.*
Fruſtrà ſe enim iactat habere dignitatem, cuius nō exhibet operationem. *Idem.*
Honoris magnitudo his, qui non ſunt digni honore, ſtimulus incipit eſſe pœnæ. *Chry. ſup. Matth.*
Conuerſatio eſt igitur deſideranda, nō melior gradus. *Idem in dial. lib. 3.*
Honorans alium, ſe ipſum honorat. *Idem de manſuet. ſer.*
Honor cum fęnore reprehendendus. *Idem hom. de Dauid, & Saul.*
Honores ignauis multam afferunt perniciem. *Aug. ſup. Matth. hom. 41.*
Quantò plus honoramur, tantò plus

periclitamur. *Idem in pſal. 10*

Honor humanus nil, niſi fumus. *Idem lib. 1. de ciu. Dei.*

Honoris comes inuidia. *Idem lib. de mir. ſacr. ſcript.*

Honores grauis populus, non leuis, dare debet. *Idem lib. 1. de lib. arbitr.*

Sublimitas honorum magnitudo eſt ſcelerum. *Idem*

Statim vt ambitioſus ad honorem promotus eſt, in ſuperbiam extollitur, & in iactantiam effrenatur. *Innoc. de vil. cond. hum.*

Honori totum datur, nihil ſanctitati. *Ber. de conſ. lib. 4.*

Quantò quiſque in ſuperiori conſtitutus eſt loco, tantò in maiori verſatur periculo. *Iſid.*

*Diligentia.*

Diligentia eſt accurata ſeruatio ſuorũ. *Tull. Rhet. art. vet. lib. 1.*

Non poteſt iuſtè diligentia vnquàm reprehendi. *Apud Stob.*

Diligens induſtria vtilior, quàm bonũ ingenium. *Ibid.*

Diligentiæ ſubiiciuntur omnia. *Idem.*

Quod quæritur, inueniri poteſt, effluit autem, quod negligitur. *Ibid.*

Diligentia nimia ſæpè nocet. *Plin. ſen. lib. 25.*

Longa

Longa dies homini docuit parere leonem,
Longa dies molli ſaxa peredit aqua.
*Tibul.eleg.4.lib.1.*
Terreus aſſiduo conſumitur annulus vſu:
Interit aſſidua vomer aduncus humo.
*Ouid.de art.amandi.*
Melius eſt enim ante tempus occurrere, quam poſt vulnus datum remedium quærere. *Sen.de mor.*
Somnium,& vinum vtraque ſunt inimiciſſima diligentiæ. *Colum.lib.11.*
Ad res gerendas ſimul adhibeatur, & induſtriæ celeritas. *Gell.lib.10.*
Si puſillum puſillo frequenter appomas,aceruus oritur. *Heſiod.*
Nimia diligentia ſuſpicionem facit. *Hier.*
*Vide etiam in tit. cura ,& ſolicitudo. fol.*

*Diſciplina.*

Diſciplina eſt facultas, quæ animum curat. *Plat.in diff.*
Cęca res eſt ſine diſciplina natura. *Plaut.de curios.*
Initium à diſciplina, vſus ab exercitio,& meditatione fit. *Ibid.*
Diſciplina optimum viaticum ad ſenectutem. *Ariſt.apud Diog.lib.5.*

Diſciplina magis neceſſaria eſt mala dediſcere. *Ibid.*

Bona educatio verecundiam parit. *Eurip.*

Diſciplina à diſcendo dicta eſt. *Aug.*

Omnis ſcientia diſciplinæ eſt Creatorem, & creaturam cognoſcere. *Idem lib. 85. quæſt.*

Diſciplina animi ſanitatem inſtaurat. *Idem de morib. eccl. cap. 27.*

Diſciplinarum omnium excogitatrix eſt ratio. *Idem lib. 2. de ord. cap. 12.*

Diſciplinarum vſus extra Deum infelix, cum Deo nō improbatus. *Idem lib. 5. conf. cap. 4.*

Arduas quæſtiones non attingant diſciplinarum ignari. *Idem lib. 2. de ord. cap. 17.*

Diſciplina homini optima medicina. *Idem 22. de Ciu. Dei. cap. 22.*

Diſciplinæ nos à prauis cogitationibus coercent. *Idē de ciu. Dei. lib. 2. c. 22.*

Diſciplinæ intellectum ad diuina offerunt. *Idem lib. 2. de ord. cap. 17.*

Diſciplina moralis ſubeſſe, adeſſe, & præeſſe debet. *Ber. ſup. cant. ſer. 22.*

Qui quærit ſcientiam, non negligat diſciplinam. *Hug. lib. 3. didaſ.*

Pro-

ro diuerſitate peccantium, alii portā-
di, alii caſtigandi ſunt: quia modus
diuerſus eſt peccatorum. *Ambr.*

Qui per blanda verba caſtigatus non
corrigitur, acrius neceſſe eſt, vt ar-
guatur. *Iſid.*

Cum dolore enim abſcindenda ſunt,
quæ leniter ſanari nō poſſunt. *Idem.*

Qui admonitus ſecretò corrigi de pec-
cato negligit, publicè arguēdus eſt,
vt vulnus, qđ occultè ſanari neſcit,
manifeſtè debeat emendari. *Idem.*

Dum vnus corrigitur, plurimi emen-
dantur; melius eſt, vt pro multorum
ſaluatione vnus cōdēnetur, quā pro
vnius licētia multi periclitētur. *Idē.*

*Diſcipulus.*

Oportet diſcentem credere. *Ariſt.*
*Elenc. 2.*

Natura primum, atque ingenium ad
diſcendum vim affert maximam.
*Cic. 1. de Orat.*

Semper diſcendum eſt, quod an ſcia-
mus experiri non poſſumus. *Sen.*
*ep. 26.*

Ab omnibus libenter diſce, quod ne-
ſcis; quia humilitas tibi commune
facere poteſt, quod natura fecit cō-
mune. *Aug. in ep. ad Hier.*

Ad

Ad diſcendum duo ſunt neceſſaria, autoritas, & ratio. *Idem in Sent*
Cognito diſcipulo, cognoſces facilè qualis fuerit magiſter. *Ambr.*
Diſcipuli perfectio magiſtri laus. *Idem ſup. ep. ad Theſal.*
Sapiëtior omnibus eris, ſi ab omnibus diſcere volueris. *Hug. lib. 3. didaſ.*
Diſcipuli eſt magiſtrum imitari. *Chryſ. ſup. ep. ad hebr. hom. 28.*
Caue ne ante magiſter ſis, quàm diſcipulus: ante miles eſſe velis, quàm tyro. *Hier.*
Nulla ars abſque magiſtro diſcitur. *Idem.*
Vir ſtudioſus, & ſapiens, etiam ſi diſcere aliquid vult, magis docet, dũ prudenter interrogat. *Idem.*
Neque enim idoneus poteſt eſſe miles, qui non exercitatus in campo prius fuerit. *Cypr.*

*Diſcordia.*

Diſcordia eſt aliquorũ diuerſio, quos prius amoris uinculum colligauit. *Iſid. Ethym.*
Omnis diuerſitas uidetur facere diuiſionem. *Ariſt. polit. 5.*
Nobilitas generis, & diuitiæ principia ſunt, & fontes ſeditionum. *Ibidem.*

Minores, vt fiant æquales, ſeditiones faciant; æquales verò, vt fiant maiores. *Ibid.*

Populares homines diſcordāt propter inæqualitatem poſſeſſionis; generoſi autem propter inæqualitatem honoris. *Idem pol.2.*

Diſcordia duas ex vna ciuitate facit. *Liu.lib.6.decad.1.*

Diſcordia, & ſeditio omnia opportuniora facit inſidiantibus. *Idem decad.4.lib.4.*

Nihil ciuitati perniciofior, quàm diuiſio; & nihil melius, quàm vnio. *Plut.de rep.*

Ciuile odium ad inimicorum perniciē præceps eſt, ad vtilitatem ſuæ defenſionis incautum. *Veg.lib.3.*

Inter hoſtes diſcordiæ ſerere cauſas, ſapientis eſt Ducis. *Ibid.*

Turpius nihil eſt, quàm cum eo bellū gerere, cum quo familiariter vixeris. *In prou.*

In ſeditionibus plus ualet, quod violentia cogit, quàm quod præcipit verecundia. *In hiſt ſax.*

In diſcordia nemo benedixit Dominū. *Aug.ſup.pſal.*

Labia ſtulti miſcent ſe rixis, & os eius iurgia,

iurgia prouocat. *Prou.cap.1*[illegible]

Munus non recipitur, niſi prius diſc[illegible] dia repellatur ab animo. *Greg.* [illegible] *ſup.Ezech.*

## *Diſcretio.*

Diſcretio eſt in iudicandis rerum cau ſis prouida humanarum mentiũ ra tio moderatrix. *Iſid.in ſin*

Virtus enim indiſcreto pro vitio repu tatur. *Ibid.*

Eſt ergo diſcretio non tàm virtus, quã quædam moderatrix virtutum, ordinatrix affectuum, & doctrix morum. *Ber.ſup.cant.*

Tolle diſcretionem, & virtus vitium erit. *Ibid.*

Auriga virtutum diſcretio eſt. *Ibidem ſer.49.*

Tantum valet diſcretio, vt ſine illa omne ocium turpe ſit, & labor inutilis. *Hugo lib.3.didaſc.*

Summa enim diſcretio eſt nolle, quod non potes, & fugere, quod neſcis. *Idem de 12.abuſ.Claud.*

Diſcretio in afflictione carnis ſeruanda. *Greg.ſup.1.regiſt.*

Sola diſcretio perturbatis cogitationibus non ſuccumbit. *Idem in mor.*

Plerunque virtus, cum indiſcretè

tenc-

tenetur, amittitur. cum diſcretè intermittitur, plus tenetur. *Idem 29. mor.*

*Diſtantia.*

Diſtantia loci non ſeparat amicitiam, ſed operationem. *Ariſt.Eth.8.*

In extremis locis minor eſt ad facinus verecundia. *Cic.ad Marc.*

Cœlum non mutant qui trans mare currunt. *Hor.11.ep.*

Qui procul eſt oculis, procul eſt a lumine cordis.

*Diues, vel Diuitiæ.*

Partarum, quàm poſſeſſarum amor maior. *Plat.de Rep.*

Peiores ſunt nuper ditati, quàm ab antiquo. *Idem Rhet.2.*

Diuitiæ magis vitij, quàm virtutis miniſtræ. *Idem apud Volat.*

Nec equus ſine frœno, nec diuitiæ ſine ratione retineri diù poſſunt. *Pythag.Ibidem.*

Qui ſua vult latere vitia, diuitias quærat. *Theoph.Ibidem.*

Nec auratus lectus ægrotum læuat, nec bona fortunæ ſtultum. *Socr. apud Stob.*

Nec puero diuitias, nec viro imperitiam. *Plut.Ibidem.*

Cęcę ſunt diuitiæ, ac ſe inſpicientes ob-

obcæcant. *Menand. Ibi*

Felix qui ſimul opes, & mentem ha-bet. *Ibi*

Diuitias contemnere, & pro nihilo ha-bere magni animi, & excelſi eſt. *Cic. 3 off.*

Ea maximè deſideramus, quibus abun-damus maximè. *In parad.*

Opes ſunt ſarcinæ mentis. *Idem*

Magnus eſt ille, qui in diuitiis pauper eſt; ſed ſecurior, qui caret diuitiis. *Sen. ep. 20.*

Is maximè diuitiis, qui fruitur, qui mi-nimè diuitiis indiget. *Idem ep. 14.*

Maiori tormento pecunia poſſidetur, quàm acquiritur. *Idem ep. 116.*

Primus diuitiarum modus habere, quod neceſſe eſt, proximus, quod ſat eſt. *Idem ep. 2.*

Diuitiæ apud ſapientem ſeruiunt, a-pud ſtultum imperant. *Idem ep. 15.*

Mihi crede, nemo poteſt eſſe diues, & felix. *Idem de mor.*

Satis diuitiarum eſt, nihil amplius vel-le. *Quint. decl. 13.*

Scilicet vxorem cum dote, fidemque, & amicos,

Et genus, & formam regina pecunia donat. *Horat. 1. epiſt.*

Im-

Imperat, aut ſeruit collecta pecunia cuique. *Idem 11.ep.*
Quod ſatis eſt, cui contigit, nihil amplius optet. *Idem ep lib 1.*
Creſcentem ſequitur cura pecuniam, Maiorumque fames. *Idem.*
In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper vbique iacet. *Ouid. 1.faſt.*
Aurea nunc verè ſunt ſæcula, pluribus auro
Venit honor, auro conciliatur amor. *Idem lib.7.de art.amand.*
Quis diues? qui nihil cupit: quis pauper? auarus. *Auſon.in Bis.ſent.*
Prima peregrinos obſcæna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt ſæcula luxu
Diuitiæ molles. *Iuu.ſat.6.*
Diuitiarum cupido ibi eſt, vbi eſt luxus, vſuſque;
Qui ſuis contentus eſt, is verè ditiſſimus eſt. *Idem.*
Vnde habeas, quærit nemo, ſed oportet habere. *Idem ſat.14.*
Sæpè ſolent auro multa ſubeſſe mala. *Tib.eleg.1.lib.9.*
Diuitias comitatur luxus, luxus exit in tyrannidem, dum fœnum migrat
in

in cornua. *Ex apop*

Fruſtra parantur bona, ſi qui parau
tueri neſciet. *Ibidem*

Ardua res eſt opibus non tradere m
res,
Et cum tot Crœſos viceris, eſſe Num
*Mart. 11. Epigr.*

Bonorum poſſeſſio abſque vſu nulli
eſt ponderis. *Marſ. ep. lib.*

Aurũ omnes victa iam pietate colun
*Propert. de auar.*

Diues non præſumitur, niſi probetu
*Apud Iuriſp.*

Diuitiis certè opus eſt, cùm ſine iis eo
rum non licet quicquam fieri, qu
facienda ſunt. *Demoſt*

Diues diuitias non quærit abſque la
bore, non tenet abſque metu, no
deſerit abſque dolore. *Caſſiod. d
dilect. Dei.*

Si diues fueris, non eris immunis
delicto. *Eccl. cap. 1*

Ne erigas oculos tuos ad opes, qu
non potes habere: quia facient ſi
pennas, quaſi aquilę, & volabunt i
cœlum. *Prou. cap. 1*

Subſtantia feſtinata minuetur; quę a
tem paulatim colligitur, multiplic
bitur. *Idem cap. 1*

Non-

[N]on ne diuitiis cōiuncta eſt ſuperbia? *Hier. de ſuper.*

[O]mnis diues, aut iniquus, aut iniqui hæres. *Idem ep. 69.*

[D]iues vndique anguſtiatur timore, ne quod poſſidet, amittat. *Idem in rub. cap. de ſuper.*

[I]mpoſſibile eſt diuitiis corde affluere, & Chriſtum ſequi. *Idem de pauper.*

[A]matæ inquinant, amiſſæ cruciant, & poſſeſſæ onerant. *Ber. in epiſt.*

[Q]uærat diuitias paganus, qui ſine Deo viuit. *Idem.*

[M]alo virum pecuniis, quàm pecunias viro indigere. *Max. lib. 7.*

[A]urum ideò carum, quia rarum. *Aug. lib. 2. de Ciu. Dei.*

[I]n diuite non pecunia, ſed auaritia dānatur. *Idem in pſal. 51.*

[A]urum non ex ſe; ſed ex vſu malum. *Idem de verb. lucr. act. 3.*

Laqueus Diaboli diuitiæ ſunt. *Ambr. in pſal. 90. ſer. 4.*

Aurum homines in Dœmones mutat. *Chry. ſup. ep. ad Corint. hom. 40.*

Nihil clauſum conſtat, quod non auro, & argento pateat. *Val. ep. in quod. ſer.*

Maior inter fratres ſubſtantia maioris eſt cauſa diſcordię. *Greg.*

Ra-

Rarum valdè eſt, vt qui aurum poſſi-
dent, ad requiem tendant. *Idem 4 mor.*

Poſſe foramen acus citius tranſire camellum
Scimus, quàm valeat hinc diues ſcandere cœlum. *Ex S. Hier. in Rubr.*

*Doctrina.*

Doctrina eſt, qua quis verbo alium erudit, & docet.

Homines, dum docent, diſcunt. *Sen. ep. 7.*

Multò ſatius eſt te paucis auctoribus tradere, quàm errare per multos, *Idem ep. ad Lucil. lib. 1.*

Quò quiſque eſt ſolertior, & ingenioſior, hic docet iracundus, & laborioſus. *C. c. pro Roſcio.*

Parum valet doctrina, niſi induſtria, ſtudio, labore, & diligentia comprobetur. *Tull. 2. de Orat.*

Illa doctrina eſt optima, quæ viua voce explicatur. *Gal. lib. 1. de alim.*

Maior diſcendi tibi cura ſit, quàm cura docendi. *Aſtrolab.*

Oportet, qui alios docturi ſunt, priuſquam doceant, intelligere. *Quint.*

Tutior eſt diſcentis, quàm docentis conditio. *Aug. in ſer. 215.*

Falſa

alſa doctrina eſt lepra mentis. *Idem de verb.apoſt.ſer.10.*

Doctrinæ ſpiritus non curioſitatem acuit,ſed charitatem accendit. *Ber. ſup.cant.*

Frequenter de malo homine bona doctrina procedit,a quo doctrina accipienda,& mores relinquẽdi. *Chry. ſuper Matt.hom.23.*

Doctrina optima,vita docere. *Idem ſup.Act.Apoſt.hom.30.*

Omne, quod non ædificat audientes, in periculum vertitur audientium. *Hier.in epiſt.*

Diſce diù,quod doceas. *Idem ad Ruſt.*

*Dolor.*

olor eſt animi, vel corporis cruciatus.

us oſtentatio doloris eſt, quàm dolor. *Sen.ep.61.*

ne ſpectatore ceſſat dolor. *Idẽ ep.54.*

inem dolendi qui in conſilio non fecerit,tempore inuenit. *Idem ep.63.*

inceris a dolore, ſi ceſſeris; vinces, ſi te contra dolorem intenderis. *Idem ep.79.*

Non leuat miſeros dolor. *Idem ex Tragæd.*

uperuacuum eſt dolere, ſi nihil dolen-

lendo proficias. *Idem lib. 17. ep*
Nihil eſt difficilius, quàm magno dolore paria verba inuenire. *Idem d*
*conſ. ad Paul.*
Leuis eſt dolor, qui conſilium caper
poteſt. *Idem in Troad*
Ille dolet verè, qui ſine teſte dolet.
*Mart. lib. 1. epigr.*
Dolor apud illos libenter manet, apuc
quos alitur, & augetur. *Democr.*
*apud Stob.*
Dolor vires adimit. *Ouid. met. lib. 3.*
Dolor in longinquitate breuis, in breuitate grauis eſſe ſolet. *Cic. 1. de fin.*
In dolore maximè eſt prouidendum,
ne quid abiectè, timidè, grauè, molliter, ſeruiliter, muliebriterque faciamus. *Idem 2. Tuſc.*
Doloris magnitudo vim quandam dicendi nobis tribuit. *Idem ad Att.*
Difficile eſt tacere, cum doleas. *Idem*
*pro S. l.*
Nullus dolor eſt, quem longinquita
temporis non minuat, atq; molliat
*Idem fam. 4.*
Dolentes per ſuſpiria leuantur. *Eur. i*
*Alceſt.*
Dolor membrorum totam cogitationem in ſe rapit. *Quint. decl.*
Qui intermittere in agendo dolorē p
teſt,

teſt, videtur etiam poſſe deponere. *Idem lib. 11.*

Dolor ſimulatione creſcit. *Iuſt. lib. 8.*

Eſt quędam dolendi voluptas, pręſertim, ſi in amici ſinu doleas, apud quem, vel laus ſit parata, vel venia. *Plin. iun. ep. lib. 8.*

Dolendi modus eſt, non autem timendi. *Ibidem.*

Aggrauat dolorem abſentia, & mali impendentis ignorantia. *Ibid.*

Dolor recens præteritum reuocat. *Curt. lib. 10.*

Non dolere ſtipitis eſt, non hominis. *Aug. 4. de Ciu. Dei.*

Dolor timere neſcit. *In Hiſt. Sax.*

Dolor nimius nō deliberat. *Ber. ſer. 1.*

Subleuatio eſt doloris viſitatio collaborantis. *Greg. 4. mor.*

In huius vitæ tormentis timor dolorem; non autem dolor timorem habet. *Idem 9. mor.*

Tormenta a notis illata plus nocent, quàm ab ignotis. *Idem in Euang. hom. 35.*

Mitigat vim doloris conſiderata æquitas ferientis. *Idem lib. 7. mor.*

Tantò quiſq; perfectior eſt, quāto perfectius ſentit dolores alienos. *Ibid.*

Solatium dolentis eſt doluiſſe. *Ambr.*

Incrementum doloris eſt, id, quod dolet, ſcribere. *Idem.*

Vexatio dat intellectum. *Petr. Chryſ. in quod. ſer.*

Amantis, & inuidentis ſimilis eſt dolor. *Baſil. de Virg.*

Dolor immodicus demergit animam. *Chryſ. ſup. Matth.*

Dolore caremus, ſi delitiæ deſunt. *Idem de diſpenſ. rerum tuarum.*

*Domus.*

Domum paternam vendere antiquitus infame erat. *Cic. cont. Saluſt.*

Non domus dominum, ſed dominus domum exornat. *Idem de Diuin.*

Facilius eſt deſtruere, quàm conſtruere. *Ar. polit. 6.*

Omnis domus debet regi a ſeniore. *Idem polit. 2.*

Optimè conſtituta eſt domus, in qua ſuperfluum nihil abundet, & neceſſarium nihil deſit. *Pyt. apud Stob.*

Optima eſt domus, in qua domino plurimum ocii agere licet. *Thal. Ibidem.*

Domus ſine nuptijs mãca eſt. *Ibidem.*

Inops conſilij calamitoſa domus. *Eurip. in Oreſt.*

Priuſ-

priuſquàm domo quis exeat, quid a-
cturus ſit, apud ſe pertractet: cum
redierit, quid egerit, recogitet.
*Cleob. apud Diog.*

Aedificant homines, tanquàm immor-
tales; obſonant, tanquàm parum
victuri. *Apud Plut. de cupid.*
*diuit.*

*Donum.*

Donum eſt mutua gratiarum relatio.
*Plat. in diff.*

Quid faciet ſapiens? ſtultus quoq; mu-
nere gaudet:
Ipſe quoq; accepto munere mitis erit.
*Ouid. de art. amand.*

*—Sic acceptiſſima ſemper*
Munera ſunt, auctor quæ pretioſa fa-
cit. *Idem lib. 6. Her oid.*

Munera, crede mihi, placãt hominéſ-
que Deoſque,
Placatur donis Iuppiter ipſe datis.
*Idem lib. 11. de art. amandi.*

Carmina laudantur, ſed munera ma-
gna petuntur.
Dummodo ſit diues, Barbarus ille pla
cet. *Idem lib. 2. eleg.*

Crede mihi, quamuis ingẽtia Poſthu-
me dones,
Auctores pereunt garrulitate ſui.
*Mart. lib. 5.*

Non eſt tutum oblata temere ſuſcipere. *Plat. de vot.*

Hoſtium dona non ſunt dona. *Eurip. in Med.*

Largitione corrupta ſunt ſuffragia. *Saluſt.*

Inſincerus fauor, qui donis emitur, quæ ſi minuas, ingens murmur, ſi tollas, ſeditio grauis oritur. *Ex apophth.*

Oblatio enim muneris tinea eſt regiminis. *Caſſ. in ep. Petri Bleſ.*

Ignis deuorat tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. *Ibidem.*

Facilius autem peruertitur animus rei corporeæ munere, quam gratiæ, laudiſque fauore. *Iſid. de ſum. bon. lib. 1.*

Officio fungitur ſuo, qui tantum dat, quantum per fortunam licet. *In Hiſt. Sax.*

Non ſolùm quæritur quantum, ſed de quanto, & quanto animo detur. *Amb. ſup. ep. ad Corinth.*

Dona Dei etiam impij habent. *Aug.*

Dona ſua differt Deus, vt rogetur, indulgere. *Idem 3 de mirab. ſacr. ſcript. cap. 10.*



Digitized by Google

*Dubium.*

Dubium eſt ſcrupulus animi circa aliquid agendum, propter quod homo in ſuis reſoluendis eſt anceps.

In dubiis auctores ſunt citandi. *Plin. ſen. lib. 23.*

Satius eſt idipſum, de quo ambigitur, credere, quàm impudenter reſiſtere. *Cic. 2. off.*

Benè præcipiunt, qui vetāt quicquam agere, quod dubites æquum ſit, an honeſtum. *Ibid.*

Solutio dubitationis inuentio veritatis. *Ariſt. Eth. 7.*

Dubitatorum eſt ſolummodo veritatis inquiſitio. *Idem metaph. 3.*

Dubitatio electis oritur ex virtute humilitatis. *Greg. ſup. 1. Reg.*

In rebus dubiis iudicium non debet eſſe abſolutum. *Idem.*

Ambigua in meliorem partem vertenda. *Anſ. ſup. ep. 1. ad Rom.*

Res dubia hominem negligentem facit. *Chry.*

In dubio plus alieno, quàm proprio, credimus conſilio. *Ber.*

Melius eſt dubitare de occultis, quàm litigare de incertis. *Aug. de gen. lib. 3.*

*Dux.*

Dux eſt caput exercitus cæteros animans, & ad prælíandum antecedēs, quò eos animoſiores reddat.

Dux omnibus gratificare non poteſt. *Demoſt. apud Stob.*

Qui rebus bellicis dux præeſſe debet, hunc non in fronte modò, ſed & in tergo oculos habere oportet. *Plut. in ap. phi.*

Turpiſſima Imperatoris vox, dicere, non putaram. *Ibid.*

Militaris diſciplina non ſine vſu, & experientia paratur. *Ammb. apud Stob.*

Nihil Imperator libētius faciat, quàm ſupplicibus ignoſcere. *Cic. in bell. Alex.*

Ad Ducis laudem ſubiectorum pertinet virtus. *Veg. lib. 3.*

Boni Duces nunquàm publico certamine, niſi ex occaſione, aut neceſſitate confligant. *Ibid.*

Artes Imperatoriæ, & militares non eædem ſunt. *Liu. lib. 3. decad. 3.*

Ducis eſt fortunæ ſe præbenti non deeſſe. *Ibid.*

Ira, & vini amor Imperatoris virtutibus perniciosa. *Idem decad. 2. lib. 9.*

Im-

Imperator nullum inuitum militem ducat in aciem. *Lact. lib. 5.*

Quomodo poteſt Dux militum ſuorum probare virtutem, niſi habeat hoſtem? *Ibid.*

## E

### *Ebrietas.*

Abſentem lædit, qui cum ebrio litigat. *Sen. in prou.*

Ebrietas nihil aliud eſt, quàm inſania voluntaria. *Idem ep. 84.*

Ebrio ſecretum non committendum. *Ibid.*

Cum vis nimia poſſedit animum, quicquid mali latebat, emergit. *Ibid.*

Quam multi ebrij fiunt, qui ſobrij erubeſcunt. *Ibid.*

Ebrietas dupliciter punitur. *Ariſt.*

Quicunque ebrius modò domi manſerit, ſapiens eſt. *Idem in Cyclop.*

Fœcundi calices quem non fecere diſertum? *Ouid. lib. 1. ad Torq.*

Temulentus bis puer. *Plaut. de leg.*

Si ebrio atque amanti impune facere, quod lubeat, licet. *Idem.*

Senes faciliùs, quàm iuuenes, ebrii fiunt. *Plut. in Simp.*

Quod eſt in corde ſobrii, id eſt in lingua ebrii. *Idem de garrul.*

Aliud eſt bibere, & aliud eſt inebriari: & qui ità bibunt, vt delirent, hi dormitum ſe conferre debent. *Ibid.*

Ebriis omnia in girum verſare videntur. *Ex apoph.*

Nihil ſimilius eſt ebrio, quàm inſanus. *Ibidem.*

Vir ebrius tyrannicum gerit animum. *Plat. de rep.*

Temulentus dormiens nõ eſt excitandus. *Theogniſ. Græcus.*

Ebrietati comes obliuio. *Senec.*

Ebrietas eſt, per quam menti quædam ſui obliuio generatur ex ſuperfluorum potuum indulgentia. *Iſid. lib. 3. Etym.*

Valdè turpe eſt, quem non vincit homo, vincat libido; & obruatur vino, qui non vincitur ferro. *Aug. ep. 140.*

Iucunditati, non ebrietati creata eſt vini materia. *Idem ad ſacr. virg.*

Ebrietas ſeruitutis cauſa. *Ambr. de Elia.*

Ebrie-

Ebrietas autem perturbationē gignit mentis, furorem cordis, flammam libidinis. *Idem.*

Noe ad vnius horæ ebrietatem nudauit fęmora, quæ per ſexcētos annos contexerat. *Hier. in ep. ad Ocean.*

Ebrietas in laico crimen eſt, in ſacerdote ſacrilegium. *Pet. Rau. in quod. ſer.*

Ebrioſo aſinus melior. *Chryſ. ſuper Matth. hom. 59.*

Nihil eſt ità Dæmoni amicum, ſicut ebrietas, & laſciuia, quæ omnium vitiorum eſt mater. *Idem ſuper Matth.*

Quid turpius ebrioſo, cui fętor in ore, & tremor in corpore? *Innoc. de vtil. cond. hum.*

Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. *Ad Epheſ. cap. 4.*

*Vide etiam in tit. Vinum.* fol. . . .

*Eccleſia.*

Eccleſia eſt ſingularis fidelium vniuſcuiuſque ciuitatis congregatio. *Hugo.*

Extra Eccleſiam non eſt ſalus. *Greg. 30. mor.*

Eccleſia multa mala vltima perſecutione paſſura eſt. *Idem 2. mor.*

Eccleſia creditur à Iudęis ebria.

Idem ſuper Reg.

Eccleſiæ ſublimatio eſt ſinagogæ depreſſio. *Ibid*

Eccleſiæ relicta retinere ſacrilegium. *Idem ex regiſt. lib 8.*

Sacculum eccleſiæ non debet turpi lucro inquinari. *Idem ſup. regiſ. lib. 1*

In eccleſia, nec boni ſine malis, nec mali ſine bonis eſſe poſſunt. *Idem ſuper Ezech. hom. 31.*

Eccleſia deflet, quos exhortando trahere non poteſt. *Idem 2. mor.*

Sancta eccleſia perſecutionis ſuæ tempore fide ſtat, deſideriis clamat. *Idem 20. mor.*

Columnæ eccleſiæ ſunt prædicatores. *Idem ſup. Ezech. lib. 1.*

Eccleſia afflictionis tempore prauis prouerbium efficitur. *Idem 20 mor.*

Eccleſia tenetur neceſſitatem patientibus præbere ſubſidium. *Idem ex regiſ. lib. 7.*

Eccleſiæ nauis demergi non poteſt. *Chry. de verb. Eſaiæ hom. 4.*

Præſumit eccleſia non de ſuis meritis, ſed de Dei miſericordia. *Ber. in cant. ſer. 6.*

Adhuc habet eccleſia, quo creſcat, donec illud impleatur, Dominabitur à mari vſq; ad mare. *Idē ſup. Matth.*

Ec-

Eccleſia iſta certa, quæ ab Apoſtolis fundata. *Aug. aduerſ. Lucif.*

Eccleſia non eſt, quæ non habet ſacerdotem. *Ibid.*

*Educatio.*

Educatio eſt gubernatio non ſolũ corporis, ſed etiam multò magis morũ pueri.

Quale cuiuſq; fuerit puerilis educationis initium, talia etiam fore, quę ſequuntur. *Ar. 4. de rep.*

Animi ingenio præſtantiſſimi præditi, ſi malè educati fuerint, peſſimi fiũt. *Idem 6. de rep.*

Niſi parẽtes vitæ exemplum filiis prę-ſtant, manifeſtam excuſationis cauſam erga ſe illis relinquunt. *Idem oecono.*

Filii à verborum turpitudine ſunt detrahendi: actionis enim vmbra eſt oratio. *Plut. de educ. liber.*

Pudorẽ, & liberalitate filios retinere ſatius eſſe credo, quàm metu. *Ter. ex Adelph.*

Educatio, & diſciplina mores facit, & illud ſapit vnuſquiſque, quod didicit. *Pyt.*

Matronæ nihil pulchrius, nihil pretioſius, quàm liberi rectè educati. *Ex eodem.*

Multa benè nata ingenia pereunt vitio inſtituentium. *Ibid.*

Non tam cogitandum eſt filijs multa bona, quàm illos bonos relinquere. *Marſ. lib. 1. ep.*

Puerorum educatio ſimilis eſt culturæ, qua in plantis vtimur. *Gal. de cur. an aff.*

Altius præcepta deſcendunt, quæ teneris imprimuntur annis. *Sen. de conſ. ad Alb.*

Facillimè tenera ingenia ad honeſti, rectique amorem conciliantur. *Idem ep. 110.*

Quò ruitis parentes, qui in cõgerendo lucro omnẽ diligentiã adhibetis, filiorum verò erudiendorũ omnem curam, & impẽſam abijcitis. *Eurip.*

Vulgus nunquàm parcior eſt, quàm in inſtruendis, erudiendiſque filijs. *Plato.*

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu. *Hor. in Epiſt.*

Qui delicatè à pueritia nutrit ſeruum, ſentiet eum poſteà contumacem. *Prou. cap. 29.*

Qui parcit virgæ, odit filium; qui autẽ diligit, inſtanter erudit. *Ibidẽ c. 13.*

Virga, atque correctio tribuit ſapientiam;

tiam; puer autem, qui dimittitur vo luntati ſuæ, confundit matrem ſuã. *Ibidem cap.29.*

Hoſtem in ſe nutrit, qui filio nimis indulget. *Pius 2. ad Plat.*

*Electio.*

Electio eſt approbatio, vel actio recta. *Plat. in diff.*

Opinio diuiditur in verum, & falſum; electio verò in bonum, & malum. *Ariſt. Eth. cap. 2.*

Electio non eſt de præterito, ſed de futuro. *Idem eth 6.*

Etiam in minimis eligendum eſt melius. *Plut. de vitioſ. verec.*

Non poteſt eſſe delectus, vbi numero laboratur. *Quint. lib. 8.*

In electione non ſit venalitas. *Greg. ex Reg. lib. 4.*

Extraneus non præponatur intraneo in electione. *Idem ex Reg. lib. 8.*

Non ex fauore, ſed ex iudicio fiat electio. *Ibidem.*

Electum premijs, & eligentes par pœna reſpicit. *Idem ex Reg. lib. 4.*

Electus pretio indignus fit ſacerdotio. *Ibidem.*

Non eſt pro lolio reiicienda ſeges. *Ber.*

*Elec-*

*Eleemoſyna.*

Eleemoſyna eſt ſuorum bonorum erogatio voluntaria propter Deum in ſubuentione pauperum.

Pauperes qui nutrit, nutrit Chriſtum. *Chry ſuper ep. ad hebr. hom. 19.*

Quicquid pro anima tua feceris, hoc tuum eſt; quod autem reliquiſti, perdidiſti. *Idem ſuper Matt. 6.*

Eleemoſyna veſtis mortuorum. *Idem ſuper ep. ad Corint. hom. 14.*

Eleemoſyna ars oĩum queſtuoſiſſima. *Idẽ ſuper ep. ad pop. Antioc. ho. 31.*

Eleemoſyna celi nota ianitoribus. *Ibi.*

Pauperi datum non eſt datum, ſed mutuum. *Ibidem.*

Infirma eſt oratio, quæ eleemoſynarũ largitate non eſt munita. *Idem ſuper Matth. hom. 5.*

Non eſt ingrata Deo, quæ uiſa fuit ab hominib. eleemoſyna; ſed, quæ ideò facta eſt, vt viſa ſit. *Ibidem.*

Ieiunium abſque eleemoſyna nihil vtilitatis habet. *Idem ſuper Matth. 25. cap. hom. 74.*

Vis, vt opus tuum placeat Deo, fac, vt de hoc pauperes gaudeant. *Hier. cap. de miſeric.*

Laudẽt te eſurientiũ viſcera, nõ ructantium opulenta conuiuia. *Idẽ in ep.*

Quiſ-

Quiſquis enim quacunque neceſſitate moriturо ſuccurrere poteſt, ſi non fecerit, occidit. *Ibidem.*

Eleemoſynas ex rapinis non ſuſcipit Deus. *Greg. lib. 12. mor.*

Qui ſemper vult peccare, non redimit animas ſuas dando eleemoſynas cōtinuas. *Ibidem.*

Mundare debet prius animam, qui dat eleemoſynam. *Idem 22. mor.*

Aliud eſt eleemoſyna ex præcepto facere, aliud ex charitate. *Idem ſuper Ezech. hom. 10.*

Eleemoſynæ tergunt maculas peccatorum. *Idem in Euang. hom. 36.*

De tua ſubſtantia honora Dominum. *Prou. cap. 3.*

Aetas, debilitas, uerecundia, largiendo pauperibus conſideranda. *Ber. in declam.*

Si potes dare, da; ſi non potes, affabilē te fac. *Aug. ſuper pſal. 13.*

Coronat intus Deum bonitatem, vbi non inuenit faculta em. *Idem ſuper pſal. 103.*

Fęcundus eſt ager pauperum, citò dabit donantibus fructum. *Idem de Verb. Dom.*

Bonum eſt ieiunare, ſed melius eſt eleemoſynam dare. *Idem.*

Elee-

Eleemoſyna eſt ignoſcere proximo. *Idem in ench. ad Laur. cap. 71.*

Eleemoſyna præmittenda, vt paratam domum inuenias. *Idem de verb. Dom.*

In largitate enim pauperum non ſpolia, ſed dona requiruntur. *Idem.*

Quãuis largiaris tuũ, meliorẽ eleemoſynam facis, ſi reddis alienum. *Idẽ.*

Eleemoſyna etiam ingrato conceſſa, non perditur. *Idem de verb. Apoſt. ſer. 22.*

Qui vult ordinatè dare eleemoſynam, à ſe ipſo debet incipere, & eam primùm ſibi dare. *Idem in Hench.*

Nemo dicat, non habeo, charitas de ſaculo non erogatur. *Idem ſuper pſal. 103.*

Quid prodeſt miſereri inopis, niſi eleemoſynas largiaris eidem? *Ambr. ſuper pſal. 118.*

Quicquid pauperi dederis, habebis; quicquid non dederis, habebit alter. *Petr. Rau. in quad. ſer.*

Vbi incumbit neceſſitas, non opus eſt, vt perſonam diſcutias. *Val. epiſt. in quad. ſer.*

In rebus temporalibus ſumus tantùm diſpenſatores, non poſſeſſores. *Ful. Fulc. de elee.*

Pro

Pro reficiendo paupere, etiam ieiunare bonum eſt. *Xiſtus.*

## *Eloquentia.*

Eloquentia nil aliud eſt, quàm copioſè loquens ſcientia. *Cic. in partit.*

Vitioſum eſt in re ſæuera delicatum inferre ſermonem. *Idem in Rhet.*

Vt homini decus eſt ingenium, ſic ingenij lumen eſt eloquentia. *Idem de clar. orat.*

Non eſt orator, qui non ſe Demoſthenis ſimilem eſſe uelit. *Idem de opt. gener. orat.*

Omnem vim dicendi in duas diuiſam partes, Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno ſimilem. *Idem 2. de fin.*

Effectus eloquentiæ eſt audientiam approbatio. *Idem Tuſc.*

Omnes in eo, quod ſcirent, ſatis eſſe eloquentes. *Idem 1. de orat.*

Eloquentia eſt Principibus maximo ornamento. *Idem 4 de fin.*

Non eſſet in rebus humanis eloquentia, ſi tantum cum ſingulis loqueremur. *Quint. lib. 1.*

Eloquentia, quę admirationem nō habet, nullam iudico. *Idem lib. 8.*

Grata, quàm vtilia dicere, difficilius eſt. *Demoſt. exor. 15.*

Non

Non orator, ſed oratio inſpectanda. *Idem exord. 12.*
Quodnam maius crimen dicere qui poſſet in virum oratorem, qui non eadem ſentiat, quæ loquitur? *Idem ex orat. de coron.*
Dicendi peritus, dicendi quoque tempus cognoſcit. *Arch. apud Plut.*
Rhetorum eſt agere verbis, philoſophari autem licet, etiam tacendo. *Plut. prol. 1.*
Nulla eſt oratio, quæ longa videatur, quando res ordine proferuntur. *Socr. apud Stob.*
Diſcitur, innocuas vt agat facundia cauſas.
Protegit hæc ſontes, immeritoſq; premit. *Ouid. li. 2. de triſt.*
Rhetor non ſemper perſuadet, nec medicus ſemper ſanat. *Ariſtot. prop. 1.*
Orator ille eſt optimus, qui plura paucibus dicit. *Phoc. Athen.*
Artificioſa oratio ſtultos, non ſapientes, flectit. *Georg. Trapez.*
Ardeat oportet orator, ſi vult auditorem incendere. *Cic.*

Eloquentia in homine prauo eſt venenum in poculo aureo. *Aug. lib. 1. de*

*de anim.*
loquentia non ſemper uera perſuadet. Idem *lib.1.de doctr.Chriſt.*
Eloquentia ſine ſapientia multũ obeſt. *Idem lib.4.de doctr.Chriſt.*
Eloquentiam non natura, ſed diſciplina parit. *Cury.*
Benè dicere apud paucos pertinet, benè uiuere ad omnes. *Lact.li.1.*
Vtinam tam multi benè facerent, quã multi bene loquuntur. *Ibidem.*
Naturale eſt inuenire, ſed facundi decenter aſſerere. *Caſſ.lib.9.cap.1.*
Ex duobus imperfectis melior eſt ruſticitas ſancta, quàm eloquentia peccatrix. *Hier.ad Nepot.*
Non habet inter lacrymas eloquentia locum. *Idem.*
Oratio difficillima moderatu. *Pius 2. apud Plat.*
Oratiõ tempeſtiua ſilentio melior. *Ibidem.*

*Emendatio.*

Emendatio eſt errorum correctio.
Ex uitio alterius ſapiẽs emendat ſuum *Pub.Mim.*
Argumentum eſt in melius tranſlati animi, quòd uitia ſua, quæ adhuc ignorabat, uidet. *Sen.ep.6.*
Poteſt uideri ſatis emendatus, qui in odium

odium eorum, in quibus errauerat, ip-
ſe conuerſus ſit. *Quint. lib. 1*

Emendatio vitæ non differenda. *Aug.*
*de verb. Dom. ſuper Matth.*

Nouit Dominus mutare ſententiam
quandò tu noueris mutare delictū.
*Ambr. ſuper* Luc.

Malum cum perſeuerat, augetur, re-
mediabile bonum eſt in peccato ac-
celerata correctio. *Caſſ. 3. epiſt.*

Nullam ætatem ſeram arbitror ad id,
vt ſeipſo quiſque melior euadat.
*Lact. lib. 3.*

## *Emptio.*

Emptio eſt, qua quis aliorum bona ſua
facit nummis, vel alio.

Emptio præſumitur facta ex pecunijs
illius, cuius cantat inſtrumentum.
*Apud Iuriſp.*

Neceſſarium eſt in omni ciuitate ali-
quid vendi, aut aliquid emi. *Ariſt.*
*Polit. 6.*

Emptum cum malè eſt, ſemper pœni-
tet. *Plin. ſen. lib. 18*

In emendo, tēpore qui prior eſt, prior
& iure putatur. *Demoſt. in arg. lib.*

Malum eſt, malum eſt, dicit omnis
emptor: & cum receſſerit, gloriabi-
tur. *Prou. c. 2*

Epi-

## *Epiſcopatus.*

piſcopus eſt animarum paſtor, dominicas oues cuſtodiens, & regens.
piſcopus, ideſt, ſpeculator. *Auguſ. de Ciuit. Dei, lib. 1. cap. 9.*
iligendus paſtor, tolerandus mercenarius, ſed cauendus eſt latro. *Idem.*
piſcopi munere, vt in hac vita nihil difficilius, ita apud Deum nihil beatius. *Idem ep. 121.*
piſcoporum grandis eſt honor, ſed grande pondus huius honoris. *Grego. in Euang. hom. 34.*
piſcopus eligitur, vt ſit interceſſor ad Dominum pro populo. *Idem ex Regiſt.*
iſcopus conuiuiis occupatus corripiendus. *Ibidem.*
iſcopi exhibeant in opere, quod ſignificant in nomine. *Ibidem.*
iſcopus non ſolum lectioni, & orationi, ſed eleemoſynis vacare debet. *Ibidem.*
ergo diſcretio virgæ, quæ feriat, & conſolatio baculi, quæ ſuſtentet. *Idem 3. mor.*
tibi, ſi præes, & non prodes, ſed væ grauius, ſi quia præeſſe metuis, prodeſſe refugis. *Ber. in apol.*
iſcopo errante magnus in Eccleſia error.

error. *Hier.aduerſ. Lucif*

Securius eſt Epiſcopatus ſtatum fuge-
re. *Idem in rubr*

Latratu canum, & baculo paſtorun
deterrēda eſt rabies luporum. *Iden
in quad.ep.*

Non errores Pontificum abſcōdi poſ
ſunt oculis, ſed etiam exigua eorum
celeriter innoteſcunt. *Chry.in Dial
lib.3.*

Primatus enim, fugientem ſe deſide-
rat, deſiderantem ſe onerat. *Greg.*

*Equus.*

Dentes equi cum ſeneſcūt, albeſcunt.
*Ariſt.*

Equus indomitus, quamuis natura be
nè compoſitus, idoneus tamen non
eſt. *Cic.4.ad Heren.*

Nobilis equus virgæ vmbra regitur,
ignarus ne calcari quidam. *Sen.de
mor.*

Non faciunt aurea fręna, equum me-
liorem. *Idem ad Lucil.*

*Error.*

Error eſt approbatio veri pro falſo, ve
certi pro incerto, vel è conuerſo.

Cuiuſuis eſt errare, nullius, niſi inſipi
tis, perſeuerare. *Cic.Philip.2*

Optimus eſt portus erranti mutatio
conſilij. *Ibidem*

Nec

lec ſemper feriet quodcunque mina-
bitur arcus.
Et quandoque bonus dormitat Ho-
merus. *Hor. de art. Poet.*
rror eſt immedicabilis, cum tranſit
in habitum, & conſuetudinem. *Ex*
*apoph.*
uuentus facilius in errorem impelli-
tur, quàm ſenectus. *Ibidem.*
x leuiſſimis offenſis, ſi negliguntur,
naſcuntur atroces tragædiæ. *Ibi-*
*dem.*
rror duorum in vnum cum conuene-
rit, maximum malum. *Eurip. in*
*phanis.*
uiſnam ſagittarius artis ſuæ tam pe-
ritus, vt non aliquando à ſcopo er-
ret? *Demoſt. 1. olynt.*
ecti apud nos nomen obtinet error,
vbi publicus factus eſt. *Sen. in ep.*
nus animus nunquàm erranti obſe-
quium accommodat. *Idem ep. 42.*
mala ſunt vicina bonis, errore ſub
illo.
Pro vitio virtus crimina ſæpè tulit.
*Ouid. 1. de rem. amor.*
nuus error in principio, maximus
eſt in fine. *Ariſt. 1. de cæl. & mund.*
rror non ſua ſponte, ſed variis incita-
tus imaginibus culpæ ſe implicat.
*Val.*

*Val. Max. lib. 9. cap. 9.*

Cum erraris, muta conſilium. *Per. C*
*rint.*

Qui veteres linquit calles, ſequiturq
nouatos, ſæpius in fraudes incidi
ille ſuas.

Nonnullis errare profuit, ſed in via
pedum, non uia morum. *Auguſ.*
*Ep. ſt.*

Diligendi ità ſunt homines, vt eorun
non diligantur errores. *Idem in ep*

Errare non poteſt, qui nihil appeti
aut appetit, quod debet. *Idem lib.*
*de lib. arb.*

Error ex eo eſt homini, quod ſibi eſt i
cognitus. *Idem lib. 2. de moril*

Non errare Angelicum eſt, errore
defendere diabolicum. *Idem lib.*
*de Bapt.*

Omnis erroris principium eſt de ſcri
pturis non intellectis. *Idem lib. 8*
*quæſt. 69.*

Nihil grauius, quàm errantem ade
deſeri, vt ſe reuocare non poſſit.
*Amb. de Cain, & Ab.*

Error in pluribus eſt, correctio autem
in paucis. *Idem*

Libenter errat, qui ſe errare neſci
*Lact. lib. 2.*

*Ex-*

### *Exceſſus.*

Exceſſus eſt operatio peccans in magnitudine.

Omnis exceſsus rerum, aut nocet, aut nihil prodeſt. *Ariſt. pol. 7.*

Superflua poſſeſsio obeſt. *Apud Stob.*

Vitioſum eſt vbique, quod eſt nimiũ. *Sen. de tranquil. an.*

Multa cum ſuperflua eſſent, non intelleximus, niſi cum abeſse cœperunt. *Idem ep. 124.*

Arcus intenſus rumpitur. *Pub. Mim.*

Eò ventum eſt, vt à ſeruis vix impetrari poſſit, ne eam ſupellectilem faſtidiant, qua vti conſules, non erubuit. *Val. Max. lib. 4.*

### *Excommunicatio.*

Excommunicatio eſt ſanctæ Eccleſiæ pœna, qua pro peccato aliquo aliquis à fidelium conſortio ſeparatur. *Apud Summiſt.*

Sententia excommunicationis paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, timenda. *Greg. in regiſt.*

Si quis illicitè quempiam excommunicat, ſeipſum, non illum excommunicat. *Ibidem.*

### *Excuſatio.*

Excuſatio eſt ſui erroris protectio.

Excuſatio non petita facit caſum.

*Apud Iuriſc.*

Culpam præſertim deprehenſam ex cuſare ſumma laus. *Quint. li bro 6.*

Emitte excuſationem, nemo enim in uitus peccat. *Sen. in Prou*

Puerum ætas excuſat, fœminam ſexus, extraneum libertas, & domeſticum familiaritas. *Idem in quad epiſt.*

Si alienum opus excuſare non potes, excuſa intentionem. *Ber. ſup. Cant. ſerm. 2.*

Excuſatio perfecta teſtimonium conſcientiæ ſuæ. *Idem de conſider. lib.*

Nulla eſt peccati excuſatio, ſi amici cauſa peccaueris. *Auguſt. de amic. cap. 7.*

Excuſationem de ignorantia non habent Monaci. *Idem de aduent. Domi. ſerm. 3. Vide etiam in tit. Defenſio.*

*Exemplum.*

Exemplum eſt alicuius facti, vel dicti præteriti cum certi auctoris nomine propoſitio. *Tul. Rhet. 2.*

Exempla omnia iacerent in tenebris, niſi litterarum lumen accederet.

*Idem*

Digitized by Google

*Idem pro Arch.*

Quod exemplo fit, id etiam iure fieri homines putat. *Idem fam. 4.*

Exemplis vtimur in dicendo, vt facilius intelligatur, quod dicitur. *Ariſtot. de Poet. 1.*

Optimum eſt maiorum ſequi veſtigia, ſi rectè præceſſerint. *Sen. epiſt. 13.*

Longum iter eſt per præcepta; breue, & efficax per exempla; plus ex more, quàm ex voce trahimur. *Idem ep. 6.*

Arduum eſt abſque exemplo res magnas lucidè oſtendere. *Plat. de regn.*

Præmiſſa futuris.

Dant exempla fidem.

*Claudi. de 4. Honor. conſ.*

*Vos exemplaria Græca.*

Nocturna verſate manu, verſate diurna. *Horat.*

Qui in altiorem gradum honoris extenditur, magis in exemplum ſpectantibus patet. *Quint. decl. 3.*

Validiora ſunt exempla, quàm verba: & plenius redocetur, quàm voce. *Leo PP. in ſer. de ieiun.*

Nullum ego conſilium melius arbi-

tror, quàm vt exemplo tuo fratrem docens. *Greg.20.mor.*

Antiquorum exempla ad inſinuandā huius vitæ inſtabilitatem ſunt intuenda. *Idem 24.mor.*

Exemplum multitudinis fugiendum. *Chryſoſtom. ſuper Luc. de Lazar. conc. 1.*

Sermo viuus, efficax exemplum operis eſt. *Ber. ſer. de S. Bened.*

*Exercitium.*

Exercitatio eſt aſſiduus vſus, & conſuetudo. *Tull. 2. Rhet.*

Opificum quæſtus ſuſtinetur frequentia, & alitur ocio. *Idem in Catil.*

Nimiæ vitæ exercitationes obſunt magis, quàm proſunt. *Eurip. in Hipp.*

Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci.

Tempore lenta pati fræna docentur equi. *Ouid. de remed. amor. libro 1.*

Ea ſoliḋiſſima pars eſt, quæ exercitatur crebrius. *Sen. de proſp.*

Quem in ipſa re tepidare noueris, antè ipſam rem exerceas. *Idem epiſt. 18.*

Exercitium ad animum, & corpus con-

confert. *Plat. de ſcient.*

Exercitatio infantum confert ad virtutem capeſcendam. *Idem de leg.*

Repletis, & relaxatis non conuenit exercitium. *Plutar. de tuenda bona valet.*

Nec corpus exercendum eſt ſine animo, nec animus ſine corpore. *Ibidem.*

Qui ſtudet optatā curſu cōtingere metā. Multa tulit, fecitq; puer, ſudauit, & alſit. *Horat.*

Qui exercitio vtitur, caueat laſſitudinem; qui bona fortuna fruitur, inuidiam. *Bias apud Stob.*

Plures fiunt exercitatione boni, quam natura. *Demoſt. Ibidem.*

Vigilando, agendo, bene conſulendo, proſperè omnia cadunt. *Saluſ.*

Difficile eſt tenere, quæ acceperis, niſi exerceas. *Plin Iun. lib. 8.*

Exercitatio plus habet momenti ad honeſtatem, quàm natura. *Ex apoph.*

Exercitia ad confirmandum robur adhibentur, non ad exhauriendas vires. *Ibidem.*

Inuita minerua fruſtrà laboratur rectè dicitur à doctis, exercitatio conſumat eruditionem. *Ibidem.*

tror, quàm vt exemplo tuo fratrem docens. *Greg. 20. mor.*

Antiquorum exempla ad inſinuandã huius vitæ inſtabilitatem ſunt intuenda. *Idem 24. mor.*

Exemplum multitudinis fugiendum. *Chryſoſtom. ſuper Luc. de Lazar. conc. 1.*

Sermo viuus, efficax exemplum operis eſt. *Ber. ſer. de S. Bened.*

## *Exercitium.*

Exercitatio eſt aſſiduus vſus, & conſuetudo. *Tull. 2. Rhet.*

Opificum quæſtus ſuſtinetur frequentia, & alitur ocio. *Idem in Catil.*

Nimiæ vitæ exercitationes obſunt magis, quàm proſunt. *Eurip. in Hipp.*

Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci.

Tempore lenta pati fræna docentur equi. *Ouid. de remed. amor. libro 1.*

Ea ſolidiſſima pars eſt, quæ exercitatur crebrius. *Sen. de proſp.*

Quem in ipſa re tepidare noueris, antè ipſam rem exerceas. *Idem epiſt. 18.*

Exercitium ad animum, & corpus con-

confert. *Plat. de ſcient.*

Exercitatio infantum confert ad virtutem capeſcendam. *Idem de leg.*

Repletis, & relaxatis non conuenit exercitium. *Plutar. de tuenda bona valet.*

Nec corpus exercendum eſt ſine animo, nec animus ſine corpore. *Ibidem.*

Qui ſtudet optatã curſu cõtingere metã. Multa tulit, fecitq; puer, ſudauit, & alſit. *Horat.*

Qui exercitio vtitur, caueat laſſitudinem; qui bona fortuna fruitur, inuidiam. *Bias apud Stob.*

*Plures* fiunt exercitatione boni, quàm natura. *Demoſt. Ibidem.*

Vigilando, agendo, bene conſulendo, proſperè omnia cadunt. *Saluſ.*

Difficile eſt tenere, quæ acceperis, niſi exerceas. *Plin Iun. lib. 8.*

Exercitatio plus habet momenti ad honeſtatem, quàm natura. *Ex apoph.*

Exercitia ad confirmandum robur adhibentur, non ad exhauriendas vires. *Ibidem.*

Inuita minerua fruſtrà laboratur rectè dicitur à doctis, exercitatio conſumat eruditionem. *Ibidem.*

Opera de mane meliora, quàm in ſerò. *Apud Iuriſp.*

Quod ſemper agitur, aliquandò ſuccedit. *In hiſt. ſax.*

*Exercitus.*

Exercitus èſt ordinata armatorum hominum diſtributio aduerſus hoſtes.

Periculum enim ab hoſtibus ſemper grauiſſimus ſuſtinet diuiſus, & inordinatus exercitus. *Veget.*

Melius eſt poſt aciem multa ſeruare præſidia, quàm latius militem ſpargere. *Idem l.b.3.*

Exercitus labore perficit, ocio conſeneſcit. *Ibidem.*

Exercitus ſine duce, magna beſtia ſine capite. Epami. *apud Stob.*

Exercitus opus eſt, ſi ſuo officio fungi velit, vt vacet nunquàm, aut hoſtibus nocens, aut ſibi prudens. *Apud Stob.*

Ità exercitus incommoda ſunt tegenda, vt ſpem aduerſarijs non augeamus. *Caſ. lib.2. de bell. ciu.*

*Exilium.*

Exilium eſt ſcelerum pęna. *Cicer.3. Parad.*

Exilium ibi eſt, vbi virtuti non eſt locus. *Cic. pro Mil.*

Omnes

Omnes ſcelerati, & impii, quos leges exilio affici volunt, exules ſunt, etiamſi ſolum non mutent. *Idem Parad.4.*

Priuari patria magnum eſt malum, & maius re, quàm ſermone. *Eurip. in phæn.*

Spes paſcunt exules. *Ibidem.*

Exilii nulla iactura, niſi cum impiis habitetur. *Apud Stob.*

Exilium multis profuit. *Ibidem.*

Si enim ſapiens eſt, peregrinatur, ſi ſtultus exulat. *Sen. de rem. fort.*

Expenſæ.

Cui nihil reſtauratur habita finiunt velociter. *Ariſt. eth.4.*

Paruæ expenſæ ſæpè factæ conſumunt ſubſtantiam. Idem *Polit. 5. cap.6.*

Oportet conſiderare, ſumptus non maiores introitibus fieri. *Idem de con. lib.2.*

Pauperibus immò ditiſſimis impenſæ inſolitæ moleſtiſſimæ ſunt. *Demoſ. in arg. lib.*

Turris completa, & arca euacuata faciunt hominem tarde, ſed valde ſapientem. *Beltrand. Yconom. cap.16.*

Si fueris diues, quæ ſunt pretioſa re
quire.
Si nummis careas, elige, quod valeas
*Ouid. de medicam. aurium.*

Qui ſpernit modica, paulatim decidit
Eccleſ. c. p. 19.
Citò expenduntur horrea, quæ non
fuerint adiectione fulcita. *Caſſ. ep
lib. 2. cap. 1.*
Theſaurus ipſe quàm facilè profun-
ditur, ſi nullis iterum pecuniis com-
pleatur. *Ibidem.*
Multa modica faciunt vnum ſatis.
*Apud Legiſt.*

*Experientia.*

Experientia eſt, qua ex multis actibus
ad alicuius certam veritatem veni-
mus.
Experientia ſingularium, ars vniuer-
ſalium eſt cognitio. *Ariſt. Me-
taph. 1.*
Multitudo temporis facit experien-
tiam. *Idem eth. 6.*
Senes increduli ſunt propter experiē-
tiam. *Idem Rhet. lib. 2. c. 16.*
Rerum progreſſus multa oſtendunt,
quæ initio præcaueri non poterant.
*Demoſt. in arg. lib.*
Per varios vſus artē experientia facit
exemplo

exemplo monſtrante viam. *Manil. lib. 1.*

Periculum alijs facito, tibi quod vſui fiet. *Ter. ex Heautont.*

Sæpè cuius rei fuit opinio dulcis, amarum fuit experimentum. *Petr. de proſp. fort.*

Experto in ſua ſcientia credendum. *Apud iuriſp.*

Aſſiduitas experiendi ſubtrahit paulatim admirationem. *Aug.*

*Exprobratio.*

Beneficia non ſunt exprobranda apud memores. *Liu. Dec. lib. 9.*

Odioſum hominum genus eſt officia exprobrantium, quæ meminiſſe debet is, in quem collata ſunt, non commemorare, qui contulit. *Cic. in Lel.*

In confirmata amicitia, & perfecta fide commemoratio beneficiorum ſuperuacua. *Idem pro Planco.*

Beneficium qui dicit ſe dediſſe, petit. *Pub. Mim.*

Eſt aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas. *Ouid. in ep.*

## F

### Fabula.

Nullum figmenti genus veris poſſeſ ſoribus conuenit. *Macrob*
Ficta voluptatis cauſa ſunt proxima veris. *Hor. de art. Poet*

Fabulæ a fando dictæ, quia non ſunt res factæ, ſed tantum loquendo dictæ. *Iſid. lib. 1. Etym.*
Fabula etſi vim veritatis non habeat, tamē rationem habet, vt iuxta eam poſſit veritas manifeſtari. *Ambr. lib. 3. de off.*
Quicquid figuratè fit, aut dicitur, non eſt mendacium. *Aug.*

### Facilitas.

Omnium rerum cupido langueſcit, cum facilis eſt occaſio. *Plin. iun. lib. 8.*
Qua in re excellit quiſquè, eò libenter & promptè ducitur. *Plut. probl. dec. 1.*
Facilia ipſos quoque fugiunt negligentes; difficilia verò cura, & diligentia capeſcuntur. *Idem de lib. educ.*

Ma-

Malum facile eſt, bonum autem diffi cile. *Ariſt. Eth. 2.*

Inuentis facile eſt addere. *Idem Rhet. 2.*

Faciliùs eſt apta diſſoluere, quàm diſſipata connectere. *Cic. de orat. lib. 3.*

Leuius eſt inferre vulnera, quàm ſanare. *Mat. Vii doc.*

Contemptui eſt obnoxiũ omne, quod facilè ſuperatur. *Nazianz.*

*Fama, & Exiſtimatio.*

Fama eſt communis opinio voce manifeſta ex ſuſpicione proueniens. *Apud iuriſp.*

Exiſtimatio eſt illæſæ dignitatis ſtatus, legibus, ac moribus comprobatus. *Ibid.*

Antiquior eſt poſſeſſionibus gloria. *Cic. 1. de Diu.*

Negligere, quid de ſe quiſque ſentiat, non ſolùm arrogantis eſt, ſed & omninò diſſoluti. *Idem 2. off.*

Rumoris publici auctoritas inſtar oraculi eſt. *Idem de orat. perf.*

Ex ſententiis hominum noſtra fama pendet. *Idem in Piſonem.*

Conſtare omnibus debet, tales nos eſſe, quales videri volumus. *Idem.*

Temerè fama naſci non ſolet, quin ſubſit aliquid. *Idem in Rhet.*

Homines non minus opinione famæ, quàm aliqua certa re commiſceri ſolent. *Idem pro leg. Manil.*

E minimo creſcit, ſed non citò fama quieſcit.

Quamuis mentitur, creſcit eundo tamen. *Pamph. cap. 18.*

Fama bona in tenebris proprium ſplendorem habet. *Sen. de rem. fort.*

Honeſtus rumor eſt alterum patrimonium. *Idem in prou.*

Minus gratiæ rebus ex nuncio venit. *Quint. decl. 8.*

Multi famam, conſcientiam pauci verentur. *Plin. iun. lib. 3.*

Fama malum, quo nil aliud velocius vllum:

Mobilitate viget, vireſque acquirit eundo. *Virg. 4. Aeneid.*

–*Sed famam extendere factis*

Hoc virtutis opus.

*Idem Aeneid. 10.*

Fama loquax, quæ veris addere falſa

Gaudet, & è minimo ſua per mendacia creſcit.

*Ouid. Meth. 9.*

Sed

Sed famam vigilare iuuat, quis noſſet Homerum,
Illius æternum ſi latuiſſet opus? *Idem 3. amor.*

Famæ, & fidei maiora ſunt damna, quæ exiſtimari poſſint. *Liu. dec. lib. 3.*

Quicquid fama canit, donat arena tibi. *Mart. lib. 1.*

Miſerum eſt aliorum incumbere famæ. *Iuuen.*

Non curandū multos cognoſcere, ſed a nullo ignorari. *Plut. in apoph.*

——*Nam lux altiſſima fati*
*Secretum* nil eſſe ſinit, latebraſq; per omnes
Intrat, & obſcuros explorat fama receſſus. *Claud. de inſtitut. Princ.*

Minuit præſentia famam. *Idem.*

Fama abſentes præſentes facit. *Apud Iuriſp.*

Nemo eſt, qui non deſideret apud poſteros famam habere. *Ariſt.*

Qui loquitur quę ſunt optima, & facit quæ honeſtiſſima, famâ honeſtam habebit. *Ex apoph.*

Iactura rei facile ſarciri poteſt; fama contaminata vix nunquàm diluitur. *Ibidem.*

Fama

Fama mendacio gaudet. *Tertul.*

Fama boni rectè volat inuidia retinente. *Apud canon.*

Fama repleta malis auium deducitur alis. *Ibidem.*

Qui conſcientiæ ſuæ cõfidens famam negligit, crudelis eſt. *Anſ. ſup. ep. ad Philipp.*

Fama virtutem reddit illuſtriorem, tametſi non maiorem. *Ber. ſup. cant. ſer. 17.*

Pretium famæ perdit conſcientia te publicè prodens. *In hiſt. ſax.*

Quos fama benè commendat, ſe inuicem videre deſiderat. *Aug.*

Duo ſunt tibi neceſſaria, conſcientia, & fama, conſcientia propter te, & fama propter proximum. *Idem de commun ſer. cler.*

*Fames.*

Eſuriens neceſſariis vtatur potius, quàm ſuauibus. *Plut. de tuen. bon. valet.*

Difficile eſt verba facere ventri aures non habenti. *Cato apud Plut. in apoph.*

Fames omnia reddit dulcia, præter ſeipſam. *Antiph. apud Stob.*

Nihil

Nihil contemnit eſuriens. *Sen. ep. 120.*

In aliena fame ſui quiſque miſeretur. *Quint. decl. 5.*

Non habitant ſimul pudor, & fames. *Idem decl. 12.*

Vetus eſt adagium, fames, & mora
Bilem in naſum conciunt. *Plaut. in Aſin.*

Fames, & frigus miſerrima mortis genera. *Liu. 3. decl. lib. 8.*

Ieiunus venter ſubitam ſcandeſcit ad iram. *Ricard. Venuſ.*

Fames audaciam præſtat. *In hiſt. ſax.*

Mirabile martyrium, & graue inter epulas eſurire. *Ber. in par. ſer.*

Fames crudeles mortes tentauit. *Chryſ. ad popul. Antioch. hom. 36.*

Fames amica virginitatis, & inimica laſciuiæ. *Ambr. ſerm. 42.*

*Fatum.*

Fatum nil aliud eſt, quàm dictum, & iuſſum diuinum. *Priſcian.*

Ratio fatum vincere nulla valet. *Ouid. lib. 3. de triſt.*

Fata

Fata viam inuenient. *Virg. 3. Aeneid.*

Muliebre dictum, neminem fatum vitare poſſe. *Plut. de Rhet.*

Non fato fieri quæcumque fiant, eſſe enim multa in noſtra poteſtate. *Cic. de fato.*

Omnia ità fato fieri, vt id fatum vim neceſſitati afferat. *Ibid.*

*Felicitas.*

Felicitas eſt operatio quædam ſecundùm virtutem perfectam. *Ariſt. 2. Eth.*

Felix eſt, non qui aliis, ſed ſibi videtur. *Sen. ep. 21.*

Mihi crede, non potes eſſe diues, & felix. *Idem de mor.*

Tunc te beatum iudica, cum tibi ex te omne gaudium naſcitur. *Idem ep. 123.*

Difficilius inuenitur vir, qui ſecũdam fortunam benè ferat, quàm qui aduerſam. *Herod. apud Stob.*

Felicitas nulla re indiget. *Auer. 1. Eth. com. 7.*

Felicitas honeſto metienda. *Ex apoph.*

Quidam ex contemplatione alienæ felicitatis ſuam exaſperant calamitatem. *Ibidem.*

Qui

Qui in proſperis nimium fidit; in aduerſis præceps incidit. *Aeſop.*
Secundis rebus non eſt ſuperbiendũ. *Idem.*
Felicitatem rem eſſe putamus, ad quã admonitio non poſſit accedere. *Plut. de amic. & adul.*
Perpaucis contigit felices eſſe, & ſapere. *Ibid.*
Non curo felicitatem ex funibus pendentem. *Idem in apoph.*
Difficile eſt ſecundis rebus ſui non obliuiſci. *Cic. pro domo ſua.*
Felicitatis comes inuidia. *Plaut.*
Nemo felix, niſi ſapiens, & bonus. *Plat. de nat. hom.*
Res ſecundæ nunquàm habent modum. *Lucan.*
Proſpera animos efferunt. *Saluſt.*
Aſperius nihil eſt humili, cum ſurgit in altum. *Claud. lib. 1.*
Res ſecundæ negligentiam creant. *Idem lib. 2.*
Qui felicitati ſuæ frenum imponit, illam melius regit. *Plin. lib. 7.*
Ex aduerſis ſecunda, & ex ſecundis aduerſa naſcuntur. *Idem in Paneg.*
Res ſecundæ inſolentiam pariunt. *Sal. in bell. iug.*

Læta

Læta omnia rarò ſine infelicitate aliqua eueniunt. *Hor*

Si felicitas eluceat, non ſis iactans, ſi calamitas contigerit, puſillanimis non exiſtas. *Hier.*
Eſto in lætitia paruulus, & vir perfectus in ſenſu. *Idem.*
In quibuſdam exhibe te ſenem, in quibuſdam infantem. *Idem.*
Felicitas ſæculi ventus contrarius. *Anſ. ſuper Euang.*
In proſperitatibus turbatur iuſtus. *Greg.*
Solet rerum abundantia tantò magis à timore mentem ſoluere, quantò magis hinc exigit diuerſa cogitare. *Idem in quad. hom.*
Proſpera temperantur aduerſis. *Chry.*
Proſpera nouerca virtutis. *Idem de nug. Cur.*
Felicitas terrena ſemper ſuſpecta. *Aug. lib. 4. de Ciu. Dei.*
Proſperitas periculoſior animo eſt, quàm aduerſitas corpori. *Idem ſup. pſal. 41.*
Non ſunt bona dicenda, quibus abundantem licet eſſe miſerrimum. *Idem.*
Lætitia ſeculi vanitas cum magna ex-

pecta-

pectatione, ſperatur, vt veniat, & non poteſt teneri cum venerit.

*Idem.*

Sępius in altum quis attollitur, vt mẽs fortius conquaſſetur. *Raban. in quod. ſer.*

*Fertilitas.*

Ad maturitatem non peruenit nimia fœcunditas. *Sen. ep. 39.*

Fertilitas arborum ferè alternat. *Plin. ſen. lib. 11.*

Fertilitas nimia ſæpè nocet. *Idem lib. 16.*

Ex abundantia oritur inuidia. *Sal. in con. Cat.*

Quicquid fuerit abundantius, & maius, quàm eſſe debeat, hoc eſt malum. *Plat.*

Fertilitas terrarum non calori ſolis, ſed diuinæ miſericordiæ adſcribenda. *Ambr. exam. lib. 4.*

Abundantia temporalia æternorum facit obliuionem. *Ber. de aduent. Dom. ſer. 3.*

Abundantia ſuperbię vicina eſt. *Greg. ſuper Ezech. hom. 17.*

*Feſtiuitas.*

Viro bono omnis dies feſtus eſt. *Diog. apud Plut.*

Luce

Luce ſacra requieſcat, humus requi-
ſcat arator,
Et graue ſuſpenſo vomere ceſſet op
*Tibul.eleg.1.lib.2.*

Feſtiuitatibus ſanctorum plures m
gis de vanitate, quàm de feſtiuit
te gaudent. *Ber.ſuper cant.ſer.*
Tria ſunt in feſtiuitatibus ſanctoru
vigilanter conſideranda, auxiliu
ſancti, eius exemplum, & noſtra
confuſionem. *Idem in ſe*
Quid prodeſt intereſſe feſtis homin
ſi contingat deeſſe feſtis Angelor
*Greg.hom.3.ſuper euang.*
Dominico die à labore terreno ceſſa
dum eſt, atq; omninò orationib
inſiſtendum. *Idem in regiſ*
Melius enim fœminæ in die ſabba
lanã nerent, quàm tota die in ne
menijs ſuis impudicè ſaltarent.
*Aug.in lib. de decem cord.*

*Fides moralis.*

Fides eſt incognitæ rei certitudo m
randa. *ſecund.Philo*
Vtrunque uitium eſt, & omnibus,
nulli credere. *Sen.ep.*
Homines plus credunt oculis, quà
auribus. *Idem ep.*

Fi-

Idem qui perdidit, perdere vltra nihil poteſt. *Pub. Mim.*

uod non credit quis, non mouet eũ ad timendum, vel ſperandum. *Ariſt. de poet. 2.*

uenes facilè ſeducibiles ſunt, ſperãt enim facilè; ſenes increduli ſunt propter experientiam. *Idem Rhet. 2. cap. 16.*

ura, quid expediat, prima eſt, quàm quid ſit honeſtum.

t cum fortuna ſtatque, caditque fides. *Ouid. 2. de pont.*

cilicet, vt falſum ſpectatur in ignibus aurum,

empore ſic duro eſt inſpicienda fides. *Idem 1. de triſt.*

arda ſolet magnis rebus ineſſe fides. *Idem ep. 16.*

e citò credideris, quantum citò credere lædit,

xemplum vobis non leue Procris erit. *Idem lib. 3. de art. amand.*

uantum quiſque ſua nummorum continet arca,

antum habet & fidei. *Iuſt. ſat. 17.*

ximia res eſt lingua, cui fides adfuerit. *Eurip. in Taur.*

ucundum ſpectaculum fides in aduerſis. *Idem in oreſt.*

Tem-

Tempore non omni nō omnibus omnia credas:

Qui miſcere credit, creditur eſſe miſer. *Verſif. fab. Aeſop*

Qui me læſit, idem lædit, ſi lædere poſſet:

Expedit infido non iterare fidem. *Idem.*

Rara ſemper fuit fides, hoc ſæculo rarior, apud potentes & eſt, & fuit ſemper rariſſima. *Aeſop. in fab*

Vnuſquiſque ſtudioſè curat, ut ex uitæ meritis ſibi fides habeatur. *Ageſ. apud Plut. in apoph.*

Aduerſis in rebus rarior eſt fides. *Veget lib. 3.*

Sunt plurima vera, ſed parum credibilia. *Quint. lib. 4*

Nunc nunc qui fœdera rumpit,
Ditatur; qui ſeruat, eget. *Claud*

Fidem habere dubiis res ardua. *Plin. in præſ.*

Fide caret plurima, priuſquàm facta aut uiſa ſint. *Idem. lib.*

Stat nulla diù mortalibus unquàm
Fortuna titubante fides. *Silu. It.*

Libenter homines id, quod volunt credunt. *Cæſ. de bell. G.*

Miſeris eſt parua fides. *Sal. in coniu. Catil.*

Ha-

ubita fides fidem obligat. *Liu.3.declam.lib.4.*

ulta nobis vſu veniunt, quæ relata ignoto fidem perdunt. *Apul.*

Iuppiter vbinam eſt fides? *Ter.*

ulla fides unquàm miſeros elegit amicos. *Lucan.lib.8.*

des eſt amoris fundamentum, ea ſublata, tota amicitiæ lex, ius, vis, & ratio peribit. *Pyth.*

emper in fide, quid ſenſeris, nō quid dixeris cogitandum. *Cic.1.off.*

angenti fidem, fides frangatur eidem. *Apud Iuriſc.*

on eſt facile credere, quod facile fieri non poteſt. *apud eoſdem.*

on ſatis eſt tutum mellitis credere uerbis,

x hoc melle ſolet peſtis amara ſequi.

des etiam hoſti ſeruanda. *Aug.ep.105.*

des in neceſſitate probatur. *Caſſ.ep.lib.5.*

ominibus ignotis non eſt paſſim credendum. *Greg.in Regiſt.*

redulitatis facilitas peſſima. *Ber.de conf.*

redere omnia æquè uitioſum, ut nihil

hii credere. *Aug. de ver. & fal. pœnit. cap. 20.*

*Fides Theologalis.*

Fides eſt ſimplicitas mentis, & deuotio animæ ad Dominum. *Hier. aduer. Lucif.*

Quid prodeſt, ſi impiè agens, Deum voce inuocas, quem operibus negas? *Idem.*

Nauis vndique ſana vnico ſubmergitur foramine. *Idem in Rub. cap. de tim. Dom.*

Dormiens fides cenſura cęleſti erigitur. *Cypr. de lapſis.*

Prima petit campum dubia ſub ſorte duelli

Pugnatura fides. *Prudentius.*

Fides una eſt, non multiplex. *Ambr. lib. 13. de Trin. cap. 2.*

Quandò homo altiora ſcrutari nō poteſt, fide viuat. *Idem de agr.*

Fidem in extremis ſuſcipere non ſatis eſt tutū. *Idem in quæſt. ex vtr. teſt.*

Fides poteſtati terrenæ non eſt ſubiecta. *Idem in expoſ. 4. quæſt*

Nec fides habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. *Greg. in Euang. hom. 26.*

Ille etenim verè credit, qui exercet operando, quod credit. *Idem in hom.*

*hom. in die S.Thomæ Apoſt.*

Auditus pręcedit viſum,& fides viſionem. *Ber.ſuper cant.ſer.45.*

Tranſgreditur enim fides fines rationis humanæ,naturæ vſum,& experientię terminos. *Idem ſer.69.*

Fides aliquãdò recipit, quod ratio nõ pſumit,qualis ſit cuiuſq; fides, tribulatio probat. *Idẽ de 12.grad.hu.*

Fides ſola abſq; Baptiſmo fluminis in neceſſitate ſufficit. *Idem in ep.*

Fides ſuadenda, non imponenda. *Idem ſup. cant.ſer.6.*

Fides abeſt ab iis, qui præcipiunt,nec faciunt. *Lact.de vera ſap.*

Diuina credenda,non diſcutienda. *Chry.ſup.ep. ad Tim.1.cap.hom.1.*

Fides,& ſpes mutua ſibi vice coniunctæ ſunt. *Idem ſup.ep. ad hebræos cap.1.hom.1.*

Hoc enim eſt veræ fidei,non quærere cauſas eorum, quæ verè percipiuntur,ſed ſuaderi ſolùm ab eis. *Idem ſup. Matth.*

Fide indigent, quæ rationem humanam excedunt. *Idem ſuper ep.ad Cor.hom.4.*

Prius credendum, quàm intelligendum. *Aug.lib. 2.de liber.arb.*

Quid eſt fides, niſi credere,quod non

 vides?

vides? *Idem ſuper Ioan*

Fides electorum, aut nunquam defi-
cit, aut ſtatim reparatur. *Idem d*
*correct. & grat.*

Noli intelligere, vt credas, ſed crede
vt intelligas, intellectus merces fi-
dei eſt. *Idem ſuper Ioan*

Fide meremur ſcire, quod credimus
*Idem de morib. Eccl.*

Quod lex minando imperat, hoc fides
credendo impetrat. *Idem de Spiri-*
*tu, & lit.*

Magna eſt fides, ſed nihil prodeſt, ſi
non habet charitatem. *Idem.*

Intellectui fides viam aperit, & infide
litas claudit. *Idem.*

Arcanis eloquiis, & quæ ſcire non li-
cet, fidem præſtare decet. *Iambl. de*
*myſt. Egit.*

*Filius.*

Qualem gratiam retuleris parentibus
tuis, talē à liberis expecta. *Thales.*

Filius, ſicut in ſubſtantia derelicta, ſic
in paternis ſuccedat amicitiis.
*Socr. apud Plut.*

Filio modeſto nunquam grave eſt
quod iubet pater, nec impoſſibile
*Idem in prou.*

Plures ſunt deteriores, pauci verò pa
tribus meliores. *Soph. apud Stob*

Li-

Liberorum ſufficiens numerus mas, & fœmina. *Plat. de leg. lib. 1.*

Nihil dulcius hominum generi à natura datum eſt, vt ſui cuique liberi. *Cic.*

Eſt acerbum parentum ſcelera filiorũ pœnis lui. *Idem Brut.*

Dum tener eſt gnatus, generoſos imbue mores. *Phocid. Poeta.*

Quales filii, talis domus gubernatio. *Plut. de fort.*

Illa verecundis lux eſt præbenda puellis,
Qua timidus latebra ſperat habere pudor. *Ouid. ſine tit. lib. 1. cap. 4.*

Pudore, & liberalitate liberos
Retinere ſatius eſſe credo, quàm metu. *Ter. ex Adelph.*

Hoc patrium eſt potius conſuefacere filium ſua ſponte rectè facere, quã alieno metu. *Ibid.*

Obedire parenti filios, & iuuenem ſeni decet auſcultare. *Aeſop.*

Filius patris iniquitatem imitans patris pœnas in vita præſenti perſoluet. *Greg.*

Filiorum eſt diligere, non timere. *Idem ſup. ſept. pſal.*

Filiorum numerus liberalitatem mi-

 nuit.

nuit. *Cypr. de eleem.*

Filii alimentorum vices parentibus re ferant. *Chry. aduer. vitup. vit. monaſt.*

Equus indormitus euadit durus, & filius remiſſus euadit præceps. *Eccleſ.*

Filii conſiderare debent, quòd ipſi futuri ſunt aliquandò patres, vt & ipſi obediant parentibus. *Ambr. ſup. epiſt. ad Theſſal.*

Filius magis in patris, quàm in matris eſt poteſtate. *Aug. ep. 199.*

*Finis.*

Finis eſt terminus in vnaquaque re, ſiue extremitas.

Finis omnium rerum ſpectandus, & ſuperuacua dimittēda. *Sen. ep. 120.*

Cuiuſcunque facti cauſam require, cum initia inueneris, finem cogitabis. *Idem de morib.*

Exitus in dubio eſt. *Ouid. 2. Metam.*

Exitus acta probat, careat ſucceſſibus opto,
Quiſquis ab euentu facta notanda putat. *Idem in epiſt.*

Cuius finis eſt melior, ipſum quoque eſt melius. *Ariſt. top. 6.*

In

In his, quorum non eſt finis, conſiliũ quærendum non eſt. *Idem 6. Eth.*

Actio, quæ non agit propter finem, eſt ocioſa. *Idem 2. Metaph.*

Finis miſeriæ mors eſt. *Apud L.... Cloan.*

Occaſum ſapiens, ſtultus conſiderat ortum:

Finis quiſque rei cãtica laudis habet. *Aſtrolab.*

Quod complere nequis, principiare caue. *Matth. Vindocen.*

Præmeditare prius animo, quam rem operari incipias. *Iac. Beneu.*

Omnem cauſam ignorat, qui finalem cauſã ignorat. *Marſ. in Proclum.*

Quoties exitus rei ſatis oſtendit principia, debemus eſſe contenti, quo reliqua intelligantur. *Quint. lib. 4.*

Quicquid agis, prudenter agas, ſed reſpice finem.

*Verſificat. fab. Aeſop.*

Non debemus quicquam agere, cuius non poſſumus cauſam probabilem reddere. *Cic. 2. off.*

Sæpè conſilio diſſimilis eſt euentus. *Idem.*

A fine denominatur res, & finis præcipuè inſpiciendus eſt, non principium. *Apud iuriſp.*

Finis eſt, ad quem cuncta referuntur. *Aug. in princ. Rhet. cap. 2.*

Finis opus laudabile reddit. *Idem de morib. Manich.*

Non quæruntur in Chriſtianis initia, ſed finis; Paulus malè cępit, ſed benè finiuit. *Hier. in quad. ep.*

Ei non bonus eſt finis, cui ſemper mala uita fuit. *Idem in rubr.*

Summa miſeria eſt neſcire, quò tendas. *Iſid. ſolil. lib. 1. cap. 4.*

Vnumquemque enim Deus de ſuo fine, non de uita præterita iudicat. *Idem de ſum. bon.*

Exitus manifeſtat, quod à principio celabatur, & quæ dubia ſunt in origine, probantur in fine. *Hug. de medit.*

Hominis euentus ſpe ſemper minores. *in Hiſt. Sax.*

Sicut non eſt finis gaudio bonorum, ità non eſt finis tormento malorũ. *Greg. lib. 4. Dialog.*

Finis præſentis vitæ cohærere debet futuræ uitæ principio. *Ber. in die Apoſt. ſer. 2.*

*Fletus.*

Luctus eſt triſtitia de amiſſione carorum. *Aug.*

Eſt

Eſt quædam flere voluptas.
Expletur lacrymis, egeriturque dolor.
*Ouid. de triſt. lib. 4.*

Neue puellarum lacrymis moueare caueto,
Vt flerent, oculos erudiere ſuos.
*Idem de rem. amor.*

Mulier ad lacrymas nata eſt. *Eurip. in Med.*

Afflictis hominibus ſuaues ſunt lacrymæ. *Idem in Troad.*

Amare mortuum producit lacrymas. *Idem in Alceſt.*

Hominibus etiam luctuum aliqua eſt gratia. *Idem apud Stob.*

Lacrymæ pœnitentiæ ſunt iudices. *Curt. lib. 3.*

Lacryma nihil citius areſcit. *Tull. Rhet. art. uet. lib. 1.*

Non aliquid natura homo ſcit, quàm flere. *Plin. hiſt. natur. lib. 7.*

Hæredis fletus ſub perſona riſus eſt. *Aul. Gel.*

Fletus cibus eſt animarum, corroboratio ſenſuum, abſolutio peccatorum, & lucrum culpatum. *Caſſ. ſup. pſal.*

Nonne eſt vacuum ſuper defunctum

producere lacrymas. *Hier. in Rubr.*

Mulieres ſæpè pereunt, ſi flere prohibeantur. *Chryſ. ad pop. Antioch. hom. 18.*

Lacrymæ infantiũ teſtes ſunt noſtræ miſeriæ. *Aug. hom. 10.*

Oratio Deum lenit, ſed lacryma cogit, hæc vngit, illa pungit. *Idem in ſer.*

Et ſi pietas pro defunctis fidelibus flere iubet, fides tamen pro eis flere vetat. *Iſid. 3. de ſum. bon.*

Illi enim deplorandi ſunt in morte, quos miſeros infernus ex hac vita recipit, non quos cœleſtis aula lætificans includit. *Idem.*

## *Fortitudo.*

Fortitudo eſt mediocritas circa timorem, & audaciam. *Ariſt. 2. Eth.*

Fortitudo à ſuperabundantia corrumpitur, & defectu, à medio verò ſaluatur. *Ibidem.*

Non dicitur fortis, qui dolore, vel ira ductus periculum ſubit. *Idem 1. Eth.*

*Fortiſſimus ille eſt.*

Qui promptus metuenda pati, ſi quo mi-

minus inſtent:
Et differre poteſt.
*Lucr.Poet.lib.7.*

Clypeus tuetur, ſed gladius fortitudinis organum eſt. *Ex apoph.*

Nihil proſunt munimenta, niſi vir fortis tueatur. *Ibidem.*

Animus impauidus naturam pro lege ſequitur, cui ſi repugnet lex, eum contemnit. *Ibidem.*

Non eſt fortitudinis, ſed amentiæ, ſemet in vitæ diſcrimen conijcere. *Ibidem.*

Nulla fortitudinis vis iuſtitia abſente. *Ibidem.*

Fortis nemo poteſt iudicari, niſi, & prudens fuerit. *Socr.in ſent.*

Fortes fortuna adiuuat. *Ter. ex Phorm.*

Nemo fortis iudicari poteſt, niſi diù in laboribus, & periculis verſatus fuerit. *Plat. 1.de leg.*

Nec Hercules quidem contra duos. *Idem de amicit.*

Fortium virorum eſt magis contemnere, quàm amare vitam. *Sen.*

Ignis aurum probat, miſeria viros fortes. *Idem.*

Haud eſt virile terga fortunæ dare. *Idem ex traged.*

Quemcumque fortem videris, miſerum neges. *Idem ex traged. in Herc. fur.*

Robur cum imperitia ſæpius damnoſum. *Xenoph. apud Stob.*

Nullus vir fortis dignatur clàm hoſtē occidere, ſed palàm congreſſus. *Eurip. in Rheſ.*

Amplius valet virtus, quàm multitudo. *Curt. lib. 7.*

In re mala animo ſi bono vtere, iuuat. *Plaut. in capt.*

Eſt viri fortis, ne ſupplicijs quidem moueri, vt fortiter feciſſe pœniteat. *Cic. 1. off.*

Fortitudo non eget ira, ſi quidem à ratione tincta eſt. *Plut. de cohi. ira.*

Hominis fortitudo non in dentibus, ſed in ratione, & manibus conſiſtit. *Idem de fort.*

Fortem manſuetum eſſe oportet, vt proximi non tàm metuant, quàm reuereantur. *Diog. lib. 1.*

Fortior eſt, qui ſe, quàm qui fortiſſima vincit. *Ouid.*

Virum fortem iniuriæ probant. *Orig. in Leuit.*

Qui vera virtute fortis eſt, nec temerè audet, nec inconſultè timet. *Idem ſuper*

*ſuper ep. ad Hebr.*

Non eſt vir fortis, cui non creſcit animus in ipſa rerum difficultate. *Ber. in ep.*

Quid prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi male viuitur. *Max. li. 3.*

Fortitudo, ſi nulla neceſſitate cogente, aut non pro cauſa honeſta certum periculum ſubierit, in temeritatem conuertitur. *Lact. lib. 6.*

*Fortuna.*

Fortuna eſt motus ab occulto in occultum caſu quædam felicis actionis cauſa. *Plat. in deff.*

Rara quidem virtus, quàm non fortuna gubernat. *Aeſop.*

Hominum prudentiam fortuna procul dubio ſuperat. *Idem.*

Frequentius fortuna exhibet, quod ars efficere non poteſt. *Idem.*

Cum fortuna ſit cæca, ſæpè accidit, vt cadat, & ruat. *Sen. lib. 3. ep.*

Non habet, vt putamus, fortuna lõgas manus, neminem occupat, niſi hærentem. *Idem in quod. ſer.*

Minus in paruis fortuna furit. *Idem ex trag.*

*Quicquid in altum.*

Fortuna tulit, ruitura leuat. *Ibidem.*

Naturæ operatio fortuna non indiget. *Plut. de curioſ.*

Fortuna, & ſapientia inter ſe maximè diſcrepant. *Idem de fort. Roman.*

Fortuna raró quicquam rectè operatur. *Idem de vſu part.*

Nulli fortuna tam dedita eſt, út multa tentanti vbique reſpondeat. *Idem de ira lib. 3.*

Fortuna diuitibus pecunias non donauit, ſed mutuo dedit. *Bion. apud Stob.*

Fortunam laudare ſtultitia eſt, vituperare ſuperbia. *Cic. de iuuent.*

Ferenda eſt fortuna, præſertim, quæ abeſt à culpa. *Idem ad Torq.*

Cœca fortuna eſt, & eos plerumque efficit cęcos, quos complexa eſt. *Idem in Læl.*

Nullam in ſapientem vim eſſe fortunæ. *Idem 3. Tuſc.*

Sors in armis plus, quàm ratio poteſt. *Idem Att. lib. 14.*

Nihil eſt tàm rationi, & conſtantiæ cõtrarium, quàm fortuna. *Idẽ de Diu.*

Omnia fortunæ non committenda, ne magnam nimis in nos habeat dominationem. *Idem 4. ad Heren.*

Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia; ſed te nos facimus fortuna Deã, cęloque

loque locamus. *Iuuen.ſat.10.*
Si fortuna volet,fies de Rhetore conſul,ſi volet hæc eadem, fies de conſule Rhetor. *Idem ſat.6.*
Si fortuna iuuat,caueto tolli.
Si fortuna tonat, caueto mergi. *Periand.*
Caſus vbique valet, fac ſemper tēdeat hamus.Quo minimè credis,gurgite piſcis erit. *Ouid.amor.li.1.cap.1.*
Breuis eſt magni fortuna fauoris. *Idem.*
Nempe dat, & quodcunque libet fortuna,rapitque. *Idem lib.5.de triſt.*
Fortuna cum blanditur, tunc eſt maximè metuenda. *Saluſt.*
Fortunam cum abire permiſeris, fruſtrà poſt modum fugientem implorabis. *Ter.*
Naturam plerunque fortuna corrumpit. *Idem.*
Seruat multos fortuna nocentes. *Lucan.lib.3.de bell.ciu.*
Faber eſt quiſque fortunæ ſuæ. *App. apud Saluſt.*
In tranquilliſſimis rebus interdum exiſtit periculum,quod nullus expectat. *Ex apoph.*
Fortuna proſpera facit animos petulantes. *Ariſt.7.Polit.*

Tu

Tu quæcunque Deus tibi fortunauerit horam.

Grata ſume manu, nec dulcia differ in annum. *Hor. ep. 1. ad Bul.*

Quem res plus nimio delectauere ſecundum mutatæ quatient. *Idem ep. 10.*

Fortuna immeritos auget honoribus: Fortuna innocuos cladibus afficit.

Fortuna multis nimis dat, ſatis nulli. *Mart. lib. 2. Epig.*

Sorte Ionas in mare miſſus, ſorte Matthias in Apoſtolum electus eſt. *Greg. ſuper 1. Reg.*

Sola fortuna proſpera eſt, quæ dat animum philoſophandi. *Aug. con. Academ.*

### *Fraternitas.*

Fraternitas eſt multorum filiorum ab vno generatiuo principio, ſiue actiuo, ſiue paſſiuo ortus.

Inter fratres ſenior debet principem agere. *Ariſt. Polit. 5.*

Fratres ſunt corporis tui partes. *Socr. apud Stob.*

Qui relictis fratribus alios amicos quærunt, ſimiles illis fiunt, qui ſuum rus incultum ſinunt, & alie-

num

num excolunt. *Deip.apud Stob.*
Fratrum inter ſe iræ ſunt acerbiſsimæ. *Boet.*
Rara concordia fratrum. *Horat.*

Qui fratri prouidet, ſeipſum curat. *Hier.*
Fratrem non tolerans infirmum non diligit. *Auguſt.ſuper Ioann. tract.21.*
Fratris egeſtati impendendum quicquid vltra uitæ neceſsitatem habemus. *Baſ.in ſum.mor.*
Frater à fratre protectus eſt fortis urbs. *Chryſ.de Sacer.lib.1.*
Vera fraternitas eſt, quæ fratrem veneratur deuotum, & corripit diſſolutum. *Râb.ſuper Matth. ultim. cap.*
Nulla, quæ poſſumus, fratribus impēdere bona recuſemus. *Greg.*

*Fraus, Proditio.*

Fraus eſt doloſa deceptio, qua aliquē malo aliquo afficimus.
Quoſdam decipere pro moribus tēporum prudentia eſt. *Plin.iun.lib.8.*
Proditio celeri pœna vindicanda. *Val.Max.*
Diſsimulata actio melius ſubrepit. *Quint.lib.4.*

Inter

Inter dormientē,& ſimulantē,non eſt niſi conſcientia. *Idem decl.8.*

Aemuli alios arte ſua nittentes decipere,ſæpè in laqueos,quos tendunt, incidunt. *Aeſop.*

Viro prudenti fruſtrà muliebres tenduntur inſidiæ. *Idem.*

Sordibus imbuti nequeunt dimittere ſordes: Fallere,qui didicit,fallere ſē per audet. *Verſif.fab.Aeſop.*

Quæ nimis apparent, retia vitat auis. *Ouid.de rem.amor.lib.2.*

Viuitur ex rapto non hoſpes ab hoſpite tutus; Non ſocer à genero,fratrū quoque gratia rara eſt. *Ouid. ex Meth.*

Fallere fallentes in nulla lege uetatur. Condecet,vt fallax corruat arte ſua. *Facet.*

Animo, molles, & ætate fluxi dolis haud difficulter capiuntur. *Saluſt.*

Primū quidem decipi incommodum eſt,iterum ſtultū,tertiò turpe. *Tull. Rhet.art.vet.lib.1.cap.12.*

Semel proditori nulla danda eſt fides. *Liu.lib.4.decad.3.*

Satius eſt inuidias ſubire ſemel,quàm ſemper cauere. *Lucr.Tranq.*

Proditionem amo, ſed proditorem nō laudo. *Plut.*

Qui inſidias timet, in nullas incidet. *Mim. Pub.*

Faber compedes, quos fecit, ipſe geſtet. *Auſon.*

*Fallacia.*

Fallacia eſt, per quam moribus deceptorijs veritas palliata, vel odium alterius, vel proprium commodum intendit. *Aug. in diff.*

Fallacia alia aliam trudit. *Ter. in Eun.*

Falſitatis mater ſimilitudo. *Idem lib. 2 Soliloq.*

Falſitas non eſt in rebus, ſed in ſenſu. *Ibidem.*

Miſerius eſt mentiendo fallere, quàm mentientibus credendo falli. *Idem lib. 2. quæſt.*

Seductio habet ſemper boni colorem. *Chryſ.*

Qui fodit foueam, incidit in eam, & qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber. *Eccleſ. cap. 10.*

Venena non dantur, niſi melle circunlita, & vitia non decipiunt, niſi ſub ſpecie, & vmbra virtutum.

*Furtum, Rapina.*

Rapina eſt auidæ mentis impetus, violentem alienarum rerum diſtractio. *Tull. in Rhet.*

Nulli,

Nulli, cui rapina feliciter ceſſit, gaudium rapti durabit in poſterum. *Sen. ep. 17.*

Non ſolùm qui clam tulit, ſed etiam qui palàm tollere vult, latro eſt. *Ariſt. top. 6.*

Certior è multis, nec tam inuidioſa rapina eſt,
Præda venit canis de grege plena lupis. *Ouid. lib. 1 1. eleg.*

Non habet euentus ſordida præda bonos. *Idem de amor. cap. 10.*

Qui inuenta non denunciat, in ſuſpicionem cadit. *Apud iuriſp.*

Alienum æs homini ingenuo acerba ſeruitus. *Senec.*

Illud enim natura nõ patitur, vt aliorum ſpolijs noſtras facultates copias, & opes augeamus. *Cic. in off.*

Vrunt proprias res furto ſublatæ. *Plaut.*

Furtum eſt occulta acceptio rei alienæ inuito domino. *Thomas.*

Maleficio præda coniuncta. *Lact. lib. 3.*

Fur nocturnus ſi occidatur, non committitur homicidium. *Aug. lib. 2. quæſt.*

Quod inueniſti, & non reddidiſti, rapui-

puiſti. *Idem ſer. 19. de verb. apoſt.*

Si pœnale eſt clanculum auferre, multò maioris pœnæ eſt violenter eſt eripere. *Idem in quod. ſer.*

Quid recipiet, qui aliena tulit; ſi ſemper ardebit, qui ſua non dedit? *Rab. ſup. Matth.*

Ablatio rei alienæ reſtitutione diſſoluitur. *Chryſ. ſup. Matth. hom. 1.*

Si effringens fur domum fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis. *Exod. cap. 22.*

### *Futurum tempus.*

Futura ſunt, quæ reſpectu noſtri, ſi ſint contingentia, non habent certam, & determinatam ſcientiam.

Ad melius verte futurum quodcunq; accidet. *Eurip. in Elena.*

Ex præteritis poſſunt futura deprehendi. *Plin. iun. lib. 1.*

Sæpè vtile eſt neſcire quid futurum ſit, miſerum eſt enim nihil proficientem angi. *Cic. 3. de nat. Deor.*

Nihil eſt pro certo futurum, quod poſſit aliqua procuratione accidere, ne fiat. *Idem de diuin.*

Quod præuiſum ante non ſit, id fieri vehementius. *Idem.*

Iſtud eſt ſapere non quod ante pedes modo eſt
Videre; ſed etiam illa, quæ futura ſunt Proſpicere. *Ter. ex Phorm.*
—*Præmiſſa futuris*
Dant exempla fidem. *Claud. de 4. Hon. Conſ.*
Quę futura ſunt, euitare nemo poteſt. *Aeſop.*
Neſcis, quid ſerus veſpera vehat. *Aul. Gel. & Macrob.*

Ad nihilum tàm cupidus homo, quã ad futura cognoſcenda. *Chryſ.*
Futura mutationem neſciunt. *Idem de reſur ſer. 1.*
Futura præuiſa minoris ſunt timoris, cùm præſentia fuerint. *Greg. in paſt.*
Ne glorieris in craſtinũ, neſcis enim, quid paritura ſit ſuperuentura dies. *Prou. cap. 27.*
Ignorat homo, quid ante ſe fuerit, & quid poſt ſe futurum ſit quis poterit ei indicare? *Eccleſ. cap. 10.*

G

*Gaudium.*

Gaudium eſt affectio animi alicuius præſentis boni opinione concepta.

Multa

ulta, quæ naturaliter non ſunt dele ctabilia, cum ſunt aſſuefacta, delectabilia ſunt. *Ariſt.Rhet.1.*

ui delectari vult ſine triſtitia, ad philoſophiam recurrat. *Idem polit. 2.*

ue velut rapto, fugitiuaque gaudia carpe. *Mart.ad Licin.*

communi re gaudens ſolus, non recte facit. *Eurip.in Ion.*

»em gaudia parant, aduerſa contritionem. *Quint.declam.15.*

ihil difficilius, quàm differre gaudia. *Idem.*

[alum alienum tuum ne feceris gaudium. *Sen.in prou.*

.nnes tendunt ad gaudium, ſed, vnde ſtabile, & magnum cõſequatur, ignorant. *Ibid.*

ıudia non remanent, ſed fugitiua volant. *Mart.ad Iul.*

ııa gaudium ſemper animos inquietat, modus rarò lætis rebus interuenit. *Caſſiod.4.ep.*

ıudium ex opinione venit. *Chryſ. ſup.ep.ad hebr.hom.20.*

electamur per voluntatem, & exercemur per rationem. *Ber.in ſer.*

emporalibus gaudent, qui bona æter-

ęterna nō norunt deſiderare. *Aug ſup. pſal. 53.*

Gaudium properat, & non fert læti moras. *Cypr. ep. lib.*

*Generatio.*

Generatio eſt totius mutatio in totum nullo ſenſibile remanente. *E. Ariſt.*

Generatio eſt motus ad eſſentiam, ve acceptio eſſentiæ, vel proceſſus i eſſe. *Plut*

Iuuenum, & ſenum coitus ad procrea tionem filiorum prauus. *Ariſt. polit. 6.*

Homines naturaliter valdè pingue parum generat. *Idem de ani. 14*

Fœminæ celerius, quàm mares gi gnuntur, & celerius ſeneſcunt. *Plin. lib. 7.*

Nemo, qua ſit prognatus muliere di xit, ſed quo ſit patre. *Eurip. apud Stob.*

Non licet in ebrietate, vel alia mentis perturbatione pro creandis filiis o peram dare. *Mar. in 6. de leg Plat.*

Summa prouidentia ad ſerendā pro lem accedendum eſt, non pleno ſto maco. *Pythag.*

Fi-

Filios malos generando, parentes non ſunt in culpa. *Aug.*

*Genus.*

Genus eſt, a quo aliquid ortum habet, & a quo procedit.

Genus etiam eſt, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo, quod quid eſt. *Ex Porphirio in prædicab.*

Ex peſſimo genere ne catulus quidem habendus. *Iuſt. lib. 1.*

Et genus, & virtus, niſi cum re vilior alga eſt. *Hor. ſat. 3.*

*–Nec imbellem feroces*
Progenerant aquilæ columbam. *Idem lib. 4. car. od. 4.*

Ætas parentum peior auis tulit
Nos nequiores mox daturos
Progeniem vitioſiorem. *Idem ode 6. lib. 3.*

Sicut ex hominibus hominem, ex beſtia beſtiam, ſic ex bonis bonum generari. *Ariſt.*

Sæpè ſolet filius ſimilis eſſe patri, qualis erit mater, filia erit talis. *Ex eodem.*

Maiorem primus quiſquis fuit ille tuorum,
Aut paſtor fuit, aut id, quod dicere nolo. *Iuuen.*

Heus

Heus heus, vt illud dictitant rectè probum
Patre ab improbo non poſſe naſci filium. *Euri*
Mali corui malum ouum. *Ald.* *Adag.*
Caſta refert caſtæ genitricis filia mores,
Laſciuæque nunquàm filia caſta fuit

*Gloria.*

Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude: *Aug. in diſ*
Nulla tanta humilitas eſt, quæ dulcedine gloriæ non tangatur. *Val. Max. lib. 8.*
Gloria ymbra eſt virtutis. *Sen. ep 29.*
Qui virtutem ſuam publicari vult non virtuti laborat, ſed gloriæ. *Idem ep. 114.*
Heu quàm difficilis gloriæ cuſtodia eſt. *Idem in pron*
Qui fauoris gloriam verè petit, animo laudari magis, quàm voce volet *Idem in Trieſt.*
Nec ignis concipit fumum, nec gloria gignit inuidiam, ſi repente vtrumque celeriter emicuerit. *Ariſt. apud Plut. de Polit.*
Vix inuenitur, qui laboribus ſuſce-

ptis, periculiſque additis, non quaſi mercedem rerum geſtarum deſide ret gloriam. *Cic. 1. off.*

Gloria formam, & ſimilitudinem honeſtatis habet. *Idem ad Cat.*

Exiguum nobis vitæ periculum natura circunſcripſit, immenſum gloriæ. *Idem pro Rab.*

Parum nihil tàm eſt, quod gloriam parere non poſſit. *Plin. ſen. lib. 15.*

Omnibus patet honoris, & gloriæ campus. *Idem in Paneg.*

Magnum eſt differre honorem, gloriam maius. *Ibidem.*

Neſcio quo pacto homines magis iuuat gloria lata, quàm magna. *Plin. iun. lib. 4.*

Sequi gloriam, non appeti debet. *Idem lib. 1.*

Gloria alitur induſtria. *Saluſt. de cep. ord.*

Gloria maiorum, poſteris lumen. *Idem in bell. iug.*

Gloria inuidiam vincere difficillimũ. *Idem in con. Cat.*

Eximia gloria aliquandò fortunæ eſt, non virtutis beneficium. *Curt. lib. 8.*

Excelſi animi eſt, cum præclarè geſ-

ſeris, gloriam contemnere.
*Plut.*

Poetæ poſt mortem nobilitari volunt. *Cic. in Tuſc.*

Laus, & gloria non in vulgo; ſed in re ipſa ſuauis eſt. *Aug. ſup. Ioan.*

Gloriæ cupiditas nunquàm bona. *Idem lib. 5. de Ciu. Dei.*

Gloriari de malitia peccatum maximum. *Idem lib. 3. cont. ep. Petil.*

Gloriam concupiſcens non cogitat de labore. *Chryſ.*

Si gloriari cupis, gloriam deſpice, & omnibus eris glorioſior. *Idem hom. 92.*

Magna eſt eius gloria, quæ nullius laudibus creſcit, & nullius vituperatione minuitur. *Caſſ. in quad. ep.*

Etſi non quæris gloriam, tamen dolebis, cum inglorioſus fueris. *Apud Rab. ſup. Matth.*

*Gratia.*

Gratia eſt donum Dei ſupernaturale, reddens nos Deo gratos.

Gratia Dei, non noſtra poteſtate in melius mutamur. *Aug. 1. Retract. cap. 22.*

Gra-

Gratia nō ſolùm iuſtum adiuuat, ſed etiam iuſtificat impium. *Idem lib. de patient. cap. 20.*

Non, niſi magna Dei gratia, terreni corporis vincemus errores. *Idem cap. 91.*

Vberior eſt gratia, quàm precatio, ſemper enim Dominus plus tribuit, quàm rogatur. *Idem ſup. Luc.*

Nemo dimittit Deum, niſi deceptus, nemo quærit, niſi admonitus, nemo inuenit, niſi purgatus. *Idem in ſolil.*

Gratia facit, vt peccatum nobis non dominetur. *Idem lib. de patient. cap. 20.*

Dei gratia cur ad iſtum veniat, ad illum non veniat, occulta cauſa eſſe poteſt, iniuſta non poteſt. *Idem de Bapt. paruul.*

Quantum quis creſcit in gratiam, tantum in fiduciam dilatatur. *Ber. ſup. cant. ſer. 85.*

Gratiam dare Dei eſt; hominibus fidem exhibere. *Chryſ. ſup. Gen. hom. 46.*

Gratię diuinę adſcribitur omne, quod proſperè a nobis geritur. *Greg. ſup. 1. Reg.*

Punitione graui dignus eſt, qui ſæpius

Dei gratiam contemnit. *Idem ſup Euang. hom. 37.*

Dum nos gratia diuini reſpectus illuminat, cuncta mentis noſtræ nobis abſcondita manifeſtat. *Idem lib. 8 mor.*

*Gratitudo.*

Gratiarum actio eſt pro gratia ſuſcepti munerantis laudatio. *Tull. de off.*

Eadem menſura redde, qua acceperis, aut etiam cumulatori, ſi potes. *Idem de claritat. orat.*

Vt ijs, qui imprudenter læſerunt, ignoſci conuenit, ità ijs, qui neceſſariò profuerunt, haberi gratiā non oportet. *Idem 1. de inuent.*

Sera gratulatio reprehendi non ſolet, præſertim, vbi nulla negligentia intermiſſa eſt. *Idem ad Curt.*

In reddenda officioſitate, neque negligens, neque contemptor exiſtas. *Idem.*

Non ſolùm gratus eſſe debet, qui beneficium accepit; ſed ijs, cui poteſtas accipiēdi fuit. *Idem pro Planc.*

Accipiens redde, habens gratificare. *Sodiad.*

Non debet meritum turpis delere vetuſtas,

Acce-

:cepti memores nos decet eſſe boni.
*Verſif. Fab. Aeſop.*

on a mortuo ſermonem, nec ab aua ro gratiam expectes. *Socr. apud Volat.*

antò turpior gratiam non referre, quantò honeſtior cauſa referendæ. *Plin. iun. lib. 8.*

ratia, quæ tarda eſt, ingrata eſt gratia; namque
um fieri properat gratia, grata magis. *Auſon. in epigr.*

is eſt gratum, quod opus eſt, ſi vltrò offeras. *Pub. Mim.*

ı referenda gratia agros fertiles imitari debemus, qui plùs multò adferunt, quàm acceperunt. *Sen. in quad. ep.*

raus eſt accipere quod reddere nequeas. *Idem.*

;ratiarum actio beneficijs reſpôdeat acceptis. *Aug. in ſolil. cap. 18.*

;ratias agere Deo poſſumus, referre non poſſumus. *Idem ſuper pſal. 27.*

;ratiarum ceſſat decurſus, vbi recurſus non fuerit. *Ber. ſer. 35.*

idelis autem in modico cenſetur dignus munere ampliori. *Idem.*

)eo reputare debemus, ſi quid virtu-

## Gula.

Gula eſt vorax edacitas nauſeanti ſto-macho applaudens, naturalibus fi-nibus non contenta. *Hugo de S. Vict.*

Gulæ ſaturitas nimia aciem menti obtundit, ingeniumq; euertere fa-cit. *Iſid. lib. 1. de ſum. bon.*

Eſcis enim libido creſcit, ieiunio luxu-ria ſeparatur. *Idem.*

Gula paradiſum claudit, primogenitu-ram vendidit, ſuſpendit piſtorem, & decollauit Ioannem? *Inn. de vtil. con. hum.*

Gulæ vitio reciſo multa ſimul vitia ſubiugantur. *Greg. in regiſt.*

Gula ſępe loquacitatem, & luxuriam generat. *Idem in paſtoph.*

Saturitas eſt caſtitati inimica. *Aug. ſer. 27. de temp.*

Gula eſt mater luxuriæ, quia venter, & genitalia ſunt vicina. *Apud iurisp.*

Cum venter impletus fuerit, vale vir-tutibus dicit. *Ambr. in ſer.*

Plus occidit gula, quàm gladius. *Ex prou.*

Venter vitæ Carybdis eſt. *Diog.*

## Hæreſis, Schiſma.

Hæreticus eſt, qui conceptam noui

M erro-

erroris perfidiam pertinaciter defendit. *Aug.*
chiſma eſt error pertinax catholicam pacem in ſingulari perturbans Eccleſiam. *Hugo.*
lus longè nocet falſus catholicus, quàm ſi verus appareat hæreticus. *Ber. ſuper Cant.*
)mnes hæretici, dum Deum defendere nituntur, offendunt. *Greg.*
Iæreticorum ſacrificia accepta Deo eſſe nequeunt. *Idem.*

*Hiſtoria.*

Iiſtoria eſt temporum teſtis, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ. *Ci.de or.*
d ciuilia negotia vtiles ſunt hiſtoriæ & ſcribentium geſta. *Ariſ.1.Rhet.*

*Homicidium.*

Iomicidium eſt iniuſta hominis occiſio. *Apud Summiſt.*
Vihil magis alienum eſt à iuſtitia, quàm homines interimere. *Pytag.*
Homo ſacra res iam per iocum, & ludum occiditur. *Sen.ep.96.*
nuidioſa res eſt fœminas occidere. *Eurip.in Polid.*

Non intereſt quis occidat, ſi innocentem aliquis occidendum pronun-

 ciat.

Homo exterior per faciē cognoſcitur, interior verò per voluntatem. *Ber*

Homo poteſt dici Deus, non coli vt Deus. *Greg. mor. 29*

Quia homo de humo ſūpus eſt, iudicia Dei diſcutere illius non eſt. *Idem 11. mor.*

Homo ſemper ad deteriora tendit, niſi diſciplina arceatur. *Idem 10. mor.*

Tres ſunt homines ſtatus, præteritorū memoria, præſentium ſcientia, & futurorum prouidentia. *Ambr.*

Nemo iure poteſt appellari homo, niſi fuerit ſapiens. *Lact. de falſ. ſap.*

*Honeſtus.*

Honeſtas eſt ſtudioſus animi internus ornatus cum exteriori habitu corporis, & pudore.

Difficile eſt hominibus perſuadere, honeſtum propter ſeipſum diligendum. *Cic. ad Caſs.*

Honeſtum ipſum, ſi oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret ſapientiæ. *Idem 1. offi.*

Ea, quæ videntur vtilia, cum honeſtis pugnare aliquandò poſſe. *Ibidem.*

Nihil verò vtile, quod non idem honeſtum, nec honeſtum, quod non idem vtile. *Ibidem.*

Ita viue, vt nihil tibi committas, niſi

quod

quod committere etiam inimico tuo poſſis. *Sen. in ep.*

Melius probas honeſta, quàm ſequaris, vides, vbi poſita eſt felicitas, & ad illam peruenire non audes. *Idem 20. ep.*

Si honeſta ſunt, quæ facis, omnes ſciant; ſi turpia; quid refert neminem ſcire, cum tu ſcias? *Idem 96. epiſt.*

Si non intẽdes animum ſtudijs, & rebus honeſtis. Inuidia, vel amore vigil torqueberis. *Horat.*

Non licet hominem ſæpè eſſe, vt vult, ſi res non ſinit. *Ter. in Heautont.*

## *Hoſpitalitas.*

Hoſpitalitas eſt receptio caritatiua alicuius propter Deum.

Turpius eiicitur, quàm non admittitur hoſpes. *Ouid. 5. de triſt.*

Viuitur ex rapto non hoſpes ab hoſpite tutus. *Idem lib. 1. Metam.*

In bono hoſpite, atque amico quæſtus eſt, quod ſumitur. *Plaut. in milit.*

Hoſpitem inuitum detinere inhumanum eſt. *Hom. Odiſſ. lib. 9.*

Diſce Chriſtiane ſine diſtinctione exhibere hoſpitalitatem, ne fortè, cui humanitatem negaueris, ipſe ſit Deus. *Aug.*

quitia elidatur in ſemine. *Hie.*

Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina non exultet cor tuum. *Prou. cap. 24*

Noli reſiſtere contra faciē potētis, nec coneris cōtra ictū fluuij. *Eccl. c. 4*

Improuiſus hoſtis fortiter opprimit *Iſid. ſolil. lib. 2.*

## *Humanitas, Benignitas.*

Humanitas eſt motum habitus ad hominum amicitias valdè propenſus; habitus in omnes beneficia conferens. *Plat. de fin.*

Neceſſaria eſt ad res gerendas hominum beneuolentias: auſteritas vero ſolitudinem alnicorum parit. *Idem cp. 4.*

Malo diù benignus, quàm breui tempore Dominus appellari. *Philipp. apud Plut. in apoph.*

Benignitas eſt largitas rerum per cōpaſſionem. *Iſid. in ſolil.*

Beneuolentia facit, vt inimici vulnera, quàm amici oſcula utiliora ſint. *Ambr. 1. de off.*

Humanitas lege naturæ docetur. *Ibidem.*

## *Humilitas.*

Humilitas eſt facultas animæ expers omnis

omnis inuidiæ. *Plat. in diff.*

Humilitas cum grauitate pulchra.
*Apud Stob.*

Ne nimium de te humiliter ſentias.
*Ibidem.*

Quo maiores, hoc te magis ſubmittas.
*in hist. Sax.*

Humilis ſatis eſt, qui æquo iure in ciuitate viuit, nec inferendo, nec patiendo iniuriam. *Liu. 1. decad. l. 3.*

Nulla tanta humilitas eſt, quæ dulcedine gloriæ non tangatur. *Val. Max. lib. 8.*

Humilitas eſt virtus, qua homo veriſſima ſui cognitione ſibimetipſi vileſcit. *Ber. de 12. grad. hum.*

Humilitas eſt ex intuitu propriæ conditionis voluntaria mentis inclinatio. *Hugo.*

Melius eſt humiliare cum mitibus, quàm diuidere ſpolia cum ſuperbis. *Prou. cap. 16.*

Honorari appetũt multi in ſchola humilitatis. *Ber. ſup. Miſſus eſt ſer. 1.*

Humilitas magis neceſſaria eſt, quam virginitas. *Idem hom. 3.*

Humilitas ſubditorum acquirit arcana, quæ ſuperiores per ſuperbiam perdunt. *Idem in reg.*

Nec

Nec ſterilis verecundia grata, nec hu militas præter veritatem laudab lis. *Idem ſuper can*

Humilitate quid ditius? quid pretio ſius? qua cęlorum regnum emitu *Idem in vig. Nat. Dom.*

Vera humilitas eſt, quæ ſe ad culp emendationem offert. *Idem in Reg.*

Humilitas duplex, vna, quam parit ve ritas, altera, quam inflammat cha ritas. *Idem ſup. cant. ſer. 42.*

Glorioſa res humilitas, qua ipſa quo que ſuperbia palliare ſe appetit, ne vileſcat. *Idem ſuper Miſſus eſt.*

Humiliter inter inimicos blanda; ſu perbia verò inter amicos ingrata. *Val. ep. in quod. ſer.*

Humilitas in paupere grata, & in diui te glorioſa. *Idem.*

Perit omne, quod agitur, ſi non in hu militate cuſtoditur. *Greg. lib. 8. mor.*

Humilitas virtus magna, cui etiam Deitatis Maieſtas ſe inclinat. *Idem ſup. cant. ſer. 18.*

In humilitatis regno etiam militat, ſu perbia. *Ibid.*

Qui ſine humilitate virtutes congre gat, quaſi in ventum puluerem por

tat.

tat. *Idem hom.6.*

Humilitas vera eſt, qua quis de ſe par ua æſtimat, & bona alterius ſine in uidia,& liuore commendat. *Idem.*

Bona humilitas nihil appetendo, totum, quod contemnit, adipiſcitur. *Aug. ſuper Luc. lib.6.*

Humilitate facta noſtra condiantur. *Idem ep.58.*

Humilitas in iuuenibus rara. *Ambr. in pſ.118.*

Sæpe flectit humilitas, quod nec virtus potuit ſuperare, nec ratio. *Idem in quad. ep.*

Humilitas non eſt ſine magnitudine animi. *Chryſ. ſuper Ioan. hom.70.*

Humilitate non eſt facere, quod neceſſitate cogeris. *Idem.*

*Hypocriſis.*

Hypocriſis eſt ſimulatio alienæ perſonæ, cum quis ſe alium videri cupit, quàm eſt. *Aug.*

Malus, ubi ſe bonum ſimulat, tunc eſt peſſimus. *Sen. in prou.*

Multò magis ad rem pertinet, qualis tibi, quàm qualis aliis videaris. *Idem ep.87.*

Nunquàm te fallant animi ſub vulpe latentes,
Impia ſub dulci melle venena latent. *Hor.*

Dei gratiam contemnit. *Idem ſup Euang. hom. 37.*

Dum nos gratia diuini reſpectus illuminat, cuncta mentis noſtræ nobis abſcondita manifeſtat. *Idem lib. 8 mor.*

*Gratitudo.*

Gratiarum actio eſt pro gratia ſuſcepti munerantis laudatio. *Tull. de off.*

Eadem menſura redde, qua acceperis, aut etiam cumulatori, ſi potes. *Idem de claritat. orat.*

Vt ijs, qui imprudenter læſerunt, ignoſci conuenit, ità ijs, qui neceſſariò profuerunt, haberi gratiã non oportet. *Idem 1. de inuent.*

Sera gratulatio reprehendi non ſolet, præſertim, vbi nulla negligentia intermiſſa eſt. *Idem ad Curt.*

In reddenda officioſitate, neque negligens, neque contemptor exiſtas. *Idem.*

Non ſolùm gratus eſſe debet, qui beneficium accepit; ſed ijs, cui poteſtas accipiẽdi fuit. *Idem pro Planc.*

Accipiens redde, habens gratificare. *Sodiad.*

Non debet meritum turpis delere vetuſtas,

Acce-

cœpti memores nos decet eſſe boni. *Verſif. Fab. Aeſop.*

Non a mortuo ſermonem, nec ab auaro gratiam expectes. *Socr. apud Volat.*

Tantò turpior gratiam non referre, quantò honeſtior cauſa referendæ. *Plin. iun. lib. 8.*

Gratia, quæ tarda eſt, ingrata eſt gratia; namque

Cum fieri properat gratia, grata magis. *Auſon. in epigr.*

Bis eſt gratum, quod opus eſt, ſi vltrò offeras. *Pub. Mim.*

In referenda gratia agros fertiles imitari debemus, qui plùs multò adferunt, quàm acceperunt. *Sen. in quad. ep.*

Grauis eſt accipere quod reddere nequeas. *Idem.*

•◦❧•

Gratiarum actio beneficijs reſpõdeat acceptis. *Aug. in ſolil. cap. 18.*

Gratias agere Deo poſſumus, referre non poſſumus. *Idem ſuper pſal. 27.*

Gratiarum ceſſat decurſus, vbi recurſus non fuerit. *Ber. ſer. 35.*

Fidelis autem in modico cenſetur dignus munere ampliori. *Idem.*

Deo reputare debemus, ſi quid virtu-

tis habemus;alioquin fures ſumus
*Idem ſup.cant ſer.12.*
Gratitudo pauperis nunquàm perit.
*Chryſ.ſup.ep.ad Colloſſ.hom.1.*
Non dare cuiq; vix licet;non reddere
verò non licet. *Ambr.*
Non eſſe ſuperiorem in referendo,
quàm in conferendo beneficio,hoc
eſt eſſe inferiorem. *Idem.*
Meliora meretur ſuſcipere, qui colla-
ta bona de corde non probatur a-
mittere. *Caſſ.ſup.pſ.*
Inuitat ad magna,qui gratanter ſuſci-
pit modica. *Idem ep.4.*
Non ſit porrecta manus tua ad acci-
piendum, & ad dandum collecta.
*Eccl.cap.4.*
Gratiam fideiuſſionis ne obliuiſcaris,
dedit enim pro te animam ſuam.
*Idem cap.29.*
Si libenter,& ingenuè debeas,ex par-
te ſatisfacere creditori eſt. *Hier.*

*Gubernatio.*

Gubernatio eſt cura, & regimen ali-
cuius ſuper aliqua re.
Perfecta gubernatio eſt apud vnum,
vel paucos; multitudo non poteſt
regere. *Plat.de regn.*
Oportet quidem leges acriter ſtatui,
mitius autem, quàm ipſe iubent,

pœnas

pœnas ſumere. *Apud Stob.*

Nec nautam amo nimis audacem, nec continentiæ præſidem. *Eurip. Ibid.*

Principatus virum oſtendit. *Ariſt. Eth. lib. 5. cap. 1.*

Quæritur in re domeſtica continentiæ laus, in publica dignitatis. *Cic. pro Flac.*

Omnis domus debet regi a ſeniori. *Idem de ſenect.*

Vbi non eſt gubernator, populus corruet, ſalus autem, vbi multa commiſſa. *Prou. cap. 11.*

Non poteſt rectè terrena regere, niſi nouerit prius diuina tractare. *Greg. in Reg. lib. 4.*

In regimine conſtituti gloriam ſuæ dignitatis diſſimulent. *Idem lib. 4. mor.*

Pondus regiminis aduerſa quæq; deſpiciat, & proſpera formidet. *Idem in paſt.*

Pro omnibus in domo tua tibi ſubiectis rationem Deo reddes. *Aug. ad quend. com.*

Ne locum regiminis ſubeant, qui viuendo non perficiunt, quæ meditando didicerunt. *Greg. in paſt.*

*Gula.*

Gula eſt vorax edacitas nauſeanti ſt[omacho] applaudens, naturalibus fi[nibus] non contenta. *Hugo de S. Vict.*

Gulæ ſaturitas nimia aciem menti[s] obtundit, ingeniumq; euertere fa[cit]. *Iſid. lib. 1. de ſum. bon.*

Eſcis enim libido creſcit, ieiunio luxu[ria] ſeparatur. *Idem.*

Gula paradiſum claudit, primogenitu[ram] vendidit, ſuſpendit piſtorem, & decollauit Ioannem. *Inn. de vil. con. hum.*

Gulæ vitio reciſo multa ſimul vitia ſubiugantur. *Greg. in regiſt.*

Gula ſępe loquacitatem, & luxuriam generat. *Idem in paſtoph.*

Saturitas eſt caſtitati inimica. *Aug. ſer. 27. de temp.*

Gula eſt mater luxuriæ, quia venter, & genitalia ſunt vicina. *Apud mr iſp.*

Cum venter impletus fuerit, vale virtutibus dicit. *Ambr. in ſer.*

Plus occidit gula, quàm gladius. *Ex prou.*

Venter vitæ Carybdis eſt. *Diog.*

*Hæreſis, Schiſma.*

Hæreticus eſt, qui conceptam nou[um]

 erro-

erroris perfidiam, pertinaciter defendit. *Aug.*

ſchiſma eſt error pertinax catholicam pacem in ſingulari perturbans Eccleſiam. *Hugo.*

Plus longè nocet falſus catholicus, quàm ſi verus appareat hæreticus. *Ber. ſuper Cant.*

Omnes hæretici, dum Deum defendere nituntur, offendunt. *Greg.*

Hæreticorum ſacrificia accepta Deo eſſe nequeunt. *Idem.*

*Hiſtoria.*

Hiſtoria eſt temporum teſtis, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ. *Ci. de or.*

Ad ciuilia negotia vtiles ſunt hiſtoriæ & ſcribentium geſta. *Ariſ. 1. Rhet.*

*Homicidium.*

Homicidium eſt iniuſta hominis occiſio. *Apud Summiſt.*

Nihil magis alienum eſt à iuſtitia, quàm homines interimere. *Pytag.*

Homo ſacra res iam per iocum, & ludum occiditur. *Sen. ep. 96.*

Inuidioſa res eſt fœminas occidere. *Eurip. in Polid.*

Non intereſt quis occidat, ſi innocentem aliquis occidendum pronun-

ciat. *Caſſiod. ſuper pſal. 61.*
Homicidium Diaboli opus. *Chry. ſuper Matth.*
Noli ergò te putare non eſſe homicidam, quandò fratri tuo mala perſuades. *Aug. ſuper Ioan.*
Non intereſt utrum ferro, an uerbo occidas. *Lact. lib. 8.*

### *Homo.*

Homo eſt animal, quod ſolum ex animantibus ſcientiæ rerum per rationes ſit particeps. *Plat. in def.*
Vir, & fęmina, ęquè ad omnia apti, ſed fęmina imbecillior. *Idem de Rep.*
In animãtiũ genere homo eſt quoddã miraculum diuinũ. *Idem 1. de leg.*
Sunt quidam non re, ſed nomine homines. *Cic. 1. offi.*
Nihil eſt nequius, aut turpius effæminato viro. *Idem 3. Tuſc.*
Nullum eſt animal præter hominem, quod habeat aliquam notitiã Dei. *Idem 1. de leg.*
Duplex eſt hominum natura, ſed præſtantior eorum, qui ſunt viri. *Idem pro Roſcio.*
Hominis induſtria belluarũ uim longe ſuperat. *Sal. in con. Catil.*
Ciues mundi omnes ſunt homines. *Ex apoph.*

Nul-

Nullum eſt animal, cui tam varia vox ſit, quàm homini. *Ibidem.*

Homo eſt, cui deeſt pecunia, homo non eſt, cui deeſt eruditio. *Ibidem.*

Homo nulla re meliùs cognoſcitur, quam oratione. *Ibidem.*

Non magnæ artis eſt hominem eò propellere, quò ſuapte natura eſt pronus. *Ex apoph.*

Hominum natura nouitatis auida. *Plin. ſen. li. 7.*

Præſtat habere viros egentes pecunia, quàm pecuniam egentem viris. *Themiſt.*

Felices animo homines innuptos, & ſine liberis, vna enim anima eſt, cui pro ſe ipſa doloris onus eſt mediocre. *Eurip. in Alceſt.*

Homo ſeipſum ignorans deterior beſtia. *Ariſt.*

Homine nulla immanior beſtia, ſi ſibi relinqueretur. *Aug. lib. 22. de Ciu. Dei cap. 24.*

Homo, & peccator, quaſi duæ res ſũt. *Idem tract. 13. in Euang. Ioann.*

Homo ſua malitia malus factus eſt, non creatus. *Idem de continentia.*

Homo ſine crimine poteſt eſſe, nõ autem ſine peccato. *Idem.*

Homo exterior per faciē cognoſcitur, interior verò per voluntatem. *Ber*
Homo poteſt dici Deus, non coli, vt Deus. *Greg. mor. 29.*
Quia homo de humo sūptus eſt, iudicii Dei diſcutere illius non eſt. *Idem 11. mor.*
Homo ſemper ad deteriora tendit, niſi diſciplina arceatur. *Idem 10. mor.*
Tres ſunt hominis ſtatus, præteritorū memoria, præſentium ſcientia, & futurorum prouidentia. *Ambr.*
Nemo iure poteſt appellari homo, niſi fuerit ſapiens. *Lact. de falſ. ſap.*

*Honeſtus.*

Honeſtas eſt ſtudioſus animi internus ornatus cum exteriori habitu corporis, & pudore.
Difficile eſt hominibus perſuadere honeſtum propter ſeipſum diligendum. *Cic. ad Caſs.*
Honeſtum ipſum, ſi oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret ſapientiæ. *Idem 1. offi.*
Ea, quæ videntur vtilia, cum honeſtis pugnare aliquandò poſſe. *Ibidem.*
Nihil verò vtile, quod non idem honeſtum, nec honeſtum, quod non idem vtile. *Ibidem.*
Ità viue, vt nihil tibi committas, niſi

M quod

quod committere etiam inimico tuo poſſis. *Senan ep.*

Melius probas honeſta, quàm ſequaris, vides, vbi poſita eſt felicitas, & ad illam peruenire non audes. *Idem 20. ep.*

Si honeſta ſunt, quæ facis, omnes ſciant; ſi turpia; quid refert neminem ſcire, cum tu ſcias? *Idem 96. epiſt.*

Si non intẽdes animum ſtudijs, & rebus honeſtis. Inuidia, vel amore vigil torqueberis. *Horat.*

Non licet hominem ſæpè eſſe, vt vult, ſi res non ſinit. *Teren in Heautont.*

### *Hoſpitalitas.*

Hoſpitalitas eſt receptio caritatiua alicuius propter Deum.

Turpius eiicitur, quàm non admittitur hoſpes. *Ouid. 5. de triſt.*

Viuitur ex rapto non hoſpes ab hoſpite tutus. *Idem lib. 1. Metum.*

In bono hoſpite, atque amico quæſtus eſt, quod ſumitur. *Plaut. in milit.*

Hoſpitem inuitum detinere inhumanum eſt. *Hom. Odiſſ. lib. 9.*

Diſce Chriſtiane ſine-directione exhibere hoſpitalitatem, ne fortè, cui humanitatem negaueris, ipſe ſit Deus. *Aug.*

*Aug.con.*Hær.

Hoſpitalitatis officio ad Chriſti co gnitionem uenimus. *Idem lib.* 2 *quæſt.Euang.*

Hoſpitalitatem neſciens non fiat Epi ſcopus. *Greg.ſup.1.Reg*

Hoſpitales angelos, & Chriſtum ſuſ piunt. *Chry.ſup.Gen.hom.44*

Hoſpitalitas non eſt in ſūptuoſa men ſa. *Idem ſuper Gen.hom.43*

Hoſpitalitatis non eſt, ſingula diligen ter ſcrutari. *Idem ſuper Geneſ.homil.51.*

*Hoſtis.*

Hoſtis eſt, qui ſemper inimico obuer ſatur.

Hoſtes ſunt, cum quibus publicè bel lum habemus, inimici, cum quibu odia priuata exercemus.

Hoſtē ſuū nemo floccipendat. *Aeſop*

Magis quietos, & tacitos homines quàm minaces, & verberoſos exti meſcendos. *Idem*

Potentiori ne reſiſtas, ſed hunc feren do, & cedendo vincas. *Idem*

Melius eſt inimicis ridendi, quàm am cis flendi præbere materiam. *Idem*

Qui inimicis ſe committit, facilè pe rit. *Idem*

Principijs obſtādū eſt, niſi velis hoſt

progredi

progredi longius in dies. *Demoſ.1. Olinth.*

[N]unc cômodiſſimè inuadũtur hoſtes, cum eorum fines infeſtantur. *Ibidẽ.*

[S]ubita conterunt hoſtes, vſitata vileſcunt. *Veg.li.3.*

[I]nimicum vlciſci vitam eſt accipere alteram. *Sen.in prou.*

[Q]uidam occiderunt quoſdam inimicos, non quia habebant, ſed quia metuebant. *Ibidem.*

[I]nimicum cum retineas, exire incitas. *Ibidem.*

Inimicum, quamuis humilem, docti eſt metuere. *Ibidem.*

Aduerſarius reconciliatus vehemẽter cauendus. *In hiſt.ſax.*

Hoſtis in domo formidabilis. *Ibidem.*

Pati hoſtilia non indignetur, qui fecerit. *Plin.lib.3.decad.3.*

Pulcherrimum eſt inimicum armis ſui ipſius opprimere. *Ex apoph.*

Officiorum aſſiduitate hoſtes ſunt cõciliandi. *Plut.in mor.*

Hoſtes in hoc vtiliores nobis sũt, quã amici, vt errata noſtra cognoſcamus, & cognita corrigamus. *Aug. de fide ad Petrum.*

Dũ paruus eſt hoſtis, interfice, vt nequitia

quitia elidatur in ſemine. *Hier*

Cum ceciderit inimicus tuus, ne gau deas, & in ruina non exultet co tuum. *Prou.cap.24*

Noli reſiſtere contra faciē potētis, ne coneris cōtra ictū fluuij. *Eccl.c.4*

Improuiſus hoſtis fortiter opprimit. *Iſid. ſolil.lib.2.*

*Humanitas, Benignitas.*

Humanitas eſt morum habitus ad hominum amicitias valdè propenſus, habitus in omnes beneficia conferens. *Plut. de fin.*

Neceſſaria eſt ad res gerendas hominum beneuolentias: auſteritas vero ſolitudinem amicorum parit. *Idem cp.4.*

Malo diù benignus, quàm breui tempore Dominus appellari. *Philipp. apud Plut. in apoph.*

Benignitas eſt largitas rerum per cōpaſſionem. *Iſid. in ſolil.*

Beneuolentia facit, vt inimici vulnera, quàm amici oſcula utiliora ſint. *Ambr. 1. de off.*

Humanitas lege naturæ docetur. *Ibidem.*

*Humilitas.*

Humilitas eſt facultas animæ expers

omnis

omnis inuidiæ. *Plat. in diff.*
Humilitas cum grauitate pulchra. *Apud Stob.*
Ne nimium de te humiliter ſentias. *Ibidem.*
Quò maiores, hoc te magis ſubmittas. *in hiſt. Sax.*
Humilis ſatis eſt, qui ęquo iure in ciuitate viuit, nec inferendo, nec patiendo iniuriam. *Liu. 1. decad. l. 3.*
Nulla tanta humilitas eſt, quæ dulcedine gloriæ non tangatur. *Val. Max. lib. 8.*

Humilitas eſt virtus, qua homo veriſſima ſui cognitione ſibimetipſi vile ſcit. *Ber. de 12. grad. hum.*
Humilitas eſt ex intuitu propriæ conditionis voluntaria mentis inclinatio. *Hugo.*
Melius eſt humiliare cum mitibus, quàm diuidere ſpolia cum ſuperbis. *Prou. cap. 16.*
Honorari appetũt multi in ſchola humilitatis. *Ber. ſup. Miſſus eſt ſer. 1.*
Humilitas magis neceſſaria eſt, quam virginitas. *Idem hom. 2.*
Humilitas ſubditorum acquirit arcana, quæ ſuperiores per ſuperbiam perdunt. *Idem in reg.*

Nec

Nec ſterilis verecundia grata, nec hu militas præter veritatem laudab lis. *Idem ſuper can*

Humilitate quid ditius? quid pretio ſius? qua cęlorum regnum emitu *Idem in vig. Nat. Dom.*

Vera humilitas eſt, quæ ſe ad culp emendationem offert. *Idem in Reg.*

Humilitas duplex, vna, quam parit v ritas, altera, quam inflammat cha ritas. *Idem ſup. cant. ſer. 42.*

Glorioſa res humilitas, qua ipſa quo que ſuperbia palliare ſe appetit, ne vileſcat. *Idem ſuper Miſſus eſt.*

Humiliter inter inimicos blanda; ſu perbia verò inter amicos ingrata. *Val. ep. in quod. ſer.*

Humilitas in paupere grata, & in diui te glorioſa. *Idem.*

Perit omne, quod agitur, ſi non in hu militate cuſtoditur. *Greg. lib. 8. mor.*

Humilitas virtus magna, cui etiam Deitatis Maieſtas ſe inclinat. *Idem ſup. cant. ſer. 18.*

In humilitatis regno etiam militat, ſu perbia. *Ibid.*

Qui ſine humilitate virtutes congre gat, quaſi in ventum puluerem por tat.

tat. *Idem hom.6.*

Humilitas vera eſt, qua quis de ſe par ua æſtimat, & bona alterius ſine in uidia,& liuore commendat. *Idem.*

Bona humilitas nihil appetendo, totum, quod contemnit, adipiſcitur. *Aug. ſuper Luc. lib.6.*

Humilitate facta noſtra condiantur. *Idem ep.58.*

Humilitas in iuuenibus rara. *Ambr. in pſ.118.*

Sæpe flectit humilitas, quod nec virtus potuit ſuperare, nec ratio. *Idem in quad.ep.*

Humilitas non eſt ſine magnitudine animi. *Chryſ. ſuper Ioan. hom.70.*

Humilitate non eſt facere, quod neceſſitate cogeris. *Idem.*

## *Hypocriſis.*

Hypocriſis eſt ſimulatio alienæ perſonæ, cum quis ſe alium videri cupit, quàm eſt. *Aug.*

Malus, ubi ſe bonum ſimulat, tunc eſt peſſimus. *Sen. in prou.*

Multò magis ad rem pertinet, qualis tibi, quàm qualis aliis videaris. *Idem ep.87.*

Nunquàm te fallant animi ſub vulpe latentes,

Impia ſub dulci melle venena latent. *Hor.*

*Hor. de art. poet.*

Quod maximè diſſimulas, frequẽtius exit in lucem. *Apud iuriſp.*

Qui præclara loquuntur, nec faciunt citharæ ſimiles sũt, quæ ſonat aliis, ipſa nec audiens, nec ſentiens.

*Diog.*

Hypocriſis eſt, virtutum ſimulatione clauſum vitium abſcondere, & arte palliare. *Greg. in mor.*

Væ peccatori terram ingredienti duabus vijs. *Idem 1. mor.*

Vult hypocrita ſcire diuina eloquia, nec tamen facere; vult recta loqui, nec tamen viuere. *Idem 15. mor.*

Hypocritarum laus præda dicitur. *Idem 5. mor.*

Hypocrita ſua opera perdidiſſe putat ſi à nemine conſpicitur. *Idem 8. mor.*

Hypocrita ſanctus eſſe non appetit, ſed vocari. *Idem ſuper cant.*

Hypocritæ pro peccatis alienis cruciabuntur. *Idem 8. mor.*

Hypocritæ alijs viuunt, & ſibi moriũtur. *Idem in paſt*

Hypocritarum facies rationalis, ſed corpus beſtiale. *Idem 33. mor*

Hypocrita ſæpe in hæreſim labitur. *Idem 15. mor.*

Hy-

Hypocritarum uita ab omnibus plerunque in fine reproba cognoſcitur. *Ibidem.*

Hypocritæ gaudium ad ſimilitudinẽ puncti. *Ibid.*

Mens hypocritæ ſemper dolos præparat. *Idem 12. mor.*

Hypocritæ in hac vita receperũt mercedem ſuam. *Idem ſuper cant.*

Hypocriſeos macula pauci carent. *Hier. in ep.*

Benè viuens ore, & malè viuens opere ſemetipſum damnat. *Idem de falſ. doct. prædic.*

Strepitu labiorum benedicunt Dominum, & immunda mente veritati interius contradicunt. *Idem ſuper Matth. Populus hic.*

Simulata æquitas non eſt ęquitas, ſed duplex iniquitas. *Aug. ſuper pſal. 23.*

Latet plerunque ſub triſti amictu laſciuia. *Ambr. in quod. ſer.*

Hypocriſis malum abſcondit, quod eſt; & bonum, quod non eſt, mentitur. *Ber. ſuper cant. ſer. 65.*

## I

### *Iactantia.*

Actantia eſt inanis gloria, & aliena, tanquàm propria narrare. *Ariſt.*

*Ariſt. Rhet. 2.*
Iactator vituperabilior mendace.
*Idem Eth. 4.*
Stultitiæ eſt profiteri, quod neſcias, & ridiculum. *Aeſo*
Glorioſus interdum ſibi ducit laud quod ipſi eſt vituperium. *Idem*
Apud uerboſos præter linguam nih reperitur. *Idem*
Linguaces, & garrulos domi non ha bendos. *Idem.*
Qui plus poſſe putat, ſua quàm natur miniſtrat,
Poſſe ſuū ſuperans ſe minus ipſe pōt.
*Verſif. fab. Aeſop.*
Sæpè minus faciunt homines, qui ma gna minantur. *Idem*
Arrogans nemini amicus. *Diog. apud Stob.*
Melius in malis factis humilis confe ſio, quàm in bonis ſuperba gloria tio. *Apud iuriſp*
Omnis oſtentatio non caret ſuſpicio ne mendacij, quia quicquid aſſum tur, proprium non putatur. *S. mac*
Ex copia, atque rerum omnium a fluentia primum arrogantia nat eſt. *Cic. de leg. agr*
Ex arrogantia odium ſolet euenir ex inſolentia arrogātia. *Idem Rhet art.*

*art.vet.lib. 1. cap. 12.*

mnis ſui iactatio vitioſa. *Quint. lib. 11.*

omines cum rem deſtruere nō poſſunt, iactationem eius inceſſunt. *Plin. iun. lib. 5. ep.*

ihil aliud eſt inſolentia, quàm ſpes falſæ magnitudinis. *Sen. epiſt. ad Luc. lib. 12.*

incat opus verbum; minuit iactantia famam. *Gaufridus in poet.*

on vltra vires diſcant præſumere viles. *Verſif. fab. Aeſop.*

rturient montes, naſcetur ridiculus mus. *Horat. de art. poet.*

ſtuoſi acerbè ferunt à tenuioribus otiores ſermones. *Eurip. in And.*

tantia eſt faſtu mentis id agere, & maiora, quàm ſunt, de ſe promittere. *Hugo.*

ſpiens, quid tibi prodeſt variç gloriæ memoria? ſi vbi es, torqueris? & vbi non es, laudaris? *Idē de anim. 1.*

rogantia eſt animi motus, quo quis mouetur ad iactandum ſe habere, quod non habet. *Iſid. lib. etym.*

periori æqualem te non exhibeas. *Idem lib. 2. cap. 13.*

im cauſa iactantiæ pauper patitur, etiam

etiam ipſum miſericordiæ opus in peccatum conuertitur. *Idem de ſum.bon.*

Vana ſuperborũ vacuat iactatio mentem. *Ber.de impro.vir.cap.2*

O ſuperbiam inauditam in facinore gloriari. *Aug.in Ioan*

Iactantiam tolle,& erinius pares omnes. *Idem lib.de Ciu.Dei cap.1*

Arrogantia deponatur, cum veritas inquiritur. *Ibid.*

Iactantia non tantum in pompa, & nitore, ſed etiam in ſordibus eſt. *Idem lib.2.de ſer.Dom.*

Præſumptio in errore noxia. *Idem lib.2.de Trin.*

Gloriæ cupiditas ſinceram amicitiam non admittit. *Chryſ.ſuper Math.hom.59.*

In proprias laudes odioſa eſt iactatio. *Cypr. lib.2.epiſt.*

Qui ſe iactat, & dilatat, iurgia concitat; qui verò in Domino ſperat, ſanabitur. *Prou.cap.24*

Immenſa præſumptio eſt, à ſeniori reuerentiam ſibi exigere,ac ſilẽtium imperare meliori. *Greg.in mor*

Præſumptioni debetur correctio,correctioni emẽdatio; emẽdationi remuneratio. *Idem ſuper cãt.ſer.45*

Quid

Quid enim tibi prodeſt, dum malus es, ſi bonus prædiceris.

*Ieiunium.*

Ieiunium eſt abſtinentia à cibis, & à vitijs. *Chryſ. ſuper Gen. 1. hom. 58.*

Ieiunium maximè ægrotis opus. *Idem ſuper Matth. 17. hom. 58.*

Qui peccat, & ieiunat, non ad Dei gloriam ieiunat, nec ſe humiliat, ſed ſuæ ſubſtantiæ parcit. *Idem ſuper Matth.*

Ieiunare non ſolùm ore, ſed omnibus membris tenemur. *Ber. de quadr. ſer. 3.*

Ieiunia moderata eſſe debent. *Idem de ſoror.*

Si ſola gula peccauit, ſola ieiunet, & ſufficit; ſi uerò peccauerunt & membra, cur non ieiunent & ipſa? *Idem ſer. 38.*

Ieiunium orationem roborat, oratio ſanctificat, & repręſentat Domiuo. *Ibidem.*

Ardentes Diaboli ſagittę ieiuniorum, & vigiliarum frigore reſtringendæ. *Hier. ad canc.*

Ieiunandum abſtinentius in quadrageſima. *Idem ad Lat.*

Ieiunium in paradiſo inſtitutum. *Idem ſuper Gen. hom. 1. & Baſ.*

Delicatus magiſter eſt, qui pleno ventre de ieiuniis diſputat. *Idem ad Nepot.*

Sanctificare ieiunium eſt (adiunctis bonis) alijs dignam Deo carnis abſtinentiam oſtendere. *Idem*

Tale eſt ieiunium ſine eleemoſyna, qualis ſine oleo lucerna. *Cæſarius in admon. 2.*

Ieiunium res magna; ſed gula aliquãdo patrocinatur. *Aug. in pſ. 86.*

Ieiunia, & eleemoſynæ orationem iuuant. *Idem ep. 176.*

Ieiuniis ſic adhibenda temperies, vt corpus, nec ſaturitas excitet, nec inedia immoderata debilitet. *Fulg. ad probl.*

Ieiunium enim Angelorum cibus eſt. *Baſ.*

Senes facilè ieiunium tolerant. *Hippocr. aphor. 13.*

*Ignauia.*

Ignauia vitium eſt animoſæ partis, quo conſternantur pericula, pręſertim mortis. *Ariſt. de virt. & vit. diuiſ.*

Qui dormiunt libenter ſine lucro, & cum malo quieſcunt. *Plaut.*

Diues, ſi deſidioſus, pauper erit. *Pub. Mim.*

In ſuo quiſque negotio hebetior eſt, quàm in alieno. *Curt.lib.7.*

Diſſuetudo pigritiam, pigritia venenũ parit. *Hor.*

Homines ſocordes præſentia negligunt, & futura benè ſucceſſura putant. *Demoſt.in Olynt.*

Cum multo dolore vident ſapientes ignauiam eorum, quibus cõſultum vellent. *Ibidem.*

Cernis, vt ignauum corrumpunt ocia corpus,
Vt capiant uitium, ni moueantur aquæ. *Ouid.l.b.1.de pont.*

Ignauiam quoque neceſſitas acuit. *Quint.Curt.de geſt.Alex.*

Secundæ res ſegnitiem inducunt. *Liu.lib.3.decad.3.*

Nullus ignauus in celebrem virum euadit. *Eurip.apud Stob.*

Mala mile affligunt hominem, cui ſegne, & inutile corpus. *Saluſt.*

Ignauum pectus eſt, quod nullis precibus excitatur. *In hiſt.Sax.*

Rerum occaſiones tarditatem, & ignauiam non expectant. *Demoſt.or.1. con.Philip.*

Deſidia omnis malitiæ fomes. *Chryſ. ſup.Ioan. hom.43.*

*Ignorantia.*

Ignorantia eſt quædam animi demẽtia. *Plat. in Sophiſt.*

Neſciẽti quid laudet, aut quid vitupe rét, non eſt adhibenda fides. *Idem de ſcient.*

Ignorantia cauſa eſt reſpondendi varia, non eadem. *Idem de nat. Deor.*

Turpe eſt neſcire, quæ ſunt neceſſaria. *Idem de leg.*

Potentũ hominũ ignorantia hoſtilis eſt, & teterrima. *Plat. de ſum. bon.*

Qui neſcit quantum quærit, neſcit, quando inuenerit. *Ariſt. Meth. 2.*

Qui admiratur, ignorare videtur. *Idem 1. Met. in prou.*

Turpe eſt ignorare, quod omnibus ſcire conuenit. *Idem Rhet. 1.*

Neſcire, quid antequàm natus ſit, acciderit, id eſt ſemper eſſe puerum. *Cic. in orat. ad Brut.*

Ideò difficulter ad ſanitatem peruenimus quia nos ęgrotare ignoramus. *Ibidem.*

Imprudẽtia eſt obtẽperatio mẽtis, qua quis minus prouidẽs eſt in prouidẽdo præterita, vel futura. *Idẽ 2. Rhet.*

Nolentes diſcére, à nemine compelli poſſunt. *Aeſop.*

Incõſideratè aliquid ne loquaris. *Idẽ.*

Nul-

Nullius imprudentiam deſpicias. *Idē.*

Turpiſſima eſt iactura, quæ fit per ignorantiam. *Idem.*

Turpe eſt viro, in quo quotidiè verſatur, ignorare. *Idem.*

Iners malorum omnium eſt ignorantia. *Sen. in Aedip.*

Imperitis, ac rudibus nullus præcipitationis finis. *Idem ep. 173.*

Heu heû, quæ miſeros tramite deuio
Adducit ignorantia. *Boet. metro. 8. lib. 3.*

Proh ſuperi, quantū mortalia pectora cæcæ.
Noctis habent. *Ouid. 6. Metam.*

*Inſipienti* ſapientia loquens decipere videtur. *Eurip. in Bacchid.*

Ignorātia facti excuſat. *Apud iuriſc.*

Homine imperito nunquàm quicquā iniuſtius, qui niſi, quod ipſe fecit, nihil rectum putat. *Ter. ex Adelph.*

Melius eſt neſcire, quàm errare, melior eſt fidelis ignorantia, quàm temeraria ſcientia. *Aug. ſer. 22. de verb. Apoſt.*

Ignorantia infidelitatis peccatum nō excuſat. *Idem de graue, & lib. arb.*

Ignorantiam confiteri pulchra eſt tēperantia. *Idem conf. cap. 7.*

Non omnis ignorãs immunis eſt; ſed is ſolùm, qui non habuit vnde diſcere. *Idem in quæſt. ex vtr. teſt. quæſt. 67.*

Ignorantia ſui initium omnis peccati; ignorantia Dei conſumatio omnis peccati. *Ber. ſuper cant. ſer. 37.*

Ignorantia Dei plerunque deſperationem parturit. *Ibidem.*

Ignorantia Dei ſuperbiam cauſat. *Ibidem.*

Imperitiam comitatur temeritas. *Nazianz.*

Ignorantiæ filiæ falſitas, & dubietas. *Idem.*

De duobus imperfectis melius eſt habere ruſticitatem ſanctam, quam eloquentiam peccatricem. *Hier. ad Nepot.*

## *Imago.*

Imago eſt alicuius rei repræſentatio.

Imagines maiorum ad virtutes quoſdam accendunt. *Sal. in bell. iug.*

Nullus eſt vſus ſtatuæ, etſi pulchrè fabricata ſit, niſi quis accedat, qui vim artis intelligat. *Apud Stob.*

Statuæ

ſtatuæ huiuſmodi relinquendæ, quæ virtutis ſint monimenta magis, quã ſtatuæ corporis. *Cic. de nat. Deorũ.*

Imagines pro idiotis pinguntur, vt qui literas neſciunt, ibi diſcãt, quid imitentur. *in ſum. Arm.*

Arte pictores naturam imitantur. *Chryſ.*

Pictura gẽtibus eſt pro lectione. *Greg.*

Imagines nõ adorantur, ſed quod per imaginem repręſentatur. *Idem in Reg. & in con. conſt. & Calced.*

*Imitatio.*

Imitatio eſt obſeruatio alicuius in aliquo cum ſtudio id agendi.

Laudatur imitatio, quæ rei ſimilitudinem artificiosè aſſequitur, ſiue ſit ea pulchra, ſiue deformis. *Plut. de poet.*

Non qui maximè imitandus, etiam ſolus imitandus eſt. *Quint. lib. 10.*

Nihil eſt, quod facilius humana caliditas poſſit imitari, quàm dormientis ſimulatio. *Idem decl. 10.*

Habenda eſt ratio diligẽter, quos imitemur, quorũ ſimiles eſſe uelimus. *Cic. 1. de orat.*

Imitandi ſunt maiores, primum illud exemptum, ne vitia ſint imitanda.

da. *Idem 1.off.*

Studioſè plerique facta principũ imitantur. *Ibid.*

Cum ſit arduum ſimilitudinem finge re è verbo, tum longè difficillima eſt imitationis imitatio. *Plin.iun lib.4.*

Inuenio apud ſapientes honeſtiſſimũ eſſe maiorum ſequi veſtigia, ſi modò recto itinere proceſſerint. *Ibidem.*

Omnes dociles ſumus imitandis turpibus, ac prauis. *Iuu.ſat.14.*

Amat vnuſquiſque ſequi uitam parentum. *Ambr.*

Cum maiores voluptati deſeruiunt, minoribus laſciuiæ fræna relaxant. *Greg.in paſtoſ.*

Operatur filius, quæ viderit patrem facientem. *Aug.1.de Trin.*

Parabolæ antiquorum non contemnendæ. *Hier.ad Hor.Rom.*

*Immortalitas.*

Immortalitas eſt eſſentia viuens, & ſempiterna perſeueratio. *Plat.in diff.*

Immortalitatis natura vnuſquiſque magnopere cupidus. *Idem 4.dial.*

Bene

Bene viuere
Pro patria mori
Filios relinquere, } pars eſt immorta litatis. *Sen.*

*Impatientia.*

Impatientia eſt animæ ſubitus motus cum faſtidio, non ſuſtinendi.

Magnum malum eſt ferre non poſſe malum. *Bion. apud Diog. lib. 4.*

Non fert vllum victum illæſa fœlicitas. *Sen. de prouid.*

Nihil impatientius imperitia, quæ rationes audire dedignatur. *Idem in epiſt.*

Impatientia eſt impetuoſum animi motum non refrænare. *Hugo in li. de Claud. an.*

Homines vt plurimum ſunt impatientes. *Greg. in Euang. hom. 15.*

Ipſa, quæ mater eſt omnium, per impatientiæ vitium, virtus charitatis amittitur. *Idem in paſt.*

Iratus Dominus ſæpe concedit impatientibus, quod petunt. *Idem ſuper ſept. Pſal.*

Impatientia ſæpè inimica eſt poteſtati. *Idem 20. mor.*

Impatientia Deum contra nos prouocamus. *Chry. de prou. lib. 2.*

Magna cum deliquimus, vix ferimur reprehendi. *Bern. ſuper Cant. ſermo. 37.*
Impatientia malum malo cumulat *Aug. de patient.*
Abſurdè dicitur, malle non eſſe, quàm miſer eſſe. *Idem lib. 2. de lib. arb.*
*Imperium, & poteſtas.*
Potentia eſt ad ſua conſeruanda, & alterius obtinenda idonearum rerum facultas. *Tull. in Rhet. lib. 2. c. 11.*
Tutius eſt volentibus, quàm coactis imperare. *Idem in Rhet.*
Nulla eſt imperij tanta vis, quæ premente metu poſſit eſſe diuturna. *Idem ad Quint. Frat.*
Principari quidem non facilè valde pauperibus. *Ariſt. polit. 2. c. 6.*
Diuites, & potentes non ſubiiciuntur, nec ſubiici volunt. *Idem pol. 3.*
Si ius eſt violandum, regnandi gratia violandum eſt. *Theb. apud Plut.*
Nihil difficilius, quàm bene imperare *Ex apoph.*
Imperium nemini conuenit, qui, quibus imperat, melior non ſit. *Cirill. apud Plut. in apoph.*
Imperia pleraque violenta ſunt, & magis, quàm armis iure cōſtituuntur. *Demoſt. in arg. lib.*

Nul-

Nullus dominatus eſt perpetuus, præſertim violentus. *Ibidem, & Ar.*
Blanditiæ potentum minis æquiparantur. *Apud Iuriſp.*
Rex, & Imperator quilibet dici poteſt in domo ſua. *Ibidem.*
Ea demum tuta eſt potẽntia, quæ viribus ſuis modum imponit. *Val. Maxim. lib. 5. tit. 1.*
Malè imperatur, cum regit vulgus duces. *Sen. in oct. cap. 10.*
Nec abnuendum, ſi dat imperium Deus; nec appetendum. *Idem ex trag.*
Vt in corporibus, ſic in imperio grauiſſimus eſt morbus, qui a capite diffunditur. *Idem in quad. ep.*
Regnantibus multò prius periculum eſt, quàm his, qui iudicantur. hi enim ſingulos timẽt, illi vniuerſos. *Idem lib. 2. de mor.*
Nunquàm placida ſceptra quietem.
Certumue ſui tenuere diem.
*Idem in triſt.*
Venenum in auro bibitur. *Ibidem.*
Melius eſt miniſter regij imperii pudor. *Claud. lib. 1.*
*Tunc omnia iura tenebis.*
Cum poteris Rex eſſe tui, procliuior vſus,

In peiora datur, ſuadetque licentia luxum. *Idem de inſtit. princ. Exeat aula,*

Qui volet eſſe pius, virtus, & ſumma poteſtas non coeunt. *Luc. lib. 8. de bell. ciu.*

Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit. *Idem lib. 1.*

Multos timeat oportet, qui timetur à multis. *Pub. Mim.*

Poteſtas nō ſolum ſi inuitet, ſed etiam ſi ſupplicet, cogit. *Macr. Satur. lib. 2. cap. 18.*

Potentiam deſideras, ſubiectorum inſidiis obnoxius, periculis ſubiacebis. *Boet. de conſ. lib. 7. cap. 15.*

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos,
Hæc eſt in ſummis gloria ſumma virtus. *Aſtrolab.*

Frequens ſeruorum cognitio, nec impunitatis ſpem, nec peccandi locum præbet. *Colum. lib. 7.*

Imperium id longè firmiſſimum eſt, quo obedientes gaudent. *Liu. lib. 9.*

Imperium non eſt experiendum, cuius vis eſt in con ſenſu obediētium. *Idem lib. decad. 1.*

Ma-

Maieſtas ſine viribus non tuta. *Idem lib.9.*

Vis conſilii expers mole ruit ſua. *Hor. 3.car.od.4.*

Securitas in pace fœlicior, quàm imperium metu retentum. *In hiſt. ſax.*

Inuidia neceſſariò potentiæ comes. *Tucid.apud Plut.*

Nulla quæſita ſcelere potentia poteſt eſſe diuturna. *Cur.li.10.*

Si peccare licet, peccat minus: ipſa poteſtas,
Semina nequitiæ languidioſa facit. *Ouid.3.amor.*

Et piger ad pœnas principes, ad præmia velox:
Cuique dolet, quoties cogitur eſſe ferox. *Idem l.b.1.de pont.*

Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur
Maieſtas, & amor. *Idem de art. amandi.lib.3.*

An neſcis longas Regibus eſſe manus. *Idem ep.16.*

Quò maior eſt poteſtas, eò pernicioſior, ſi in malum, ſtultumque inciderit. *Aeſop.*

Gallus in ſuo ſterquillinio plurimum poteſt. *Sen.in Lucid.*

Fæ-

Fæmina imperante regnum eſt peſſimum. *Aug. ſuper* Ioan. *tract.* 2.

Poteſtatibus, ſiue bonis, ſiue malis honor eſt adhibendus. *Idem ex quaſt. ex vtr. teſt.*

Dominandi cupido peſſima beſtia. *Idem lib.* 3. *de ciu. Dei.*

Regnantis eſt honor ſubiectorum honeſta tranquillitas. *Caſſ. ep.* 29.

Hoc eſt profectò difficillimum regnandi genus exercere iuuenem in ſuis ſenſibus principatum. *Idem lib.* 11. *cap.* 2.

Bona eſt ordine ſua potentia; ſed cuncta potentis indiget vita. *Gregor. in mor.*

Quibus deficit ſoboles, ſua potentia eſt pœnà. *Idem* 15. *mor.*

Semper grandis poteſtas maiori timori eſt ſubiecta. *Chryſ. ſuper Matt. hom.* 2.

Vicina potentibus ſolet eſſe ſuperbia. *Amb. in paſt.*

Omnis anima potentatibus ſublimioribus ſubdita ſit. *Apoſt. ad Rom.*

Vis autem nolle timere poteſtatem, bonum fac. *Ibidem.*

Qualis rector eſt ciuitatis, tales & habitantes in ea. *Eccleſ.*

Im-

*Impietas.*

Impius eſt, qui a religionis pietate ſeparatur. *Greg. 25. mor.*

Impij tentationibus non reluctantur, ſed requieſcunt. *Idem 9. mor.*

Iniquus moriens quoſdam reuocat terrore tormenti, quos ad peccatum traxerat. *Idem 15. mor.*

Iniqui quotidie ad ſupplicium trahuntur, & neſciunt. *Ibidem.*

Iniqui peccata præterita vident, non autem præſentia. *Idem 33. mor.*

Iniqui appetunt non obſtantibus futuris ſuppliciis, hic ſecundum votum viuere. *Idem in mor.*

Iniquitas plus quàm peccatum ſonat. *Idem 10. mor.*

In hoc mundo non omnia impiorum ſcelera Deus punit. *Idem 22. mor.*

Impiorum oculos culpa claudit, ſed pęna aperit. *Idem 15. mor.*

Lux impiorum proſperitas præſentis vitæ. *Idem 14. mor.*

Impietas ad infidelitatem pertinet. *Idem ſuper Ezec. hom. 11.*

Via impiorum tenebroſa, neſciunt, vbi corruant. *Prouerb. cap. 4.*

Quod timet impius, irruet ſuper eum deſi-

deſiderium eius iuſtis dabitur. *Prouerb.cap. 10.*

## *Impoſſibilitas.*

Impoſſibile eſt ſcire, quid ſit, ignorare, ſi eſt. *Idem poſt. 2.*
In irrecuperalibus optimum remediũ eſt obliuio. *Saluſt.*
Non tentanda, quæ effici omnino non poſſunt. *Quint. lib. 4.*
Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata. *Ouid. lib. 3. amor.*
Noli amabo verberare lapidem, ne per das manum. *Plaut. ex Curcul.*
Impoſſibilium nulla eſt obligatio. *Apud Iuriſc.*
Id velis, id tentes, quod poſſis. *Ouid.*
Impoſſibilia ſibi optare delirantis eſt. *Senec.*
Tria ex æquo impoſsibilia putantur, vel Ioui fulmen, vel Herculi clauã, vel verſum Homero ſubtrahere. *Macrob. atur. 5.*

Nunquid poteſt homo aſcondere ignẽ in ſinu ſuo, & veſtimenta illius non ardeant? *Prou. cap. 6.*
Ab homine nihil plus exigitur, quàm poſſit. *In Sum. Arm.*

Im-

Impoſſibile nihil, quod a Chriſto imperatur. *Chryſ. ſuper ep. ad hebr. cap. 6*

*Impudentia.*

Impudentia eſt habitus animæ lucri cauſa infamiam ſubiens. *Plaut. in deff.*

Imprudentia dux ad turpia. *Apud Stob.*

Impudentia non conſeneſcit. *Ibidem.*

Impudentia morbus maximus. *Ibid.*

Maximum omnium vitiorum, quæ inter homines ſunt, impudētis eſt. *Eurip. in Med.*

Quiſquis pudore vacat, non ſentit dolorem ex turpiter factis. *Plut. de Vit. Verec.*

Impudentem facit mala conſcientia. *Chryſ. ſup. Act. Apoſt. hom. 17.*

Quantum Deo diſplicet peccatorum impudentia, tantùm verecundia placet. *Ber. ſup. cant. ſer. 10.*

Impudētia poſt peccata maxima Deo diſplicet. *Chryſ. de verb. Eſai. Vidi Dom.*

*Impunitas.*

Impunitate nihil pernicioſius, quæ ſemper ad deteriora prolabitur. *Ex apoph.*

Impunitæ iniuriæ exemplum omnibus in iniuriam minatur. *Ibidem.*

Etiamſi non licet impunè lædere, quis tutus erit ab impiorum violentia? *Ibidem.*

Ex impunitate multa ſequuntur mala. *Liu.lib.8. dec. 1.*

Nihil improbè faciendum, etiamſi impunè fieri poſſit. *Cic.2. de fin.*

Multitudo ſociorum impunitatē non facit. *Hier.in quad.ep.*

## *Inconſtantia, Mutatio.*

Inconſtantia eſt mobilitas animi à bono.

Inconſtantia faſtidit amicos. *Plut.de amic.*

Non conualeſcit planta, quæ ſæpius transfertur. *Sen.ep.lib.1.cap.2.*

Tàm facilè ſeruum ingenuum videre potes, quàm ille te ſeruũ. *Idē ep.2.*

Meliora præteruolant, deteriora ſuccedunt. *Idem ep.19.*

Aeſtas non ſemper fuerit componere nidos. *Heſiod.*

Permutatio res triſtis, cui verò ſemper malè eſt, nihil dolet ex conſuetudine infelix exiſtens. *Eurip.in Herc.Furi.*

Difficile eſt mutare animũ, & ſi quid eſt penitus inſitũ moribus, id ſubito euel-

euellere. *Cic.ad Quin.Fr.*

Minimis momentis maximæ ſunt tēporum mutationes. *Cat.maior. Philip.2.*

Non bene firmatur radix, quæ ſæpe mouetur,

Nec multa hoſpitia pignus amoris habet. *Mart.cap.4.*

Actiuam fidei notat inconſtantia mentis,

Palpitat in vario pectore rara fides. *Matth.Vindoc.*

Mobile cor cunctis, & mens eſt vana puellis,

Firmum propoſitum fœmina nulla gerit. *Iac.Benen.*

Pondus habe, ſtabis, cum pondere gleba quieta eſt,

Diripitur puluis pro leuitate ſua. *Idem.*

Index inſolentiæ varietas humanæ conditionis eſt. *Val.Max.li.4.*

Quanta res eſt miſeratio mortalium, qui nonnunquam eorum, quos oppugnarunt, opem implorare coguntur. *Demoſt.in arg.li.*

Vidi ego, quod fuerat quondam floridiſſima tellus,

Eſſe fretum vidi factas ex æquore terras. *Lib.1.Metam.*

Ipſa

Ipſa dies quandoq; parens, quandoq nouerca. *Ex Heſiod. de obſer. dierū*

Nunc pluit, & claro, nunc Iuppiter ęthere fulget. *Ex Theocr*

Ludit in humanis diuina potentia rebus,
Et certam pręſens vix habet hora dieṁ

Leuiſſimus animi mos eſt, polliceri facilè, quæ non diſponit implere. *Caſſ. ep. lib. 5. cap. 34.*

Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. *Iac. Apoſt. epiſt. cap. 1.*

*Infamia.*

Infamia eſt perpetua honoris turpitudo. *Ex Sophoc.*

Remiſſa culpa manet tamen prioris infamiæ veſtigium. *Ex apoph.*

Quò fędius eſt crimen, eo tenacius hęret apud multos criminis ſuſpicio, vel in innocentiſſimum. *Ibidem.*

Non eſt aliquid amicis, quibus fidimus, committendum, quòd ſi effutiant, pariat nobis infamiam. *Ibid.*

Turpitudinis alienæ ſpecies, velut in theatrum producta, deterret a vitijs. *Ibidem.*

Hominum immortalis eſt infamia, quæ etiam tunc viuit, cum mortuam

tuam eſſe credas. *Plaut. in Perſ.*
Stultum eſt fruſtrà infamiam ſuſtinere. *Sen.*

*Infernus.*

Infernus eſt locus ſub terra, ſupplicio damnatorum deſtinatus.

Apud inferos nulla nec veritas eſt, nec ratiocinatio. *Aug. de verb. relig. cap. 51.*

Vnus gehennæ ignis credēdus eſt, ſed non vno modo omnes cruciat peccatores. *Greg. 4. dialog.*

Erit enim miſeris mors ſine morte, defectus ſine defectu: quia mors ibi sē per incipit, & deficere neſcit. *Idem ſup. illud Matth. eycietur, in teneb.*

Quia quod hic agit diſpar valetudo corporum, hoc illic exhibet diſpar cauſa meritorum. *Idem.*

Iuxta modum culpæ pœna diſtinguitur, & ſecundum modum criminis vnuſquiſq; dānatus in inferno cruciabitur. *Idem mor. 20.*

De gehenna perſuaſum eſſe multum vtilitatis habet. *Chryſ. ſup. ep. ad Theſſal. hom. 8.*

Gehennæ ſupplicio amiſſio regni cœlorum grauior. *Idem ſuper Matt. hom. 24.*

Ignis gehennæ lucebit miſeris ad aug-

augmentum, vt videant vnde doceant, & non ad conſolationem, ne videant, vnde gaudeant. *Iſid. lib. 1. de ſum. bon.*

Quid tam pœnale, quàm ſemper velle, quod nunquàm erit, & ſemper nolle, quod nunquàm non erit? *Ber. de conſid.*

Infernus enim quantoſcunque deuorauerit, nunquàm dicit, ſatis eſt. *Eccl.*

## *Infidelitas.*

Infidelitas eſt deliberata, & pertinax à fide deuiatio.

Fidem qui perdit, nil vltra perdere poteſt. *Sen. in prou.*

Fides vnanima vnde abijt, nunquàm redijt. *Ibidem*

Fidem nemo vnquàm perdit, niſi qui non habet. *Ibidem*

Ignorantia infidelitatem parit. *Chry. ſup. ep. ad Timot. hom. 3.*

Similis eſt natura infidelitatis terræ arenoſę, quia quantamcunque pluuiam ſuſceperit, non fructificat. *Idem ſuper Matth.*

Qui non credunt, peiores fiunt, quàm Dæmones, & tardiores. *Aug. 10. de Charit.*

Li-

Google

brorum diuinorum nullam habens
consuetudinẽ, non mirũ, ſi incredu
lus eſt. *Idem aduer. vit. mon. lib. 3.*
ncredulitas peccatum peccatorũ om
nium. *Idem ſer. 7. de verb. Dom.*
nfidelium numerus ſemper maior.
*Idem ſuper pſal. 134.*
fidelium pater Diabolus, & mater
Babylon. *Idem ſuper pſal. 26.*
fideles quantumuis probi, boni ta-
men dicendi non ſunt, mediocriter
mali. *Idem ſuper pſal. 25.*
ne obedientia infidelis quiſque eſſe
conuincitur. *Greg. mor 26.*
eſurgẽt infideles nõ ad iudiciũ, ſed
ad tormentum ſubeundum. *Idem.*

Infirmitas.

irmitas eſt debilitas illa, quæ ex
morbo contingit.
firmans ponit ſanitatem eſſe felici-
tatem, pauper verò factus diuitias.
*Ariſt. Eth. 1.*
omni morbo tria ſunt grauia, me-
tus mortis, corporis dolor, & inter-
miſſio voluptatis. *Sen. ep. 72.*
na valetudo iucundior eſt ijs, qui
de graui morbo curati ſunt, quàm
qui nunquàm ęgro corpore fuerũt.
*Idem in ep.*

Benè dormit, qui non ſentit quàm ma-
le dormit. *Idem in prov.*

Non quærit æger medicum eloquen-
tem, ſed ſanantem. *Idem ep. 76*

Nullā habet ſalutis ſpem æger, quem
medicus ad intemperantiam hor-
tatur. *Idem ep. 124*

Non ſine querela ægra tanguntur.
*Idem de ira lib. 3.*

Nihil magis ægris prodeſt, quā ab eo
curari, a quo voluerint. *Idem ep. 2.*

Dum ſpectant oculi læſos, læduntur
& ipſi,
Multaque corporibus tranſitione no-
cent. *Ovid. lib. 1. de rem. amor.*

Tollere nodoſam neſcit medicina po-
dagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.
*Idem lib. 3. de art. aman.*

Infirmis culpa puſilla nocet. *Idem de
rem. am. lib. 2.*

Sæpè malum plaga parit inconfeſſa,
necemque. *Pamph. cap. 43*

Principio morbi medicum conducti-
ſemper. *ſapiens*

Multis enim ad ſalutem animæ pro-
fuit corporis ęgritudo. *Franc.
Petr. de adu. fort.*

Implacidiſſima res eſt ægrotus. *Plut.
de tranq. anim.*

Tales

[T]ales eſſe ſani perſeueremus, quales nos futuros profitemur infirmi. *Plin.iun.lib.2.*

[V]enienti occurrendũ eſt morbo. *Ter.*

[A]d ægrotationem corporis ſi accedat ægritudo animi, duplicatur infirmitas. *Ex apoph.*

Egroto, dũ anima eſt, ſpes eſt. *Ibid.*

[V]irtus in infirmitate perficitur. *Apoſt.ep.1.ad Corint.*

Egrotare incipimus mox, vbi naſcimur. *Aug.ſup.pſ.111.*

[O]rat multa patiens de malo liberari deſiderans. *Idem ſup.pſ.54.*

[C]orporis debilitas nimia etiam vires animæ frangit, mentis quoque ingenium marceſcere facit. *Hier. in ep.*

[Q]uidam pro licito ſuo viuunt, & ſemper ſunt vegeti, quidã a regulis Hippocratis nõ deuiant, & ſemper ſunt infirmi. *Petr.Rau.in quad.ep.*

[C]onſiderata infirmitas propria mala mollit, & excuſat aliena. *Greg.lib.4.mor.*

Ægritudo diutius præmet propter prolixiora vitia. *Idẽ in Euãg.ho.19.*

[I]nfirmitas grauis ſobriam facit animam. *Eccl.cap.31.*

Infirmitas corporis eſt ſobrietas mentis. *Ambr.*

Vociferetur,& conquęratur æger impatiens per dolorem, gratias aget poſtmodum, cum ſenſerit ſanitatem. *Cypr.*

Languentes nec locus prohibet ab importuna petitione. *Idem.*

Aegrotus decorem non ſeruet. *Naz.*

Aegrotus ſanus factus Dei non obliuiſcatur. *Chryſ. ſuper Mat. hom. 25.*

Aegrotationum omnium mater deliciarũ vſus. *Idem ſup. Mat. hom. 50.*

Morbi ex peccatis plerumque generantur. *Idem ſuper Io. hom. 37.*

Naturalis ſiquidẽ cura ſit, ægris dare lætitiam, nam fac inualidum gaudere,& ſanatus eſt. *Caſſ. lib. 2. epiſt.*

*Infelicitas.*

Infelicitas, eſt omnium malorum occurſus.

Nemo eſt, qui miſeris inuideat. *Plut. de inuid.*

Aduerſa fortuna docet, quàm multos habeas amicos. *Idem in apoph.*

Vilia qui quondam miſeris alimenta negarat,
Nunc mendicato paſcitur ille cibo. *Lin. lib. 5.*

Pauperi ſurgent animo iacentes,

Et

Et miſer nemo, niſi comparatus. *Sen. ex Troad. trag. 11.*

Quemcumque miſerum videris, hominem ſcias. *Idem ex trag.*

Leue eſt miſerias ferre, perferre eſt graue. *Idem in Trieſt.*

Facile eſt miſerum irridere. *Plaut.*

Calamitas eſt ipſis, qui proferunt, & ſpectatoribus vtilis. *Plat. in Gorg.*

Cum miſer miſeriorem aſpicit, ſuam æquius miſeriam fert. *Aeſop.*

Non reſpicit iuſtitia miſeros. *Eurip. in Phœnis.*

Et mortalium aduerſitates, & ventorũ flatus non ſemper impetum habẽt. *Idem in Herc. Fur.*

Infelicitas inops conſilij. *Idem in Iun.*

Infeliciter euenire ſolent, quæ tentantur inuita minerua. *In hiſt. Sax.*

Non eſt miſer, niſi qui ſe miſerum eſſe credit. *Ibidem.*

Bona quærẽtibus vix obtingunt, mala non quæſita eueniunt. *Demet. apud Stob.*

Nobiles ſunt miſerorum ſpes. *Quint. declam. 12.*

Quod vltimum miſeris eſt miſerationem perdere. *Ibidem.*

Nihil crudelius calamitate, quã gaudia reducunt. *Idem declam. 11.*

Vltimum miſeris ſpes eſt. *Ibidem.*
Habet aliquid ſolatium quiſquis in amore miſereſcit. *Idem decl. 13*
Leuiora ſunt ea, quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea, quæ præmeditata, & præparata inferuntur. *Idem in off.*
Si qua venit ſerò magna ruina venit. *Prop.*
Miſeris parua eſt fides. *Sal. in Coniur. Cat.*
Habent ſua verba miſeri, ſua verba felices. *Plin. iun. in Paneg.*
Optimè miſerias ferunt, qui abſcondunt. *Curt. li. 4.*
In communi calamitate ſuam quiſq; habeat fortunam. *Idem lib. 6.*
Reperire verba innocenti facile eſt, modum verborum miſero tenere difficile. *Ibidem.*
Miſerrima eſt fortuna, quæ caret inimico. *Pub. Mim.*
Crede mihi, miſeros prudentia prima reliquit,
Et ſenſum cum re, conſiliumq; fugit. *Ouid. 4. de pont.*
Sapiens miſer, plus miſer eſt, quàm miſer ruſticus. *Boet. de conſo.*
Plus aduerſa, quàm proſpera prodeſt fortuna, hæc enim fallit, illa inſtruit.

ſtruit. *Veg.lib.3.*
Homo ſemper infelix natura credulus. *Homer.apud Stob.*
Repente infelicem eſſe furorem generat. *Pub.Mim.*

Aduerſa non deijciunt, quem proſpera non corrumpunt. *Greg.31.mor.*
Tormenta plerumque cruciant, ſed non emendant. *Idem 7.mor.*
Moderata afflictio lacrymas exprimit. *Idem 9.mor.*
Facilè onus afflictionis ſentiunt, qui vti ſuauibus delicijs non conſueuerunt. *Iſid.lib.11.ep.*
Tormentis præmia creſcunt. *Cyp.lib.3.ep.*
Tribulatio amicos facit. *Chry.ſuper Act.Apoſt.hom.42.*
Aduerſitas noſtra non eſt ira Dei, ſed admonitio. *Idem.*
Gratus eſt miſeris de miſericordia ſermo. *Ber.*
In afflictionibus phiſophandũ. *Baſil.*
Vide in tit. Miſeria, & Tribulatio.

*Ingenium.*

Ingenium eſt diſcendi velocitas, vel virtus inſita in natura. *Plato.*
Hominem ingenioſum, manſuetum, & virilem difficilè reperies. *Idem*

Conſentaneum eſt in omni genere n bili, quàm ignobili, ingenia eſſe m liora. *Idem de nat. Deor*

Nullum magnum ingenium ſine mi ſtura dementiæ vnquàm fuit. *Iden apud Sen. de tranq. animi.*

Ingenium viribus longè præſtantius *Aeſop.*

Ingenium ſeruitute opprimitur. *Hom Odiſſ. lib. 12.*

Ingenia puerorum nimia eruditionis ſeueritate deficiunt. *Quint. Poet.*

Singula quid referam? nil non mortale tenemus,

Pectoris exceptis, ingenijſque bonis;

*Ouid. 3. de triſt.*

Ingenium quondam fuerat pretioſius auro,

At nunc barbaria eſt grandis habere nihil. *Idem lib. 3 eleg.*

Adde, quod ingenium longa rubigine læſum

Torpet, & eſt multò, quàm fuit ante, minus. *Idem lib. 3 de triſt.*

Bonis ingenijs minori periculo conſulitur. *Demoſt.*

Multa opportuna dictu fortunatis, & ingenioſis veniunt in mentem. *Idem 1. Olynt.*

Ho-

Homines, acres nunquàm otium agunt ſemper aliquibus negotiis faceſſunt. *Ibidem.*

Vbi intenderis ingenium, valet. *Sal. in Catil.*

Ingenium hominis ad uitia procliue: pernitioſa ſtatim arripit. *In hiſ. ſax.*

Doctrina politiora quidem, ſed nō meliora ingenia facit. *Ter.*

Sæpè ſumma ingenia in occulto latēt. *Plaut. in capt.*

Aurum, opes, & rura donabit frequens amicus,

Qui velit ingenio cedere, rarus erit. *Mart. lib. 8.*

Parilitas ingeniorum æmulationem facit. *Gel. lib. 14.*

Nullum ingenium poteſt eſſe magnum, antequàm habeat aliquid admixtum de furia. *Petr. Rau. in quad. ep.*

Egreſcit profectò ingenium, niſi iugi lectione reparetur. *Caſſiod. lib. 11.*

*Ingratitudo.*

Ingratus eſt, qui non reddit beneficiū ſine vſura. *Sen. ep ad Luc. l. 13.*

Inter plurima, maximaq; vitia nullū eſt frequentius, quàm ingrati animi uitium. *Idem ep. 1.*

Ingratus, qui diſſimulat, ſed ingra tior, qui non reddit. *Idem epiſt. Lucil.*

Ingratus eſt, qui beneficium accepi ſe negat, ingratus, qui diſſimulat rurſum ingratus, qui non reddit; omnium ingratiſſimus, qui oblitu eſt. *Idem ep. ad Lucil.*

Sæpè etiam, qui gratiam reddit, ingr tus eſt; & qui non refert, gratus. *Idem 4. de benef.*

Ingrati cum iniurioſis connumeran di ſunt. *Apud Stob.*

Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris. *Pub. Mim.*

Ingrato homine terra peius nil creat. *Idem.*

Paupertas multos igratos facit. *Plut.*

Ingrati homines nullo ſunt digni beneficio. *Aeſop.*

Improbi cum maxima beneficia acceperint, tùm maximè ad maleficia animari. *Idem.*

Fit interdum, vt obſint tibi, quibus tu profueris. *Idem.*

Tritum eſt perire, quod facis ingrato. *Idem.*

Reddere gaudet homo nequam pro melle venenum,

Pro fructu pœnam, pro pietate dolum.

lum. *Verſif. fab. Aeſop.*

Non reddit ſterilis ſemina iacta ſeges. *Mart. ep. lib. 5.*

Dedecus eſt ſemper ſumere, nihilque dare. *Idem.*

Eſt aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas,

Hoc fruar, hæc de te gaudia ſola ferã. *Ouid. 12. epiſt.*

Si illum obiurges, vitæ qui auxilium tulit,

Quid facias illi, qui dederit damnum, & malum? *Ter. in Andr.*

Nemo gratiarum immemor eſt gratus inuentus. *Cic. poſt redd. ad Senat.*

Improbus eſt homo,

Qui beneficium ſcit ſumere, & reddere neſcit. *Plaut. in perſ.*

Ingratitudo eſt ventus vrens, ſiccans fontes pietatis, & fluenta gratiæ. *Ber. de contempt. mund.*

Bis malus eſt, qui de benè merente dicit malè. *Chry.*

Non eſt æquum ob ingratitudinem quorundam fruſtrari cunctos. *Idem.*

Ingratitudo nullam excipit excuſationem. *Idem.*

Quod nō venit gratum, perditum eſt non datum. *Idem ſer. 31*
Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo ſua. *Prou. cap. 17.*
Amico vero gratiam referre ingratitudinis genus eſt. *Chryſ.*
Si gratiam homini non referre ſimile maleficio eſt, quantum crimen eſt Deo non referre? *Ambr.*

*Inimicitia.*

Inimicitia eſt auerſio amoris. *Plato.*
Inimicitias tardè ſuſcipe; amicitias exerce moderatas. *Sen. lib. 1. de mor.*
Omnes habere amicos operoſum eſt, ſatis eſt inimicos non habere. *Idem ep. 13.*
Loquax inimicus minus, quàm taciturnus, offendit. *Idem in prou.*
Cum potentioribus non eſt decertandum. *Aeſop.*
Res grauis eſt inimicitia, & ignominioſas habet reconciliationes. *Eurip. in pœnis.*
Parua necat morſu ſpatioſa vipera taurum,
A cane non magno ſępè tenetur aper. *Ouid. 2 de rem amor.*
Prudentis eſt etiam ex inimicis vtilitatem.

tatem capere. *Xenoph. apud Plut.*

Stultiſſimum eſt locupletes contendere cum iis, quibus non eſt multũ, quod eripiatur. *Ex apoph.*

Nulla peſtis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus. *Boet. 3. de conſol.*

Tacitæ magis inimicitiæ timendæ sũt, quã indictę & apertæ. *Cic. in Ver.*

Inimicitiæ vitandæ cautiſſimè, ferẽdæ æquiſſimè, & finiendæ citiſſimè. *Aug. lib. 2. de Orat. cap. 8.*

Inimicos diligere, & eis benefacere ſumma eſt eleemoſyna. *Idem in Ench.*

Nihil in rebus humanis mirabilius, quàm inimicos diligere. *Idem lib. 10. confeſſ.*

Inimici diligendi, ſed cauendi. *Chryſ.*

Inimicitiarum vincula ante ſolis occaſum ſunt ſoluenda. *Idem ſuper Matth. hom. 16.*

Inimicitia alia vitia ex ſe generat. *Idem ſuper Matth. hom. 1.*

Fruſtra exteriores inimicos vincimus, ſi interioris parcimus. *Idem 36. mor.*

Nullus eſt finis inimicitiis, ſi ad tem-

pus non obtemperemus iratis. *Vul. ep. in quod. ſer.*

*Iniuria.*

Omne enim, quod non iure fit, iniuria dicitur, ſiue verbis, ſiue re. *Vulp.*

Minus lædi ſolent qui ſe vlciſcuntur. *Aeſop.*

Qui in proſperitate quemuis offendit, in aduerſis amicum reperit neminem. *Idem.*

Quos inſigniter læſimus, nunquàm fidendum. *Idem.*

Neminem quantumuis puſillum deſpiciendum. *Idem.*

Nulla tanta potentia eſt, in qua non irruat iniuria. *Sen. de ira. lib. 3.*

Iniuriȩ memoria tenaciſſima; at beneficij breuiſſima. *Idem in prou.*

Iniuriarum remedium eſt obliuio. *Idem ep. ad Lucil.*

Difficile eſt iniuriam conuenire cum patientia. *Idem in prou.*

Multis minatur qui vni facit iniuriã. *Ibidem.*

Eſt magni animi iniurias deſpicere. *Sen. de ira.*

Iniuria iniuſte irrogata eius infamia eſt, qui fecit. *Idem in prou.*

Dupliciter dolor, cũ ab eo, à quo non merueris, iniuria venit. *Idem.*

Bene-

Beneficium cõtulit qui abſtinuit iniuria, quã inferre potuit. *Ioan. Picus.*

Nemo prouocare, nemo offendere audet quem intelligit ſuperiorem fore, ſi pugnet. *Veg. lib. 3.*

Ad nullius iniuriam pertinet quod in genere dictum eſt. *Apud iuriſp.*

Leuiora ſunt quæ repentino motu accidunt, quàm ea, quæ præmeditata inferuntur. *Cic. in Rhet.*

Fortes, & magnanimi habendi ſunt, non qui faciunt, ſed qui propulſant iniuriam. *Idem 1. off.*

Non eſt magnanimi recordari mala, ſed magis deſpicere. *Ariſt. 4. Ethic.*

Iuſti mores iniuriam facere neſciunt. *Men. apud Stob.*

Delictorum, & iniuriarum auctores mendaces ſunt. *Plut. in apoph.*

Quælibet extinctos iniuria ſuſcitat ignes. *Ouid. de art. amandi, lib. 3.*

Qui ueterem impunem fert iniuriam, inuitat nouam. *Pub. Mim.*

Qui iniuriam faciũt infeliciores ſunt, quàm qui patiuntur. *Ex apoph.*

Iniuriam molientes, defenſionem ſimul cogitant. *Sal. de bell. iug.*

Puluere qui læſit, ſcribit in marmore læſus. *Horat.*

Iniu-

Iniuria eſt uerbo, vel facto cum aliquo iniuſtè agere. *Iſid. de Synon.*

Contumelia eſt dictis, vel factis turpia inferre. *Aug.*

Iniuriæ uirum fortem probant. *Idem in pſal. 92.*

Iniuriæ acceptæ obliuiſci laudabile eſt, & glorioſum. *Idem de verb. Dom. ſer. 16.*

Conuitia quis facile tolerat, cum in ſecreto mentis ad mala perpetuanda recurrit. *Greg. 31. mor.*

Glorioſius eſt interdum iniuriam tacendo fugere, quàm reſpondendo ſuperare. *Idem 30. mor.*

Qui non repellit a ſocio, ſi poteſt iniuriam, tam eſt in uitio, quàm ille qui infert. *Ambr. de off.*

Contumelia ſecundum inferentis mẽtem iudicatur. *Chryſ. ſuper Ioan. hom. 78.*

Recordatio iniuriæ magis inſtigat, quàm mitigat. *D. Ber. in epiſt.*

Conuitium in fratrem eſt homicidiũ. *Hier. in epiſt.*

### *Innocentia.*

Innocentia eſt puritas animi omnem iniu-

iniuriæ illationem abhorrens.
*Tull. de off.*

Felicior innocentia eſt citra ſuſpicionem. *Sen.*

Si malis ſperare bonum, niſi innocens, nemo ſolet. *Idem in prou.*

Malè hæret ibi innocentia, ubi ſecretum eſt ſcelus. *Quint. decl. 13.*

Verba reperire innocenti facile eſt. *Sofoc. Apud ſtob.*

Ouem lupo commiſiſti. *Ter. in Eun. cap. 19.*

Elabuntur etiam interdum & innocentes. *Ex apoph.*

Innocentia vera eſt, quæ nec ſibi, nec alteri nocet. *Aug. in Epigr. Proſp. emp. 1.*

Sæpè fit calamitas innocentis ignorantia iudicis. *Idem.*

Innocentem condemnare peius eſt, quàm nocentem abſoluere. *Idem.*

Quis innocens vnquàm perijt, aut quandò recti deleti ſunt? *Iob cap. 4.*

Difficile eſt innocentiam malis preſſam non dolere. *Hier.*

Quæ virtus eſſet innocentia, niſi raritas precium dediſſet. *Lact. l. b 5.*

Innocentia eſt ſapienti ſpes impunitatis.

tatis, non latebra. *Ambr*

Hoc eſt innocentem eſſe ignorare quod noceat. *Idem*

Obrueret quique innocentia, ſi laxaretur audacia. *Caſſ. ep. lib. 2*

In qua parte poteſt homo proficere, ſi innocentiam probatus fuit amiſiſſe. *Caſſiod. ep. lib. 2. cap. 8.*

## I*nobedientia.*

Inobedientia eſt ex duritia mentis obſtinatæ, cui debeas, cui debeas, imperanti nolle obtemperare. *Tull.*

Nullum eſt maius, quàm inobedientiæ malum. *Apud Stob.*

Adam non furto, non homicidio, non rapina, ſed inobedientia corruit. *Greg. 1. Reg.*

Inobedientia non tam penſanda eſt, quam intentio inobedientis. *Ber. de præcep. & diſcip.*

Oculum, & aurem, quos inobedientia clauſit, aperiet obedientia. *Idem ſuper cant. ſer. 22.*

## *Inſania.*

Inſanus eſt, qui (abiecta ratione) cum furore & impetu omnia facit.

Senes

Senes cũ venia delirant,iuuenibus au tem turpiſſima eſt deliratio. *Plut. de mor. anim. & corp.*

Eò dementiæ ventũ eſt, vt noſtra cuiuſque uita magis placeat,quã ex ſe ipſa pendeat. *Plut. de tranq. anim.*

Cum inſanis nullum habendum eſt comercium. *Aeſop.*

Inſanimus omnes, cum iraſcimur. *Apud ſtob.*

Inſania flos iracundię. *Apol. ibid.*

Non ignem ferro cædas, id eſt non ir rites furentem. *Pyth. apud Plut.*

Amentia hominibus ſpontaneum infortunium. *Apud ſtob.*

Nihil intereſt quàm ex honeſta cauſa quis inſaniat. *Hier.*

Inſania manifeſta eſt alienis bonis cruciari. *Chryſ. Vide in tit. ſtultitia.*

*Inſatiabilitas.*

Nemo eſt, cui felicitas ſua, etiam ſi curſu eueniat, ſatisfaciat. *Sen. ep. ad Lucil. lib. 10.*

Res ſtua te reperit argum, res altera cæcum. *Verſ. fab. Aeſop.*

Stultitia etſi adepta eſt quod concupiuit, nunquàm tamen ſe ſatis conſecutum putat. *Tull. Tuſc. quæſt. lib. 5.*

Igna-

Ignauium cupiditatum nec modus v-
lus, nec finis inueniri poteſt. *Idem de fin.bon.& mal.lib.1.*

Non ſaturatur oculus viſu, nec auris auditu. *Eccl.cap.1.*
A paucis accipit qui nimium quærit. *Caſſ.ep.lib.7 cap.9.*

## *Inſtabilitas.*

Inſtabilitas eſt inconſtantia in bono.
Diuerſitas eſt vitium, & ſignum vacillantis animi, ac nondum habentis vigorem ſuum. *Sen.in ep.*
Variatur quotidie iudicium, & in contrarium vertitur, ac plerique agitur vita per vſum. *Ibidem.*
Onus animi deponendum, nō autem tibi vllus placebit locus. *Sen.in ep. Ibidem.*
Frequens migratio inſtabilis eſt animi. *Ibidem.*
Nemo proponit ſibi, quod velit, nec ſi proponit, perſeuerat in eo, ſed tranſilit, nec tantùm mutat, ſed redit. *Ibidem.*
Vt animum poſſis continere, primùm corporis fugam ſiſte. *Ibidem.*
Maximum inditium malæ mentis eſt fluctuatio. *Idem in prou.*

Certa

Certa amittimus, dum in certa appetimus. *Plaut.*

Vbi ſatietas cæpit fieri, commuto locum. *Ter.*

Res tuas viris inſtabilibus ne committas. *Aeſop.*

In nocte dies, & in die veſpera deſideratur. *Greg. lib. 8. mor.*

*Intellectus.*

Intellectus eſt lumen, quod Deus infundit animæ. *Ariſt. Rhet. 2.*

Nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu. *Idem in lib. de anim.*

Plura contingit ſcire, non autem intelligere. *Idem topic. 2.*

Intellectus eſt principium ſcientiæ. *Plat. in deff.*

Intellectum fac ducem. *Solon. apud Diog.*

Nemo enim quicquam facit, quod non intelligit.

Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.

Id quære, quod inueniri poteſt.

Cuiuſcunque facti cauſam require, cum initia inueneris, exitus cogitabis.

Intellectus pars eſt animæ. *Aug. in ſent.*

In-

Intelligere ſuperflua non nocuit: nocuit autem didiciſſe. *Idem de vti cred.*
Intellectui fides viam aperit, & infidelitas claudit. *Idem*
Noli intelligere, vt credas; ſed crede vt intelligas, intellectus merces eſt fidei. *Idem*
Punge, & dabit lacrymam, ſtringe & dabit intellectum. *Orig. ſup Exod.*
Intellectus donum exercitandum, ne in otio torpeat. *Greg. 22. mor.*
Quidam de intelligentia, alij de operatione exultant. *Ibidem*
Altiora te ne quæſieris. *Eccl. cap. 3*
In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter. *Ibidem*
Noli altum ſapere, ſed time. *Apoſt. ad Rom. cap. 11.*
Intelligentes, & illuminati plures inueniuntur, ſed affecti pauci. *Ber. de Aſcenſ. Dom.*
Intellectus rerum ſpiritualium verus eſt animæ panis. *Idem in An. Beat. Virg.*

### *Intemperantia, Luxus.*

Intemperantia vitium eſt cupidæ partis prauas voluntates amplectens. *Ariſt. de vit. & virt.*

Ni-

Nihil ſeruilius,& abiectius,quàm gulæ, & ventris voluptatibus obnoxium viuere. *Ex apoph.*

Faſtidioſe delicatus videtur,qui inter varias delicias cibũ appetit vilem, & plebeium. *Ibidem.*

Ex priuatis affectibus ferè omnis vitæ pernicies naſcitur. *Ibidem.*

Luxus eſt maximus naturam artificio corrumpere. *Ibidem.*

Luxu nihil turpius, libido pecudem ex homine reddit. *Ibidem.*

Qui ſequitur Bacchum, taxillos, & meretrices,

Infamis ſemper, ſemperque egenus erit. *Iac. Beneu.*

Omnis ſuperfluitas quærit exitum. *Sen.*

Immoderatio enim omnis non ſalutem,ſed periculum affert. *Iſid. lib. 4. Eth.*

Nihil magis a contemplatione veritatis impedit,quàm luxus vitę. *Aug. de verb. relig.*

Luxus vitæ animæ piæ crux eſt. *Idem in man. cap. 5.*

Superfluitas exterior interioris vanitatis eſt indicium. *Ber. in Apol.*

Cum maiores voluptati deſeruiunt, mi-

minoribus laſciuiæ fræna relaxant *Greg.*

*Intentio.*

Intentio finis eſt, quo animus, ad quod intenditur, dirigitur. *Ariſt. in meth.*

Si deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas. *Ouid. de pont. lib. 3. ep. 4.*

Multum ad rem pertinet, quo propoſito ad rem acceſſeris. *Sen. ep. 109.*

Nihil intereſt, quo animo facias, quod feciſſe vitioſum eſt, quia facta cernuntur, animus verò non videtur. *Idem de mor.*

Illius animus non eſt in recto, cuius dictis facta diſſentiunt. *Idem ep. 34.*

Bonus animus in re mala dimidium eſt mali. *Plaut. ex pſeud.*

In re mala animo ſi bono vtere, adiuuat. *Idem.*

Nemo, licet proſit, niſi vult prodeſſe, meretur,
Nam prodeſſe poteſt hoſtis obeſſe putans. *Verſ. Fab. Aeſop.*

Scelus intra ſe tacitum qui cogitat vllum,
Facti crimen habet. *Iuu.*

Humanæ aures talia verba iudicant, qualia foris ſonant; diuina uerò iudicia

dicia talia foris audiuntur, qualia ex intimis proferuntur. *Greg. 28. mor.*
Summa cura uigilandum eſt, ne uel bonis operibus ſeruiens mens, reproba intentione pulluatur. *Idem in mor.*
Intentio peruerſa ſi fuerit, prauum eſt omne, quod ſequitur, licet rectum uideatur. *Idem 1. Dialog.*
Cum intentionē bonam locutio cauta non ſequitur, ipſa pietatis propoſitio in tranſgreſſionis uitium uertitur. *Idem lib. 5. mor.*
Verba iuſtorum, & iniuſtorum ſimilia ſunt, differunt tamen intentione. *Idem 12. mor.*
Sit autem opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto, vt de bono opere proximo exhibeamus exemplum. *Greg. hom. 11. ſuper Euang. ſim. eſt reg. c. d. theſ. abſc.*
Quantum ad peccati rationem pertinet, nocuit, qui nocere diſpoſuit. *Hier. in ep.*
Quicquid vis, & non potes, factum Deus computat. *Aug. ſuper pſal. 52.*
Intentio ſufficit ad meritum, bona actio requiritur ad exemplum.
*Ber.*

*Ber. de liber. arb.*

Intentio pugnantis eſt cauſa periculi vel victoriæ. *Idem in ſer*

Non ſunt omnia bona, quę bona fiun intentione. *Idem Aug*

Quod non bona intentione facis, no tibi proderit, quia quomodo fece ris, non quomodo illi euenerit, im putabitur. *Idem ſuper Matth*

Si propterea non facis furtum, quia t mes, ne videatis, intus in corde fe ciſti, furti reus teneris, & ſi nihil fe ciſti. *Idem de lib. arb.*

Intentio recta duo requirit, rem, & cauſam, id eſt, quid intenderis, & propter quid. *Ber. ſuper cant. ſer. 33.*

Non ſatis eſt benè velle, niſi ſtudeat bene facere. *Ambr. in diſtinct. 86*

*Interrogatio.*

Interrogatio eſt ſtimulus faciens e alieno pectore, & ore veritatem e rumpere.

Qui inſtigatione interrogat, praue d ſputat. *Ariſt. top. 8*

Ad interrogationes multas non e danda vna reſponſio. *Idem elenc. 2*

Cæci interrogatio eſt, cur amentur quæ pulchra ſunt. *Idem apud Stob*

Neceſſe eſt interrogantem interro gatum

gatum ſequi quocunq; ducit. *Plat. de ſcient.*

Singulos interrogo, & paucis reſpondeo. *Ibidem.*

Calumniatores vincere oportet, interrogantes autem docere. *Chryſ.*

Interrogando alios docemus. *Aug. lib. 1. de magiſt. cap. 1.*

Interrogare multa eſt neſcire. *Idem de dub. an. cap. 8.*

Proximus cognitioni eſt, qui, quid debet inquirere, prudenter agnoſcit. *in coll. 2.*

*Inuidia.*

*Inuidia* eſt triſtitia ex aliorum bonis, ſeu præſentibus, ſeu futuris. *Plat.*

Inuidia neceſſariò eſt potẽtiæ comes. *Tucid. apud Plut.*

Inuidus alterius macreſcit rebus opimis. *Horat. ep. lib. 1.*

Cui placet alterius, ſua nimium eſt odio ſors. *Ibidem.*

Et cantor cantori inuidet, & agenus egeno. *Heſiod. apud Plut. probl. 1.*

Haud vlla fuiſſet in terris hominum inuidia, ſi æqualis fuiſſet hominum conditio. *Menand.*

Facilius eſt pauperi contemptum effuge-

fugere, quàm diuiti inuidiam. *Sen. de mor.*
Quàm magnum mirantium, tàm magnum inuidentium eſt populus. *Idem de vit. beat.*
Quemadmodum rubigo ferrum, ſic & inuidia animum coterit. *Ariſt. apud Diog. lib. 6.*
Tandiù mihi fortunatus videor, quādiù inuidiatus fuero. *Pyth. apud Stob.*
Inuidiam non probo, velim tamē pro bono ab alijs inuideri. *Eurip. Ibid.*
Iter facientes per ſolem, neceſſariò comitatur vmbra, incedentibus verò per gloriam, comes eſt inuidia. *Euſ. Ibidem.*
Inuidia ſeditionis parit indicium. *Demo. Ibid.*
Sapientiæ cauſa potius, quàm diuitiarum inuidere licet. *Eurip. Ibidem.*
Inuidia virtute parta, non inuidia, ſed gloria putanda eſt. *Cic. in Cat.*
Virtutis comes inuidia plerunq; bonos inſectatur. *Idem 4. ad Heren.*
Summa petit liuore, perflant altiſſima venti. *Ouid. lib. 2. de rem. am.*
Ingenium magni liuor detractat Homeri. *Ibidem.*
Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris,
Vici-

Vicinumque pecus grandius vber habet. *Idem 1. de art. aman.*

Inuidi homines nihil aliud, quàm virtutis ſunt tormenta. *Curt. lib. 8.*

Alienum nobis, noſtrum plus aliis placet. *Pub. Mim.*

Sola miſeria caret inuidia. *Val. Max.*

Inuidia ſuperbiæ filia; ſed iſta mater ſuperbiæ neſcit eſſe ſterilis, vbi fuerit, continuò parit, ſuffoca matrem, & non erit filia. *Aug. de verb. Dom. ſer. 52.*

Tolle inuidiam, & tuum eſt, quod habeo, tolle inuidiam, & meum eſt, quod habes. *Idem ſup. Ioan.*

Inuidia non ſolum multos, ſed optimos tangit. *Nazianz.*

Inuidus alienas iacturas ſuos quęſtus exiſtimat. *Chryſ. ſuper Matt. hom. 51.*

Inuidia radix eſt homicidii. *Idem ſup. Gen. hom. 54.*

Tantò quis plus inuidet aliis bona præſentia, quantò minus ea ipſe cōtempſerit. *Greg. 5. mor.*

Inuidis nihil infelicius, quos dum aliorum afficit pœna, nequiores reddit. *Idem in paſt.*

## Ira.

Ira eſt triſtitia, & perturbatio quædã cum vehementi appetitu vindictę Ariſt. de Poet. 2.

Ira eſt accenſio ſanguinis circa cor. Idem.

Satisfactio quietat iram. *Idem eth 5*

Iraſci, in quibus non oportet, & non iraſci, in quibus oportet, hominis eſt inſipientis. *Idem eth. 9*

Iracundi, quamuis celeriter iraſcantur, celeriter etiam deſiſtunt. *Idem 7. polit.*

Tempus quietat iram. *Idem Rhet. 3.*

Vt fragilis glacies interit ira mora. *Ouid. 1. de art. aman.*

Sed nunquam dederit ſpacioſum tempus in iram,
Sæpe ſimultates ira morata facit. *Idem lib. 1. eleg. 8.*

Dum furor in curſu eſt, currenti cede furori,
Difficilis aditus impetus omnis habet. *Idem 1. de rem. am*

Quo quiſque eſt maior, magis eſt placabilis iræ,
Et faciles motus mens generoſa capit. *Idem lib. 3. de triſt.*

Ora tument ira, nigreſcunt ſanguine venæ

Lumi-

Lumina gorgonica ſæuius angue micant. *Idem lib.3.de art.aman.*

Quaslibet infirmas adiuuat ira manus. *Idem lib.eleg.*

Quamuis tegatur, proditur vultu furor. *Sen.in trag.*

Ira, quæ tegitur, nocet. *Sen.*

Profeſſa perdunt odia vindictæ locũ. *Idem in Medæa.*

Finis namque iræ initium eſt peniten tiæ. *Idem in prou.*

Si non vis eſſe iracundus, non ſis curioſus. *Idem lib.3.*

Ira breuis eſt inſania. *Idem de ira.*

Si iram vincere non potes, illa te vincet. *Ibidem.*

Nihil facit magis iracundos, quàm mollis, & blanda educatio. *Ibidem.*

Nihil intereſt inter iratum, & inſanum, niſi vnus dies. *Ibid.*

Nihil minus punientem decet, quàm iraſci. *Idem ep.115.*

Ira breuis furor eſt, animum rege, qui niſi paret,

Imperat, hunc frænis, hunc tu compeſce catena.

*Hor.1.ep.ad Lol.*

—*Manſuetè rogatus*

Vindictam differ, donec pertranſeat ira.

ira. *Gualter. de Caſtell.*
Homo extra corpus ſuum eſt, cum ira ſcitur. *Pub. Mim.*
Tutum eſt iram promere, ne prorum pat in verba. *Ex apoph.*
Ira, & contentio magis ſoluitur blandis verbis, & benignitate, quàm repugnantia. *Ibidem.*
Minus compos ſui eſt ira, quàm ebrietas. *Ibid.*
Furor arma miniſtrat. *Virg. Aeneid. 1.*
Vana eſt ſine viribus ira. *Liu. 1. decad. lib. 1.*
Iam te (inquit) cederem, niſi iratus eſſem. *Arch. Tarent.*
Ira ſæpè naſcitur ex ignorantia iudicandi. *Plat. in Eutyp.*

Furor eſt ira breuis, quæ non tàm ex malitiæ propoſito, quàm euentu ſubito contingit. *Aug.*
Iracundus in amicitiam non recipiendus. *Idem de amicit. cap. 12.*
Ira in vindictā debet ſequi rationem, non præire. *Idem ep. 9.*
Iracundi, & contentioſi plurimum valent memoria. *Apud eund. de Ciu. Dei lib. 7.*

Iram

Iram vincere plus eſt, quàm ciuitatē capere. *Idem ſup.pſ.92.*

Sicut acetum corrumpit vas, ſi diutius ibi fuerit,ſic ira corrumpit cor, ſi in alium diem durauerit. *Idem in ep.*

Qui cum cauſa iraſcitur, nō fratri ſuo iraſcitur,ſed vitio. *Val.ep.ſc.*

Menti furori ebriæ omne,quod rectū dicitur,peruerſum videtur. *Greg. ſup.Ezech.*

Non iraſci, vbi iraſcendum eſt, nolle emendare, peccatum eſt. *Ber. in ep.*

Ira non habet conſilium. *Chryſ.ſup. Matth.hom.2.*

Homicidii radix iracundia.*Idem ſup. Matth.hom. 17.*

Iraſci hominis eſt, iracundiæ autem finem imponere, Chriſtiani. *Hier. ad Demetr.*

Fatuus ſtatim indicat iram ſuam, qui autem diſſimulat iniuriam, callidus eſt. *Prou.cap.12.*

Vir iracundus prouocat rixas, qui patiens eſt, mitigat ſuſcitatas. *Idem pro.cap.15.*

Reſiſte iræ,ſi potes;cede,ſi non potes. *Ambr.de off.lib.1.*

Si non potes iram vitare, tempera; ſi

non potes furorem cauere, cohibe. *Iſid.l.b. 1.ſol.l.*

*Iudex, & iudicium.*

Iudicium eſt recta pronunciatio de eo quod venit in diſputationem. *Plat.in d. ff.*

Nunquàm decernere audeas, niſi tamen priùs ambos audieris. *Idem de conſ.*

Amor odium, & proprium commodum faciunt iudicem non cognoſcere verum. *Ariſt.Reth.2.*

Melius eſt iudicare ſecundum leges, & litteras, quàm ex propria ſciẽtia. *Idem polit.2.*

Qualis eſt iudex, tales ſunt quippe miniſtri,

Si malus eſt dominus, fit populuſque malus. *Facetus.cap.8.*

Dicam ſi potero, malè verum examinat omnis

Corruptus iudex. *Hor. Sat.2.lib.2.*

Si occulta eſt ſententia, non iccirco Deos latebit. *Demoſt. apud Mitridat.*

Ad pęnitentiam properat citò, qui iudicat. *Pub.Mim.*

Iudicis poteſtas non poteſt excedere vltra id, quod in iudicium deductum eſt. *Apud Iuriſp.*

Exuit

Exuit perſonam iudicis, quiſquis ami cum induit. *Cic.*

Cum iudici dicenda eſt ſententia, meminerit ſe Deum habere teſtem, ideſt mentem ſuam. *Idem 1.off.*

Iudex bonus nemo eſſe poteſt, qui ſuſpicione certa non mouetur. *Idem in verb.*

Tu es iudex, ne quid accuſandus ſis, vide. *Ter. ex Heautont.*

In iudicando crimino ſa eſt celeritas. *Sen. in prou.*

Iudex damnatur, cum nocens abſoluitur. *Ibidem.*

Mallem inter inimicos iudicare, quã inter amicos, quippe ex inimicis alterum futurum amicũ. *Bias apud Laert. lib. 1.*

In ſæueritate iudicis ſita eſt legum au ctoritas. *Demoſt. cont. Mid.*

Non te moueat dicentis auctoritas; ſed quid dicatur, attendito. *Cato.*

Quatuor iſta, metus, odium, dilectio, cenſus,
Sæpe ſolent hominum rectos peruertere ſenſus.

Carmen Scolaſt. ex Ariſt.

Cunctis eſto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus. *Cic.*

Apud iuſtum iudicem ſola conſcientia eſt timenda. *Aug. ſuper pſal. 37.*

Damnatur vbique præceps iudicium, ſed potiſſimum in exitium. *Idem ep. 54.*

Iudicium vendi non debet. *Ibidem.*

Qui, quos vult, iudicat, ferat iudicari. *Idem ep. 174.*

Iudicium temerarium magis iudicanti nocet, quàm iudicato. *Idem lib. 2. de ſer. Dom. in mont.*

Vtinam ſic iudicaretur vir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega ſuo. *Iob cap. 16.*

Iudicium in ambiguis non ſit abſolutum. *Greg.*

Ante proba, & ſic iudica. *Idem.*

Apud miſericordiam iudicē nunquā ſine venia culpa relinquitur. *Idem 27. mor.*

Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates. *Idem.*

Diues citò iudicium muneribus corrumpit, pauper autem, dum non habet, quod offerat, non ſolùm audiri contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur. *Idem 3. de ſum.*

*ſum. bon.*

Iudicis non eſt ſine accuſatore damnare. *Ambr. 1. ad Corinth.*

Mitigat iudicem pudor reorum; excitat autem pertinacia denegãtium. *Idem de Cain, & Abel.*

In ambiguis Dei iudicio reſerua ſententiam. *Iſid. in ſinon. ſolil. lib. 50.*

Nullus enim prædo tàm cupidus in alienis, quàm iudex iniquus in ſuis. *Idem de ſum. bon. lib. 5.*

Aequitas tui iudex obſequitur, ſiniſtram odij, vel amoris dexteram neſcit. *Petrus Rau. in quad. ep.*

Inter duos amicos, caue, ne ſis arbiter. *Eccleſ.*

Nõ lætificemur ad laudes humanas, nec vituperationis earum expaueſcamus. *Hier.*

Deo enim placere curantes, minas hominum penitus non timeamus. *Idem.*

*Iudicium extremum.*

Iudicii extremi conſideratio nos deterret à peccatis. *Ambr. ad lapſ. Virg.*

Hic, dum tempus habet, agat animæ pro ſe, quandiù locus eſt miſericordiæ, quia ibi locus erit iuſtitiæ. *Aug. lib. 3. de ſimb.*

Iudicij tempus miſericordiam non recipit. *Chryſ.*
Delictorum in die iudicij ſera eſt recordatio. *Idẽ ſuper Matth. ho. 15.*
Melius eſt Chriſtum modò arguentem, & docentẽ audire, quã in die iudicij iudicantem. *Ber. ſuper pſal.*
Si iuſtus vix ſaluabitur, impius vbi apparebit? *Greg. in mor.*
Iudex ſupremus ante iudicium placari poteſt, in iudicio non poteſt. *Idem 15. mor.*
Malos in iudicio boni, & mali accuſabunt. *Ibidem.*
In die iudicij pœnitentia impiorum irrita. *Idem 33. mor.*
Heu miſer peccator, ſic deprehenſus quò fugies? latere enim impoſſibile; apparere intolerabile. *Anſel. de ſim. mund.*
In iudicio paſtores cum ſuis gregibus apparebũt. *Greg. ſuper Euang. hom. 15.*

### *Iuramentum.*

Iuramentum eſt affirmatio religioſa. *Cic. 2. off.*
Iuraui lingua, mentem iniuratam gero. *Idem 1. off.*
Præſente flagello non poſtules iuramentum. *Apol. apud Stob.*

Qui

Qui iuramentum à malo viro poſtulat, inſanit. *Ibidem.*

Amatorum iuramenta Deorum non ſubeunt aures. *Calim. apud ſtob.*

Iuramenta non fidem afferunt viris, ſed viri iuramentis. *Sophoc. apud ſtob.*

Iurans ex calore iracundiæ non obligatur. *Apud iuriſp.*

Iuramētum interpretatur ſecundum intentionem deferentis. *Ibidem.*

Iurans facit præſumi verum, quod iuratum eſt, niſi contrarium probetur. *Ibidem.*

Iuramentū obliuionem impedit. *Ibid.*

Iurans per metum ſeruare contractū, ſoluendo non cenſetur, approbare, & repetere poteſt. *Ibidem.*

Probis viris etiam iniuratis eſt habenda fides. *Ibidem.*

Non eſt contra Dei præceptum iurare, ſed dum vſum iurandi facimus, periurii crimen incurrimus. *Iſid.*

Graviter autem delinquunt, qui ſibi loquentes iurare cogunt. *Idem.*

Aſſiduitas iurādi periurii conſuetudinē facit. *Idem Solil. lib. 2. cap. 35.*

Non penitus iurare prohibuit, ſed occaſionem periurii, quod perfectius

eſt,

eſt,euitare docuit. *Hug. apud Math. Non periur.*

Si autem ſcit eũ feciſſe, nouit feciſſe, vidit feciſſe,& cogit iuuare, homicida eſt. *Idem de verb.apoſt.*

Veritas iuramento non indiget. *Ibidem.*

Iuramentum magis indicium incredulitatis,quàm fidei. *Chryſ.ſup.ep. ad Eph.hom.2.*

Ad iurandum facilis parum pietatis habet. *Ibidem.*

Nemo eſt,qui frequenter iuret,qui aliquandò non periuret, ſicut qui conſueuit multa loqui, aliquandò loquitur importuna. *Idem ſuper Matth.5.*

## *Iuſtificatio,& Iuſtus.*

Iuſtificatio eſt decretum immutabilis electionis Dei ordinantis creaturam rationalem in finem glorię.

Non conturbabit iuſtum quicquid acciderit ei;impij autem implebuntur malo. *Prouer.cap.12.*

Os iuſti parturiet ſapientiam; lingua prauorum peribit. *Idem cap.10.*

Iuſtus comedit, & replet animam ſuam; venter autem impiorum inſatu-

ſaturabilis. *Prou.15.*
Iuſtus proſperitate turbatur. *Greg.4.mor.*
Prudentia iuſtorũ à ſapientibus mundi ſtultitia iudicatur. *Idem 10. mor.*
Laus ſua iuſtos cruciat, iniquos exaltat. *Idem 26.mor.*
Iuſtorum bona vſque ad terminum vitæ creſcunt. *Idem 8.mor.*
Iuſti afflictionem requiem putant. *Ibidem.*
Eſca iuſtorum eſt peccatorum conuerſio. *Idem 4.mor.*
Noli eſſe iuſtus multum. *Ber. ſuper pſal.90.*
Recta facere, & inutilem ſe præſtare, apud paucos reperitur. *Idem in epiſt.*
Iuſtorũ uita totius philoſophiæ continet doctrinam. *Chryſ. ſuper Gen. hom.54.*
Nunquã iuſtus ſolus eſt, quia eſt cum Deo ſemper. *Ambr.3.de virg.*
Iuſti nec præſentia bona curant, nec præſentia mala timent. *Greg. moral.*

*Iuſtitia.*

Iuſtitia eſt virtus animi vnicuique ſecundum dignitatem diſtribuens. *Ariſt.*

*Ariſt. apud Diog. lib. 5.*

Sine iuſtitia impoſſibile eſt habitare ciuitatem. *Idem polit. 3.*

Iuris præcepta tria, honeſtè viuere, alterum non lędere, ius ſuum vnicuique tribuere. *Apud Iuriſp.*

Iuſtitia ſine prudentia plurimum poterit, ſine iuſtitia nihil valet prudentia. *Cic. 2. off.*

Nihil eſt tam iuri inimicum, quàm vis. *Idem pro Cæcin.*

--*Verum illud Chreme,*

Dicunt ſummum ius, ſumma ſæpè iuſtitia eſt. *Ter. in Neautont.*

Sine iuſtitia ne Iuppiter quidem principem agere poteſt. *Lud. Vines.*

Nihil præter æquum faciendum. *Ex apoph.*

Ius eſt legis inſtitutum, à quo iuſtitia proficiſcitur. *Apud Iuriſc.*

Iuſtitię partes ſunt non violare homines. *Ibidem.*

Iuſtitia eſt vnicuique, quod ſuum eſt, reddere. *Ber. in epiſt.*

In ſemita iuſtitiæ vita, iter autem deuium ducit ad mortem. *Prou. 28.*

Nimia iuſtitia incurrit peccatum, temperata iuſtitia facit perfectos. *Aug. de verb. relig.*

Remota iuſtitia, quid ſunt regna, niſi ſumma latrocinia ? *Idem lib.2. de Ciu. Dei.*

Omnes virtutum ſpecies vno iuſtitiæ nomine continentur. *Hier. ad Demetr.*

Iuſtitia magis alijs, quàm ſibi prodeſt, & vtilitates ſuas negligit, communia emolumenta præponens. *Ambr. lib. de par.*

Iuſtitiæ actio libertas dicitur. *Anſel. ſuper ep. ad Rom.*

Tanta eſt iuſtitiæ vis, vt cum oculos in cęlos ſuſtulerit, à Deo omnia cōſequatur. *Lact. de falſ. ſap.*

Iuſtitia etiam hoſtibus debetur. *Ambr. in ep.*

Iuſtitiam diuinam poſt peccatum non timere periculoſum eſt. *Greg. ſuper 1. Reg.*

Iuſtitia ſine miſericordia non eſt iuſtitia, ſed crudelitas; & miſericordia ſine iuſtitia nō eſt miſericordia, ſed fatuitas. *Chryſ.*

*Iuuentus.*

Iuuentus eſt flos ætatis.

Iuuenis non poteſt eſſe ſapiens, quia prudentia requirit experientiam; quæ tempore indiget. *Ariſt. Eth. 6.*

Potentia eſt in iunioribus, ſapientia autem

autem in ſenioribus. *Idem polit.7*

Iuuenes ſunt faciles credituri, propterea quod nondum in multis decepti ſunt. *Idem Rhet.lib.2.cap.17*

Iuuenes ſunt facilè ſeducibiles, ſperãt enim facilè. *Ibid*

Præmijs animi iuuenum ad virtutem accendantur: quæ, ſi detrahas, ipſa virtus elangueſcit. *Ex apoph.*

Ætatem teneram optime deterret à peccando pudor, qui nuſquàm non adeſt, ſi quis ſe ipſum reuereatur. *Ibidem.*

Iuuentus imperata faciat, ſenectus imperare debet. *Plut.*

Iuuenum impetus omni cura, & diligentia coercendi, & reprimendi ſunt. *Idem de vit.mor.*

Iuuenum mores ſępè in dies, varieque mutantur. *Plat.11.de leg.3.*

Iuuenibus conueniunt multi, multiq; labores. *Idem 7.de Rep.*

Iuuentus ſenum prudentia nitatur. *Cic.*

Voluptate, & delitijs facilè iuuentus intercipitur. *Idem in Vat.*

Iuuentuti ludus quidam, & voluptas aliquando permittatur. *Idem.*

Ferarum morſus ornamenta ſunt iuuentutis. *Tert.*

Sint

Sint procul à nobis iuuenes, & fęmina compti, Fine coli modico forma virilis amat. *Ouid.ep.4.ad Herod.*

Difficile eſt aliquid de iuuenibus diuinare, eſt enim ætas incerta, ſine ſcopo, multis mutationibus obnoxia, & aliàs aliorſum agitur. *Theoph.apud Stob.*

Iuuenili ætati remedium adhibēdum eſt pro ſupplicio. *Ex apoph.*

Attenuant iuuenum vigilatæ corpora noctes. *Ouid.1.de art.amand.*

Calor ætatis vix ſinit iuuenes ſeruare modum. *Ex apoph.*

Iuuentutem qui ſine fructu præterijt, ſaltem in ſenectute reſipiſcat. *Greg.*

Iuuētus otioſa omni beſtia immanior. *Chryſ.ſuper Matth.hom.38.*

Iuuentus neglecta ſylueſcit. *Idem ſuper Matth.hom.51.*

Iuuentus pro ſe ipſa ad ruinam procliuis. *Idem ſuper Gen.hom.61.*

Impoſſibile eſt iuuenem vitijs carnis non tentari. *Hier.*

Iuuenis caſtitatem exerceat, vt ſit dignus ſapientia Dei. *Aug.de temp. ſer.249.*

Iuuentus, & ſenium ſimul in animo eſſe poſſunt. *Idem lib.1.retra.*

*Labor.*

## L

### Labor.

LAbor eſt corporis exercitium cum defatigatione membrorum. *Apud medicos.*

Nemo eſt vir fortis, ac ſtrenuus, qui laborem fugit. *Sen. ep. 22*

Neceſſe eſt, vt opprimant onera, quæ ferente maiora ſunt. *Idem de tranq. anim.*

Non eſt viri timere ſudorem. *Idem ep. 30.*

Si quid honeſtum cum labore feceris, labor abijt, honeſtũ manet; ſi quid turpe cum voluptate, turpitudo manet, honeſtum abijt. *Idem.*

Naſcitur ex aſſiduitate laborum animi hebetatio quædam, & languor. *Idem de tranq. anim.*

Conſuetudo enim laborum perpeſſionem dolorum efficit faciliorem. *Cic. Tuſc. quæſt. 2.*

Onus non eſt appellãdum, quod cum lætitia feras, ac voluptate. *Idem in Verr.*

Labor aſſiduus theſaurum parit. *Aeſop.*

Nemo abſque ſpe præmii laborem ſubiit. *Idem.*

Quod cum maiori labore acquiritur, magis

Digitized by Google

magis diligitur. *Ariſt.9.Eth.*

Labor excitat,& ſenium inducit:vnde multū laborantes,magis ſeneſcunt. *Idem de long.vit.*

Circa labores, & pericula fortitudine opus eſt,ac patientia. *Plut.de fort.*

Labor (vt aiunt) bonæ famæ eſt pater. *Heſ.apud ſtob.*

Labor fit ſe ipſo fortior. *Ibid.*

Labores gloria ſequitur. *Ibid.*

Laborare nolle,iuueni turpe eſt. *Ibidem.*

*--Labor omnia vincit.*

Improbus, & durus, vrgens in rebus egeſtas.

*Virg.in Georg.*

Par eſt fortuna labori. *Idem.*

Spe otij ſuſtentatur labor. *Idem.*

Viris labor,mulieribus munditiæ conueniunt. *Salu.in iug.*

Vaſtitas inſtantis laboris omnia debilitat. *Colum.l.b.4.*

Labor, & periculum impeditur, vbi honor,& emolumentum ſperatur. *Liu.decad.1.lib.4.*

Labor,& voluptas diſſimillima natura ſocietate quadam iuncta ſunt. *Ibidem.*

Dum vires animi ſinunt, tolerate labores,

Iam

Iam veniet tacito curua ſenecta pede.
*Ouid.lib.3.de art.amand.*

Labor amantium, labor piſcantium; Labor venantium non eſt labor.
*Plaut.*

Omnia ſunt iuueni duro tentanda labori.
Vt ſenior lætos tranſeat ille dies.
*Elegiacus Scolaſticus.*

Quæ laborioſa ſunt iuuentuti ſtudia, hæc ſunt iucũda ſenectuti otia *Sen.*

Libentius ſuſcipitur labor pro deſiderio voluptatis, quàm pro amore virtutis. *Leo PP. de ieiun.*

Ad incertum nemo vult laborare. *Lact. lib. 3.*

Inter laborandum eſt pſalendum. *Aug. de oper. men.*

Homo ad laborem natus eſt, ſi refugit laborem, non facit id, ad quod natus eſt. *Ber. in decl.*

Labor noſter inanis, niſi manus Domini adiuuet. *Hier. ſuper Gen. hom. 5.*

Laborem, & dolorem multi ſuſtinẽt, quem Deus non conſiderat. *Ber. ſer. de pœnit.*

Labor malos mores corrigit. *Chryſ. ſuper pſal.*

*Laus*

## Laus.

Laus eſt ſermo elucidans magnitudinem. *Ariſt. Rhet. 1.*

Laus,& actio gratiarũ debetur danti, & non accipienti. *Idem Eth. 4.*

Optimorum non eſt laus, ſed aliquid melius laude. *Idem Metaph.*

Nullus homo ſanæ mentis ſe ipſum laudat. *Idem Eth. 3.*

Aequa laus eſt, & à laudatis laudari, & ab improbis improbari. *Io. Picus lib. 1. ep.*

Auctor eſt rerum cunctis tutella ſuarum. *Val. Flac. lib. 5. arg.*

Reſpue, quod non es, tollat ſua munera cerdo,
Tecum habita, & noris, quàm ſit tibi curta ſupellex. *Perſ. ſat. 4.*

Nemo me laudis nimium lætetur honore,
Ne vilis factus, poſt ſua facta gemat. *Maxim. Pad.*

Laus vera humili ſæpè contigit viro. *Sen. in Trieſt.*

Lauda parcè, & vitupera parcius. *Idem in ep.*

Bonum eſt laudari; ſed præſtantius eſt eſſe laudabilem. *Idem lib. 1. de mor.*

Qui ſe ipſum laudat, citò inueniet deriſo-

riſorem. *Idem in prou*

Laudare ſe vani; vituperare ſtulti eſt *Idem lib.7.*

At, qui fauoris gloriam verè petit, an mo laudari magis, quàm voce vo let. *Idem ex tragæd*

Clarior laus eſt, quò maior eſt, quem dixeris. *Curt.lib.8*

Multò deformius amittere, quàm n aſſequi laudem. *Plin.iun.lib.*

Laudabilia multa etiam mali faciunt laudare autem, niſi optimus, non poteſt. *Idem in paneg.*

Multi vero laudē amittunt, quoniam ipſi eam de ſe prædicant. *Varro.*

Magna laus non abeſt ab admiratione, admiratio autem, quæ maxima eſt, non parit verba, ſed ſilentium. *Gell lib.4.*

Nulla ſit auditio laude ſuauior. *Xenoph. apud Plut.*

Reprehenditur collaudatio, in qua, vt cuncta, & maxima proferantur, falſa proferuntur. *Plut. de amore.*

Laudare eſt acerrimus mouendi ſtimulus. *Hor.od.6.lib.4*

Sunt qui nihil laudant, niſi quæ ſe imitari confidunt. *Cic.2.Tuſc*

De ſuis homines laudibus inſolenter

qui-

Digitized by Google

quidem, & libenter prædicant. *Caeſ.de bell.ciu.lib.2.*

Etiam laus nimia onus eſt. *Zen.apud ſtob.*

Graui ſermoni non conuenit laus ridicula. *Aeſop.*

Laudet te os alienum, non tuum; extraneus, & non labia tua. *Prou. cap.27.*

Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. *Eccl.cap.15.*

Qui à malis laudatur, timeat, ne aliquid mali fecerit. *Anſ.apud Lact. lib.1.*

Humanæ laudes ſimul apparent, & euaneſcunt. *Chryſ.*

Laus, dum vitatur, appetitur. *Hier. in ep.*

Laus hominum tentatio periculoſa. *Aug.lib.10.conf.*

Laudator errans ingens eſt malum. *Idem lib.7.de Trinit.*

Laus à conſcientia, non à vulgo æſtimanda. *Idem tract.6.ſuper ep.B. Ioann.*

Laus bonorum operum comes. *Idem lib.10.confeſſ.cap.37.*

Laus mundi parum prodeſt, ſi conſcientia criminis mordet.

*Idem ſuper Ioan.*
Ibi eſt à vanitate remota laudatio, vb etiam vituperatio ab offenſione eſ ſecura. *Idem in diaſc*
Cum pro bono opere laus tranſitori quæritur, æterna retributione re digna vili precio venundatur. *Greg. in paſtoph.*
Laudes quærere, vt maiora operetur fallitur. *Idem in 2. regiſt.*
Velle laudem addere in verè lauda to, decipere eſt. *Ambr.*

*Lectio, Studium.*

Studium eſt animi aſſidua, & vehemens applicatio ad aliquid agendum cum ſumma voluptate occupati. *Tull. Rhet. art. vet. lib. 1.*
Lectionem ſine vlla delectatione negligo. *Idem 2. Tuſc.*
Suo quiſque ſtudio maximè ducitur. *Idem 5. de finibus.*
Vt ex ſtudiis gaudiũ, ſic ſtudia ex hila ritate proueniunt. *Ibidem*
Onerat diſcentem turba librorũ, nor inſtituit. *Sen. ep. lib. 1*
Qui legere non poteſt quantum habet, ſat eſt habere quantum legat. *Idem ep lib. 2.*
Ait lectio ingenium. *Idem in epiſt 86.*

Cum

Cum igitur multa percurreris, vnum excerpe, quod illa die concoquas. *Idem ep. 1.*

Non refert quàm multos habeas libros, ſed quàm bonos, lectio crebra prodeſt, varia delectat. *Idem ep. ad Lucil. lib. 6.*

Non qui plurima legit, ſed qui vtilia, ſpecioſus habendus. *Ariſt. apud Diog. lib. 1.*

Multum legendum, ſed non multa. *Plin. iun. lib. 6.*

Quid te vana iuuant miſeræ ludibria cartæ?
Hoc lege, quod poſſis dicere, iure meum eſt. *Mart. lib. 10 epigr.*

Nulla dies abeſt, quin linea ducta ſuperſit. *Apellis prouerb.*

Lectio tunc vtilis eſt, cum facimus ea, quæ legimus. *Aug. in lib. de oper. mon.*

Nutri animam tuam lectionibus diuinis, parabis enim tibi menſam ſpiritualem. *Idem.*

Legimus aliqua, ne negligantur, legimus, ne ignoremus, non vt teneamus, ſed repudiemus. *Ambr. ſuper Luc lib. 1.*

Lectio iterata aperit obſcura. *Chryſ.*

Lectio ſcripturarum munitio eſt aduerſus peccatum. *Idem.*
Sit ipſa lectio temperata, cui finem conſilium, non laſſitudo imponat. *Hier. ad Demet.*
Illa ſtudeamus diſcere in terris, quorum nobis notitia perſeueret in Cęlis. *Idem.*
Sicut enim ex carnalibus eſcis alitur caro,ità ex diuinis lectionibus interior homo nutritur, & paſcitur. *Baſil.*
Semper enim ſuperbi legunt; & nunquàm inueniunt diuinæ legis penetrabilia. *Idem.*
Cum verò legimus, Deus nobiſcum loquitur. *Idem.*

## *Lex.*

Lex eſt ciuilis inſtitutio abſque certi temporis termino. *Plat. in diff.*
Lex eſt veritatis inuẽtio. *Idem de reg.*
Lex omnium mortalium, & immortalium regina. *Idem in Gorg.*
Lex vtilitati cedit. *Val. Max. lib. 3.*
Improbus orator leges ſubuertit. *Pub. Mim.*
Non quantùm valeat decretum, ſed voluntas ſcriptoris attendenda eſt. *Dem. aduer. Ariſt.*
In legibus ſita eſt iudicum auctoritas.

tas. *Idem cont. Mid.*

Legum auctoritas prauitati conſuetudinis præferenda. *Idem cont. Mid.*

Leges ſunt inuentæ, quæ cum omnibus vna, atque eadem voce loquerentur. *Cic. 2. off.*

Silent leges inter arma. *Idem pro Mil.*

Antiquis legibus vtere, obſoniis verò recentibus. *Demetr. Phaler.*

Oportet leges acriter ſtatui, mitius autem, quàm ipſæ iubent, pœnas ſumere. *Sen. apud ſtob.*

Non agnoſcunt leges, ac iura miſeros. *Quint. declam. 12.*

Vbi eſt ſumma legum auctoritas, ibi eſt nimium tyrannidis. *in apoph.*

Ciuilia iura violari poſſunt, naturæ non poſſunt. *Ibidem.*

Reſpice, quid moneant leges, quid curia mandet. *Iuu. ſat. 8.*

Iura metu iniuſti inuenta. *Hor. lib. 1. ſer.*

Lex noua ſemper antiquam abrogat. *Liu. lib. 3.*

Ratio naturalis pro lege ſufficit. *Apud iuriſp.*

Leges ſunt vniuerſales, & vniuerſaliter loquuntur. *Ibidem.*

Lex vnumquodque vitium prohibet. *Ibidem.*

Ratio legem commendat. *Tert. de coron. Milit.*

Quid faciant leges, vbi ſola pecuni regnat?

At vbi paupertas vincere nulla poteſt. *Petron. Arbit. Satiri.*

Patere legem, quam tu ipſe tuleris. *Cato.*

Leges ex ſe omnes optimæ; indices tum boni, tum mali.

Lex omnium artium ipſa ueritas, *Auguſt. de verb. relig.*

Acrius puniuntur, qui ſub manifeſta lege peccant. *Idem in quæſt. ex vir. teſt.*

Quod lex minando impetrat, hoc fides credendo impetrat. *Idem de Spir. & lit.*

Leges conſcientiam punire nequeūt. *Lact. de ira Dei.*

Laborem legis Chriſtus mutauit in libertatem. *Greg. 28. mor.*

Lex à loco vim habet. *Idem aduerſ. iud. orat. 4.*

Lex naturæ maior, quàm legum præſcriptio. *Ambr. 2. de Abraham.*

In plebem vim habent leges, in potentes

tentes mutæ. *Pius 2. apud Plat.*
Res grauiores armis, non legibus diffiniuntur. *Ibidem.*
Lex non inuenitur abſque pęna. *Chr ſ. ſup. Act. Apoſt hom. 5.*
Legis exercitia corrigunt animam. *Idem ſuper Matt. hom. 40.*

*Liberalitas.*

Liberalitas eſt virtus animi honeſtorum ſumptuum miniſtra. *Ariſt. de virt. & uit. diuiſ.*
Qui homini nequam ſtat, non homini dat, ſed humanitati. *Idem polit. 2.*
Difficile eſt largum fieri diuitem. *Idem eth. 5.*
Dare habita grauius eſt, quàm dimittere acceptionem eius, quod non habetur. *Idem eth. 4.*
Ea liberalitas probanda eſt, quæ ſine periculo exiſtimationis eſt. *Cic. 3. in Verr.*
Largitio fundum non habet. *Idem 2. off.*
Cuncta manus auidas fugiẽt hęredis, amico quæ dederis animo. *Hor. od. 7 lib. 4.*
Liberalitate vitia tegũtur. *In hiſt. ſax.*
Si Deos imitaris, da etiam in gratis, nã & ſceleratis ſol oritur, & piratis maria patent. *Sen.*

Multi ſunt, qui non donant, ſed proij ciunt, non voco liberalem pecuniæ ſuæ iratum. *Idem 83.ep*

Liberalitatis duo ſunt maximè probabiles fontes, verum iudicium, & honeſta beneuolentia. *Val. Max lib.4.*

Tibi accipere, ſed mihi nequaquam dare, ſatis eſt. *Idem*

Liberalitas eſt motus quidam animi, faciens, & approbans liberas largitudines, ſine ſpe retributionis. *Auguſt. de diff.*

Liberalitas non cumulatione patrimonii, ſed largitatis definitur affectu. *Idem lib. de Vid.*

Liberalitate liberalitas perit. *Idem.*

Modus liberalitatis tenendus eſt, vt quod benefacis, quotidie facere poſſis. *Ambr.*

Nemo enim plùs tribuit, quàm qui ſibi nihil relinquit. *Idem lib. 1. de Viduis.*

Non ſolum quæritur quantum, ſed de quanto, & quanto animo detur. *Idem ſuper ep. ad Corinth.*

Non illa perfecta eſt liberalitas, ſi iactantiæ cauſa magis, quã miſericordię largiaris, affectus tuus nomẽ imponit.

ponit operi tuo. *Idem lib. 1.*

Nunquàm eſt vacua manus à munere, ſi arca cordis plena eſt bona voluntate. *Greg. 19. mor.*

Benè propria diſpenſat, qui fideliter, aliena miniſtrat. *Idem.*

Semper illi, quod largiatur, occurrit, cui bene velle non deficit. *Leo PP. in appar. Dom.*

### *Libertas.*

Libertas eſt vitæ dominium, dominatio in omnibus abſoluta propriæ vitæ licentia. *Plat. in diff.*

Nimia libertas non in aliud conuertitur, quàm in nimiam ſeruitutem, & publicè, & priuatim. *Idem 8. de Rep.*

Omnes profectò liberi libentius ſumus, quā ſeruimus. *Plaut. in Capt.*

Tyrannidis, & libertatis naturale diſſidium. *Demoſt. in Philip. orat. 4.*

Serui non liberi eſt, quæ quis ſentiat, non dicere. *Eurip. in Phæniſ.*

Præſtantius eſt ſuam ſeruare, quàm alijs adimere libertatem. *Ex apoph.*

Nemo liber, qui cupiditatibus ſeruit. *Ibidem.*

Nulla voluptas viris ingenuis libertate ſuauior. *Ibidem.*

Vbi regnat luxus, ibi libertas diù eſſe

non poteſt. *Ibidem.*

Omnibus Regibus natura inuiſa eſt populi libertas. *Ibidem.*

Qui multis eget, liber eſſe non poteſt. *Ibidem.*

Qui vitijs ſeruit, verè liber non eſt dicendus. *Ibidem.*

Libertas bene magno emitur, nec ſine negotio ſeruatur. *Ibidem.*

Liber is eſt, qui nulli turpitudini ſeruit. *Cic. in parad. penult.*

Libertatis proprium eſt viuere, vt velis. *Ibidem.*

Acriores ſunt morſus remiſſæ libertatis, quàm retentæ. *Idem 2. off.*

Libertas in dicendo ſignum eſt ingenuitatis; ſed occaſionis diuerſitas periculum habet. *Democr. apud ſtob.*

Liberis precium ſeruitutis ingratum eſt. *Curt. li. 6.*

Liber non eſt, quem ſuperbus inflammat animus. *Sen. in prou.*

Libertas, & ſeruitus, ſi modum obſeruent, vtraque bona; ſi modum excedant, vtraque mala. *Idem ep. 19.*

Beſtias, quas delectationis cauſa concludimus, cum copioſius alantur, q̃ ſi eſſent liberæ, non tamen patiũtur ſe contineri. *Iuu. 5. de fin.*

Maxima eſt libertas, quam qui ſapit, non

non permutaret cum Perſarum regno. *Plut. de Lacem. inſtit.*
Omnia auferenti à te cede, præter libertatem. *Xiſtus.*
Libertas per inertiam amittitur. *Val. Max.*

Liber eſt, quem conſcientia non accuſat. *Greg. in reg.*
Libertas ſæpè interitus cauſa. *Auguſt. tract. 7. in exp. in Euang. Ioan.*
Liber eſt bonus homo, etiamſi ſeruiat. *Idem 4. de ciu. Dei.*
Libertas indignatur, ſi opprimitur. *Hier.*

*Licentia.*

Licentia eſt facultas non immodica, impunitaq; quædam facultas agendi, dicendique quicquid velis.
Deteriores ſumus licentia. *Ter. ex Heautont. Nimia licentiæ.*
Profectò euadet in aliquod magnum malum. *Idem ex Phorm.*
Quod licet, ingratum eſt, quod non licet, acrius vrit. *Ouid. lib. 1 1. amor.*
In peiora datur, ſuadetque licentia luxum. *Claud. de 4. non. conſ.*
Quod vna via prohibetur, non debet altera concedi. *Ibidem.*
Conceſſio non valet de eo, quod eſt

prohibitum. *Ibidem.*
Luxum ſuadet licentia. *Plaut.*

Extorta, ſeu coacta licentia, non licentia, ſed violentia eſt. *Ber. in ep.*
Non omne, quod libet, licet, nec quod licet, ſtatim expedit. *Ibidem.*
Ad vtilitatem Eccleſiæ aliqua ſunt diſpenſanda, vbi neceſſitas expedit. *Idem de præcep. & diſcipl.*
Licentia, niſi coerceatur, parit audaciam, quæ ad omne flagitium, & facinus euadet. *Lact.*
Omnia mihi licent; ſed non omnia expediunt. *Apoſt. ep. 1. ad Rom.*
Obrueret quiſque innocentia, ſi laxaretur audacia. *Caſſi. lib. 4. c. 39.*
Diſpenſatio rerum tuarum pro te ipſo fiat. *Ambroſ. ſuper epiſt. ad Timot. hom. 14.*

Lingua.

Nam lingua mali pars peſſima ſerui. *Iuu. ſat. 9.*
Lingua eadem optima, & peſſima. *Ariſt. de off. aud.*
Natura cuilibet geminas aures tradidit, & linguam vnicam, quod plura oportet hominem audire, quàm loqui. *Plut. de off. aud.*
Auribus frequenter, quàm lingua vtere.

vtere. *Sen.li.de mor.*

Sermonis vitium in lingua eſt; facti vero in animo. *Antiph apud Stob.*

Lingua non diſcrepet à mente. *Demetr.Phaler.*

Hominibus nunquàm conuenit plus factis linguam habere. *Eurip. in Ecub.*

Incontinens lingua morbus turpiſſimus. *Idem in Oreſt.*

Linguæ præire animo non permittendum. *Chilo apud Diog. lib. 1.*

Continere linguam eſt omnium difficillimum. *Pythag.*

Nil melius lingua, lingua nil peius eadem,

Triſtia cum dulci toxica melle gerit. *Fauſt.Poet.*

Lingua dicitur, quia lingit adulando, mordet detrahendo, attrahit, mentiendo, ligat, & ligari non poteſt. *Hug.lib. 1.de anim.*

Linguæ unitas facit cohabitationem. *Chry.ſuper Gen.hom.30.*

Lingua, quàm littera, efficacior. *Ber. in ep.*

Lingua modicum membrum, ſi refrenata non fuerit, totum corpus corrumpit. *Idem ad Sor.*

Lingua,& ſi multa mala faciat, tamen eſt bona. *Idem de trip.ſer.1.*

Hominis eſt aĩam prçparare,& dñi gubernare linguam. *Prou.cap.16.*

Mors,& vita in manu linguæ, qui diligunt eam,comedent fructus eius. *Prou.cap.18.*

Lingua fallàx non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas. *Prou. cap.26.*

*Vide etiam,quæ habes in verbo* Loquacitas *vltra.*

*Lis,litigium,vel cauſa.*

Diuerſitas opinionum eſt cauſa litis. *Ariſt.Metaph.5.*

Multi litigant non tàm, vt ipſi conſequantur aliquid, quàm vt alios vexent,atque moleſtent. *Heſiod.*

Maior plerunque lite eſt quæſtio. *Quint.declam.15.*

Cum pari cõtendere, anceps eſt, cum ſuperiori,furioſum, cum inferiori, ſordidum. *Sen.*

Quæſtio res minuit,odium creat,incitat iram:

Pro lucro damnum ducere ſemper ſolet. *Iacob.Beneu.c.29.*

Satius eſt paruo ære recuperare theſaurum, quàm in ambiguam litem deſcendere. *Petron.Arbit.*

Inter

Inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia. *Prou.c.13.*

Ne litiges cum homine potente, ne fortè incidas in manus illius. *Eccl.c.8.*

Contentiones de terrenis diù habere religioſis indignum eſt. *Gregor. in Reg.*

Contentiones per firmam pacis concordiam componere, valde laudabile. *Ibidem.*

Genus humanum ad contentiones eſt natum. *Chryſoſ. ſuper Act. Apoſt. hom.7.*

Diuitum eſt litigare. *Idem ſuper Matth. hom.16.*

In cauſis ſemper eſt ſuſpecta potentia. *Caſſ. ep. lib.36.*

*Vide etiam in titulo Aduocat.*

## *Locus.*

Locus eſt ſuperficies ultima corporis ambientis immobilis. *Ariſtot. 4. phiſ.*

Viri loca faciunt honorata, non uiros loca. *Plut. in apoph.*

Anguſtiæ, & incommoditas locorum rixas pariunt. *Dem. in argum. lib.*

Quibus

Quibus in locis calamitoſus aliquis fuit, ad iſtos accedere nequaquam gaudet. *Idem apud Stob.*

Omni loco benè viuere poſitum eſt. *Sen.ep.20.*

Non corpori tantum, ſed etiam moribus ſaluber locus eſt eligendus. *Idem ep.51.*

Multum ad tranquillitatē locus confert. *Idem ep.53.*

Veteres inquilinos indulgentia loci, & conſuetudo, etiam inter iniurias detinet. *Idem ep.71.*

Salubritas loci non incolarum colore detegitur, quoniam aſſueti in peſtilentibus durant. *Plin.Sen.lib.18.*

Singula quæque locum teneant ſortita decenter. *Hor.de art.poet.*

Medius locus tutus eſt. *Ber.*

Caſtitas etiam loci abolet infamiam, non locus infamat caſtitatem. *Ambr.1.de virg.*

Locum appetēs indebitè ſuperiorem, in vltimo eſt conſtituendus. *Greg. in Reg.*

Locus iuſtorum eſt bona conuerſatio. *Idem 1.Reg.*

Si locus ſaluare potuiſſet, Sathan de

cælo non decidiſſet. *Idem ſuper Ezech. hom. 9.*

*Loquacitas.*

Loquacitas eſt reſoluta loquendi ſine ratione intemperantia. *Plut. in diff.*

Multa cognoſcendi ſtudium comitatur garrulitatis vitium. *Plut. de curioſ.*

Fieri non poteſt, vt garrulitatem non comitetur maledicentia. *Ibidem.*

Garruli ſunt, tanquam vaſa mente vacua, ac ſomno plena. *Idem de garr.*

Duo ſunt prima, & maxima, audire, & audiri; quorum neutrum contigit garrulis. *Ibid.*

Garruli ſermo imperfectus, & inutilis. *Ibid.*

Garruli, dum volunt amari, in odia incidunt, dum gratificari, moleſtiã afferunt, dum admirationi eſſe, deridentur. *Ibid.*

Garruli neminem audiunt, & ſemper loquuntur. *Ibid.*

Percunctatorem fugito, nam garrulus ipſe eſt. *Hor. lib. 1. epiſt. ad Lol.*

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat,

Tãtalus, hoc illi garrula lingua dedit. *Ouid. lib. 2. eleg.*

Mallem indiſcretam prudentiam, quam

quam ſtultam loquacitatem. *Cel. lib. 1.*

Garrulo non reſpondere conuitiũ eſt. *Sen.*

Si continuè multa, & celeriter loqui ſignum eſſet prudentię, hirundines dicerentur ſapientiores nobis. *Eurip. apud Stob.*

Tyrannicum quidem eſt multa loqui ſcire. *Ibidem.*

Multiloquium non ſolũ auditori moleſtum, verum ad perſuadendum inutile, prę ſertim variis curis occupatis. *Ibidem.*

Non iteratum dicitur, quod factum eſſe neſcitur. *Aur. apud Plat.*

Auaritia quædam eſt omnia velle dicere, & nihil audire. *Philo apud Stob.*

Ex multiloquio plerunque naſcuntur incommoda. *Ex apoph.*

Stolidi oratoris inanis loquacitas reſponſo eſt indigna. *Ibidem.*

Effectu caret loquacitas, taciturnitas autem certiora habet conſilia. *Ibidem.*

Multa verba nequaquam arguunt ſapientem opinionem. *Ibidem.*

Indecenter is magnificè loquitur, cui vires non ſuppetunt orationi pares.

pares. *Ibidem.*

Nihil effutiendum eſt, ſi quid liberius in conuiuio ſit dictum. *Ibidem.*

Virtutem primam eſſe puto compeſcere linguam. *Cato.*

In multis ſermonibus inuenitur ſtultitia. *Prou. cap. 16.*

Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem. *Eccl. cap. 5.*

Vbi eſt multiloquium, ibi frequenter eſt mendacium, vbi mẽdacium, ibi peccatum. *Hier. de ſilent.*

Eſt tempus, quandò nihil, eſt tempus, quandò aliquid, nullum autem tẽpus, in quo dicenda ſunt omnia. *Hugo de diſcipl. monaſt.*

Vanus ſermo vanæ conſcientiæ eſt iudex, & mores hominis lingua pãdit. *Idem lib. 2. de anim.*

Vanus ſermo citò polluit mentem, & facilè agitur, quod libẽter auditur. *Iſid. in ſinon. Solil.*

Loquacitas inter epulas valdè effrenis. *Greg. lib. 1. mor.*

Multiloquium rarò abſque peccato. *Chryſ. ad pop. Ant. hom. 21.*

Qui conſueuit multa loqui, aliquando loquit᷑ importuna. *Idẽ ſup. Matth.*

Ta-

Talis eſt homo in mẽte, qualẽ verboſitas depingit in ore. *Aug. de Serm. Dom.*

## *Lucrum.*

Lucrum eſt auxilium indigentiæ. *Ariſt. Eth. 8.*

Duo ſunt, pro quibus homines contendũt, lucrum, & honor, & eorum contraria. *Idem Eth. 1.*

Lucrum facit homines deteriores. *Idem polit.*

Omnis homo lucri cupidus. *Pl. de cup.*

Lucrum dulce eſt, quamuis ex fraude naſcatur. *Idem de aud. poet.*

Fidelis terra, infidele mare, inſatiabile lucrum eſt. *Demetr. Phaler.*

Damnum potius, quam turpe lucrum eligendum. *Diog. lib. 1.*

Niſi eſſet lucrum, nemo eſſet improbus. *Deiph. apud Volat.*

Vt paucis dicam, quantumuis ſapientem animum lucrum vi ſuperat. *Apud Stob.*

Spes mali lucri initium eſt iacturæ. *Zenoph. ibidem.*

Lucri bonus odor
Ex re qualibet. *Iuu. ſat. 14.*

Stolidus eſt, qui propter ſpẽ maioris, rem præſentem, & certam, licet par uam, non amplectitur. *Aeſop.*

Ne-

Neceſſe eſt facere ſumptum, qui quærit lucrum. *Plaut. ex Aul.*

Pecuniam in loco negligere, interdũ eſt lucrum. *Ter. in Adelph.*

Damnũ qui certat euitare, potior eſt, quam qui certat lucrum quærere. *Apud. iuriſp.*

In lucrando modus ſectandus.

Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia. *Eccl. cap. 13.*

Quæſtus magnus conſcientiæ puritas. *Chryſ. ſuper Matth. hom. 18.*

Lucri ſpes omnia difficilia facit iucunda. *Idem de ſacerd. lib. 3.*

Lucra interdum damni occaſione colligimus. *Idem ſuper Matth. hom. 9.*

Nemo iniuſtum habet lucrum ſine iuſto damno. *Aug. ſer. 48.*

Non ſic ſapit lucrum, quã dolet damnum. *Ibid.*

Lucrum in arca, damnum in conſciẽtia. *Idem de dec. plag.*

Quæſtum facilè negligit generoſus animus. *Hier.*

Pretium rebus imponit affectus. *Ambr. 1. deff.*

Voluntas fingendi, & mentiendi eſt eorum, qui lucrum deſiderant. *Lact. de falſ. relig.*

Honeſtum verò eſt lucrum, per quod nemo læditur, iuſtè acquiritur, & nulli præiudicatur. *Caſſian. in ep.*

Diuitias per bella quærere nefas eſt, per maria periculum, per falſitates opprobrium, per agriculturam verò licitum. *Caſſ. in ep.*

*Vide etiam in tit. Mercatura fol..*

## *Ludus.*

Ludus eſt quoduis ludicrum ad animi recreationem, vel corporis exercitationem fieri ſolitum.

Ludus in factis, iocus in verbis dicitur. *Laur. Val.*

Qui non dicunt aliquid iucundum, nec alios dicere patiuntur, rudes, & agreſtes videntur. *Ariſt. 4. eth.*

Iocus relaxationis cauſa eſſe debet. *Ibidem.*

Ludus eſt propter requiem. *Idem pol. 8.*

Ludus, & requies in vita neceſſaria. *Idem 4. eth.*

A primis annis pueri in honeſtis iocis ſunt exercendi. *Idem pol. 8.*

In

In huius vitæ conuerſatione quędam requies cum ludo habetur. *Idem 4.eth.*

Ludendi eſt quidam modus retinendus, ne nimis omnia profundamus. *Cic.1.off.*

Ludo, & ioco vti quidem licet, ſed ſicut ſomno, tunc, cum grauioribus, & ſerijs rebus ſatisfecerimus. *Ibid.*

Pueris nõ omnem licent iam ludendi demus, ſed eam, quæ ab honeſtis actionibus non ſit aliena. *Ibidem.*

Ludendo ſæpè paratur amor. *Ouid.3. de art.amand.*

Sic cum perdiderit, non ceſſat perdere luſor,
Et reuocat cupidas alea ſæpè manus. *Idem lib.1.de art.amand.*

Aduerſus miſeros inhumanus eſt ludus. *Quint.lib.4.*

Interdum miſceas iocos; ſed temperatos, & ſine detrimento dignitatis, & verecundiæ. *Sen.de 4.virt.*

Reprehenſibilis iocus eſt, ſi immodicus, ſi pueriliter effuſus, ſi muliebriter factus. *Ibidem.*

Fugienda eſt ſcurrilitas, grataq; vrbanitas eſt ſeruanda. *Ibidem.*

Ioco quidem vti licet, ſic, vt ridiculũ abſque

abſque ira dicatur. *Plat. 11. de leg.*

Qui cum moderatione iocatur, comes dicitur. *Ariſt. eth. 4.*

Ii gratioſè, & eleganter iocantur, qui opportunitatem norunt, & obſeruant. *Plat. in Symph.*

Ludos, & iocos non ſine liberali ſermone obire debemus. *Ibidem.*

Licet ioco, & riſu in amicos vti, ſed libertas in dicendo ſeria eſſe debet, ac moderata. *Idem de diſcr. adul. & amic.*

Iocus ſæpenumerò remiſſio eſt ſtudij. *Plat. de ſum. bon.*

Inſtrumenta luxuriæ tympana, & tripudia. *Iuſt. lib. 30.*

Aleator quantò in arte melior, tantò nequior. *Mim.*

Ludum quemque fuge, per quem tua perdere poſſis. *Iac. Beneu.*

In ſaltibus lætantur Dœmones, & exultant miniſtri Dœmonum. *Chryſ. ſup. Matth.*

Aleas inuenit Dœmon. *Aug. lib. 4. de Ciu. Dei.*

Ioci ab Eccleſia remouendi. *Ambr. 1. off.*

Saltatio ad adulteras pertinet, non ad pudicas, *Idem de virg. lib. 3.*

Lux

*Lux,Viſus.*

Lux eſt qualitas ſplendida luminoſi corporis.

Lux naturale eſt ſolatium. *Lur.lib.8.*

Oculorum ſenſum acerrimum. *Cic.2. de fin.*

Facilius ad ea,quæ viſa ſunt,quàm ad ea, quæ audita ſunt, oculi mentis feruntur. *Idem 3.de orat.*

A conſuetudine oculorum animum ſeducere eſt difficillimum. *Idem 2. de nat. Deorum.*

Oculi morum indices. *Dem.in orat. Amet.*

Totius hominis debilitas eſt oculos perdidiſſe. *Quint.decl.2.*

Non inuenies debilitatem,quę magis cum paupertate conueniat, quàm viſus priuatio. *Ibid.*

Certior aure arbiter eſt oculos.*Gaufr. in poet.cap.29.*

Quod magis impinguat equum, eſt oculus domini. *Colum.*

Facilius memorãtur ſemel viſa, quàm ſæpius audita. *Alex.Aphrodiſ.*

Videre inter ſenſus maximè cognoſcere nos facit.*Ariſt. Meth.1.cap.1.*

Non ſatiatur oculus viſu, nec auris

impletur auditu. *Eccl.cap.31.*
Oculi tui rectè videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. *Prou. cap.4.*
Impudicus oculus impudici cordis eſt nuntius. *Aug.de com.vit.cler.*
Lux oculorum regina. *Idem lib.10. confeſſ.cap.34.*
Cęcitas ipſa vitiis præſtantiam commendat. *Idem lib.22.de Ciu.Dei cap.3.*
Oculi ad cognoſcendũ ſunt principes. *Idem l.b.confeſſ.cap.35.*
Oculi ſunt feneſtræ animæ. *Greg.in Euang.hom.6.*
Subitò procedendo de vmbra ad ſolẽ, & de ocio ad laborem, graue cernitur omne, quod incipit. *Ber.*
Homo graues habens oculos, melius in loco tenebroſo, quàm in ſole poſitus videt. *Chryſ.ſuper Matth.6.*

## *Luxuria.*

Luxuria eſt nimia non modò in re venerea, verum etiam in molliorem veſtitum, lautioreſque epulas profuſio.
Iræ, & concupiſcentiæ venereorum transſmutant corpus, & quibuſdam inſanias faciunt. *Ariſt.eth.6*
Ama-

Amatores aggrediuntur audacter terribilia cauſa concupiſcentiæ. *Idem eth.2.*

Eſus carnium, potus vini, ventriſque ſaturitas ſeminarium libidinis. Idem eth.7.

Viri auidiores Veneris hieme, fœminæ æſtate. *Idem.*

Plures pudore peccandi, quàm bonæ voluntate prohibiti abſtinent. *Sen. apud Lucil.lib.11.*

Blandum malum eſt luxuria, quam accuſare facilius eſt, quàm vitare. *Val.Max.lib.9.*

Facilior eſt tranſitus de virtute ad luxuriam, quàm de luxuria ad virtutem. *Idem lib.2.*

Quàm facilè humanæ mentes venerea voluptate capiuntur. *Aeſop.*

*Caſta eſt, quam nemo rogauit,*
At ruſticitas non vetat, ipſa rogat.
*Ouid.de art.am.lib.1.cap.8.*

Fallere credentē non eſt operoſa puellam
Gloria, ſimplicitas digna fauore fuit.
*Idem de art.amand.*

Quid deceat, non videt vllus amans.
*Idem ep.1.*

Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.
*Idem.*

Non facile eſt taurum viſa retinere iuuenca,
Fortis equus viſæ sẽper adnitrit equę. *Idem.*
Diuitijs alitur luxurioſus Amor. *Idem 2. de rem. am.*
Et vires adimit Veneris damnoſa voluptas,
Nec ſolet in męſtus illa venire thoros. *Idem de Pont. lib. 2.*
Celari vult ſua furta Venus. *Idem.*
Luxuries perdulce malum, quæ dedita ſemper.
Corporis arbitriis hebetat caligine mentes. *Claud. lib. 2. in ſtib. laud.*
Libido belluis nos ſimiles reddit. *Gall. de cogit. & cur. an. aff.*
Inſtrumenta luxuriæ tympana, & tripudia. *Iuſt. lib. 30.*
Nec luxuriæ crudelitas, nec crudelitati luxuria obſtat. *Curt. lib. 9.*
Cornua qui faciunt, nec cornua ferre recuſent. *Carmen Scolaſt.*
Eſurientibus amara eſt Venus. *Cynicus apud Atheneum.*

Laſciuia eſt indecens motus diſſoluti animi, & corporis ex intemperantia carnali prodiens. *Caſſ. ſuper pſal.*
Qui autem nutrit ſcorta, perdet ſub-

ſtantiam. *Prou.cap.29.*

Vnde infirmitas, vnde mors tam intempeſtiua, niſi ex nimia ciborum copia, & frequenti mulierum vſu? *Hier.in Rubr.*

Enſis Diaboli luxuria. *Ibidem cap.de lux.*

Si quis capitur, non citò ſoluitur. *Ibidem.*

Turpes ſunt, qui ſe efferunt lætitia, cum voluptatibus venereis fruuntur. *Idem ad Damaſc.*

Semper voluptas famem ſui habet, & tranſacta non ſatiatur. *Ibid.*

Alia eſt carnis luxuria, qua caſtitate corrumpimur, alia corde, qua de caſtitate gloriamur. *Ber.in ſer.*

Libido aſpectu maximè concitatur. *Cæcil.firm.de beat.vit.lib.4.*

Libido quantò carni conſenſerit, tantò ſui ſit iniquior. *Fulg.lib.2.*

Propter ſpeciem mulieris multi perierunt. *Sap.*

Luxuria ætatem omnem fœdat, ſenectutem extinguit. *Pius 2. apud Plat.*

Luxuriosè viuentes ſenes fieri non expedit. *Chryſ.*

Graue eſt, virum fortem, qui ferro non vincitur, à libidine ſuperari.

*Idem de temp. ſer.243.*

Luxuria homicidas facit. *Idem in cap. Matth.14.hom.49.*

Libido modum neſcit. *Idem ſuper Matth.hom.23.*

Fornicatio ex amicitia naſcitur. *Idem ſuper ep.Paul.ad Teſſ.ca.3. hom.9.*

Fornicatio ocioſis peculiare crimen. *Idem in Matth.21.hom.40.*

Contra libidinis impetum apprehende fugam, ſi vis obtinere victoriam. *Aug.de hon.mul.*

Libido in paupere culpabilior. *Idem quaeſt.ex vir.teſt.*

Virorum peior eſt impudicitia propter ſuperbiam iactantiam. *Idem lib.2.de adult.coniug.*

Vbi vnius tabernaculi conuerſatio, carnis non facilè tollitur delectatio. *Idem in lib.de ſin.cler.*

Concupiſcentia minui poteſt, conſumi in hac vita non poteſt. *Greg. lib. 5.in Iulia.*

De ventris ingluuie luxuria naſcitur. *Idem 31.mor.*

Nō eſt morbus libidine commoueri; ſed eſſe libidinoſum. *Lactant.*

Semper Luxuriam ſequuntur dolor, & penitētia. *Inn.de vtil.cond.hum.*

*Vide plura in tit. Amor Venereus.*

*Ma-*

M.

*Magiſtratus.*

Magiſtratus eſt Reipublicæ digni tas communi bono vigilans.

Pauperes, ſi nihil eſt lucri, nolunt magiſtratus accipere. *Ariſt. polit. 5.*

Magiſtratus ſine lucro ſtatuendi. *Ibidem.*

Iniquũ eſt plures magiſtratus ab vno geri. *Idem polit.*

Egenus magiſtratum non debet regere. *Idem polit. 2.*

Vt ad ignem, ſic ad Rempublicam accedere, nec nimis probè, ne vraris, nec longius, ne frigeas. *Idem apud ſtob.*

Magiſtratus legis miniſtri eſſe debēt. *Plat. 4. de leg.*

Abſque probatiſſimis magiſtratibus leges etiam optimæ mortuæ ſunt. *Idem 6. de Rep.*

Magiſtratus memoria teneant, ſe non ſecus ſubeſſe legibus, ac priuatos magiſtratibus. *Cic.*

Eſt boni magiſtratus non ſolùm videre, quid agatur, ſed etiam quid futurum ſit. *Idem pro Muren.*

Magiſtratum cum diù geſſeris, deponere difficile eſt. *Simonides.*

Magiſtratus alii merentur, & non habent;

bent; & alii habent, & non merentur. *Apud Plat.*

In publicis officiis priuata perſona deponenda, & tenenda publica. *Demoſt. de coron.*

Bonus Princeps à magiſtratu diſcedens, non ditior, ſed clarior euadat. *Bion apud ſtob.*

Perinde periculoſum eſt, vt inſanienti gladium, ſic improbo viro magiſtratum committere. *Apud eundẽ.*

Magiſtratuum delicta grauius iudicanda, quàm plebeorum. *Apud eundem.*

## *Magnanimitas.*

Magnanimitas eſt virtus ſpontanea difficilium aggreſſio, & rationalis. *Tull. 1. off.*

Magnanimitas virtus eſt, per quam vtraque fortuna, virtuſque, & ignominia ferũtur. *Ariſt. de vir. & vit.*

Magnanimitas virtutum omnium ornatus. *Idem eth. 5.*

Ad magnanimum pertinet neque perturbationi animi, neq; fortunæ ſuccumbere. *Tull. de off.*

Nihil eſt magnificẽtius, & honeſtius, quàm pecuniam contemnere, ſi nõ habeas; ſi habeas, ad liberalitatem conferre. *Idem 1. off.*

Qui

Qui magno, & forti eſt animo, omnia quæ cadere in hominem poſſunt, deſpicit, & pro nihilo putat. *Idem 3. de fin.*

Magno animo de rebus magnis iudicandum. *Sen. ep. 37.*

Menſura magnanimitatis eſt, nec timidum eſſe hominem, nec audacẽ. *Idem 4. de virt.*

Magnanimi eſt magna contemnere, & mediocria malle, quàm nimia. *Idem ep. 37.*

Eris magnanimus, ſi pericula nec adis vt temerarius; nec formidas, vt timidus. *Idem 4. de virt.*

Magnitudo animi à communitate humana ſit remota, feritas quædam erit, & immanitas. *Ibidem.*

Magnanimo nihil eſt magnum. *Idem ep. 23.*

Facilius eſt totam gentem, quàm magnanimum vincere. *Ibidem.*

Nihil in rebus humanis magnum eſt, niſi magno animo diſpicias. *Idem de morib.*

*Magnitudo.*

Magnitudo eſt corporis, aut animi quantitas, ſecundum quam homines, aut animo, aut corpore magni eſſe dicuntur. *Ariſt.*

Non in habendis rebus, ſed in fruendis magnitudo ſita eſt. *Plut. de fort. Alex.*

Non magna res ſtatim bona; ſed bona ſtatim magna. *Plat. in Phenis.*

Magna qui ſectatur, mediocria conſequitur. *Eurip. in Bach.*

Satius eſt vnum aliquid inſigniter facere, quàm plura mediocriter. *Plin. iun. lib. 9.*

Maximum eſt, cuius non eſt exceſſus. *Ariſt. metaph. 10.*

Nemo magnus ſine aliquo afflatu Diuino unquã fuit. *Cic. de nat. Deor.*

Vt in fidibus muſicorũ aures vel minima ſentiunt, ſic nos magna ſæpè intelligimus ex paruis. *idem 1. off.*

Nihil magnum rerũ natura voluit citò effici, propoſuitque pulcherrimo cuiq; operi difficultatem. *Quint. lib. 10.*

Magna audẽt, qui magni ſunt, & quia audent, obtinent. *Ber. ſuper Cant.*

Celſitudinem naturali appetitu deſideramus. *Idem ſuper cant. ſer. 24.*

Magna res eſt ſcire viuere. *Idem in vig. Petr. & Paul.*

*Ma-*

## *Maleficium.*

Maleficium eſt quicquid improbè ad miſſum eſt.

Iniuſtitia vitium eſt animi, quo amplius, quã par ſit, ſibi ſumit. *Ariſt. de virt. & vit. diuiſ.*

Tuta eſſe ſcelera poſſunt, ſecura non poſſunt. *Sen. ep. 98.*

Nullum ſcelus impunitum eſt, quia ſceleris in ſcelere ſupplicium eſt. *Idem.*

In maleficiis volũtas ſpectanda, non exitus. *Apud* Iuriſp.

Nihil improbè faciendum, etiamſi impunè fieri poſſit. *Cic. 2. off.*

O ſuperbiam inauditam in facinore gloriari. I*dem ad Brut.*

Scelera non habent conſilium. *Quint. lib. 3.*

Omnia facinora cauſas aut de cupiditate, aut de ſimultatibus trahunt. *Idem decl. 15.*

Facinore admiſſo ad ſanitatem reuerti pudet. *Cæſar de bell. Gall.*

Quiſnam hominũ eſt, quẽ tu contentũ videris vno flagitio? *Iuu. ſat. 10.*

Præſtat ſimplicem eſſe, quam improbum. *Demoſt.*

Maleficio præda coniuncta. *Lact.*

Maleficium nullum ſine formidine eſt. *Tert.*
Nè dicas, reddam malum, expecta Dominum, & liberabit te. *Prou. cap. 20.*
Non eſt immunis à ſcelere, qui, vt faceret, impetrauit. *Cipr. lib. 2. ep.*
Scelus vindicta ſequitur. *Idem li. 4. ep.*
Magiſter auctor factus malitię, maius meretur ſupplicium. *Chryſ. ſup. ep. ad Corint. hom. 9.*
Non ſunt facienda mala, vt veniant bona. *Greg.*

## *Malitia, & Malus.*

Malitia peruerſitas eſt, quæ virtuti, ſeu honeſtati eſt contraria.
Finis alterius mali gradus eſt futuri. *Sen. in Her. Fur.*
Adeò prępualet nequitia, vt innocentia non rara, ſed nulla ſit. *Idem de ira. lib. 2.*
Plerunq; plus valet malorum improbitas, quam bonorum fauor. *Ibid.*
Malè facere qui vult, nuſquam inuenit cauſam, maleuolus ſemper ſua natura vtitur. *Idem in prou.*
Malus bonus vbi ſe ſimulat, tunc eſt peſſimus. *Idem in prou.*
Malus homo plus nocet, quam mala beſtia. *Ariſt. eth. 7.*

Ma-

Malus mittit etiam manus ad impoſſibilia. *Idem polit. 5.*

Malus homo ſemper nil aliud, quam malus. *Eurip. in Ecub.*

Homo nequam, & ſi aliquando prodeſt, id efficit vi coactus. *Aeſop.*

Malum benè ſopitum ne moue. *Plut. de ſum. bon.*

Iniuſtos creuiſſe queror, tolluntur in altum, vt lapſu maiore ruāt. *Claud. lib. 1.*

Improbitas ex ſe ipſa ſupplicium ſibi attrahit. *Plut. de ſer. num. Vindic.*

Acrior eſt in nocēdo adulatorum malignitas, quam in iuuando amicorū dilectio. *Idem de amic. & adu.*

Mali tollendi pacis cauſa. *Apud Iuriſp.*

Malos qui percutit, non eſt crudelis, ſed miniſter Dei. *Ibid.*

Nobis hoc maximè proprium eſt, peſſimis diſplicere, quorum etſi numeroſus ſit exercitus, ſpernendus tamē eſt. *Boet.*

Intolerabilis fit malitia, cū laudatur. *Xiſtus.*

Nihil putes malum, quod non ſit turpe. *Idem.*

Malitia eſt ex propoſito, & delibera-

tio-

tione malo cognito prono animo conſentire. *Ric.de verb.Apoſt.*

Qui ſibi nequam, cui bonus erit? *Ber. in pſal.90.ſer.11.*

Mali cognitio malum non eſt, ſed actus. *Idem in pſal.35.*

Mes ſemel malignitate capta, ſtultior cæteris efficitur. *Greg.2.mor.*

Mala non ſunt, niſi quę crimine mentem implicant, & conſcientiam. *Idem ſuper* Ioel.

Malitia ſemper eſt armata. *Chryſ. de Nat.Do.*

Impietas felix periculoſiſſima. Idem.

Irritati mali grauius lædunt. *Ambr. 3.de off.*

Malis etiam ad laudem bonorũ Deus vtitur. *Aug.de grat. & lib. arb.*

Pro malis potius orandum, quam qui ſint, quærendum. *Idem in pſal. 36.*

Malum hominem tacendo potius, quam reſpondendo ſuperabis. *Idem.*

Malus nemo eſt natura, ſed vitio. *Idem 14.de Ciu.Dei.*

Omne enim malum etiam mediocre, malum eſt. *Idem.*

Et

Et viuens, & mortuus malus punitur. *Idem.*

Malus etiam regnans ſeruit. *Idem.*

Nulla iniquitas impunita remanebit. *Idem ſup. pſ. 58.*

Malis malorum copia eſt ſolatio. *Idem in pſal. 96.*

Meliùs iudicauit Deus de malis benefacere, quàm mala nulla eſſe permittere. *Idem in Hench.*

Omnis malus, aut ideo viuit, vt corrigatur, aut ideò viuit, vt per eum bonus exerceatur. *Idem in pſal. 54.*

Malum ex nobis facimus; bonum autem ex ſolo Deo. *Idem 2. de peccat. Merit.*

Eſca Diaboli electa eſt, de malis non curat, quia ſui ſunt. *Hier.*

## *Manſuetudo.*

Manſuetudo eſt motus animi vtrunque mundi ſtatum lance penſans æquali. *Tull. de off.*

Manſuetudo eſt virtus animoſæ partis, qua præditi æquè mouentur ad iram. *Ariſt. de virt. & vit. diuiſ.*

Hominem manſuetum, ingenioſum, ac virilem difficilè reperies. *Plat. de ſcient.*

Manſuetudinem cum iuſtitia oportet

eſſe

eſſe coniunctam in principe. *Ex apoph.*
Erga improbos manſuetudo nimia eſt inutilis ciuitati. *Ibidem.*
Ità temperanda eſt clementia, ne nobis ſit exitio. *Ibidem.*
Non benè victor eſt, qui iracundiæ vindictam flagitanti frenum neſcit imponere. *Ex apoph.*

Manſuetus homo cordis eſt medicus. *Ambr. ad Vercell. epiſcop.*
Manſueti cum præſunt, ſæpè torporem deſidiæ patiũtur. *Greg. in paſt.*
Manſuetudine nihil potẽtius. *Chryſ. ſup. Gen. hom. 57.*
Manſuetudine furor vincitur. Idem *ſup. Act. Apoſt. hom. 31.*
Manſuetudinem in periculis oſtendamus. Idem *ſuper ep. ad Corint. hom. 18.*
Manſuetus ſibi, & alijs vtilis. Idem *ſup. Act. Apoſt. hom. 4.*
Manſuetudo præcipuè eos ornat, qui ſunt in poteſtatibus. *Idem ſuper Act. Apoſt. hom. 34.*
Mitis orphanorum pater. *Idem de manſ.*
Manſuetus homo velut nerui in corpore. *Ibidem.*

Man-

Manſuetudo non ex volũtate, ſed ex natura hominum venit. *Aug.*

Beſtiarum feritas Dei virtute manſueſcit; humana verò rabies nec ferarum miteſcit exemplis. *Ioſeph.*

*Mare, & Nauigatio.*

Nauis eſt marina operatio, domus ſine fundamento, acies lignea, ſalus incerta. *Secund. philoſ.*

Vt nauigatio iuxta littus, ſic ambulatio iuxta mare iucundiſſima. *Plut. problem. dec. 1.*

Non herclè verbis Parmeno dici pōt,
Tantùm, quantùm reipſa nauigare incommodum eſt. *Ter. in Hec.*
O fortunate neſcis quid mali
Pręterieris, qui nunquàm es ingreſſus mare. *Idem ex Adelph.*

Qui nauigat tantum a morte diſtat, quãta eſt nauis craſſitudo. *Anach. apud Diog.*

Iucundum eſt mare ex terra intueri. *Calimac. apud Stob.*

In terra pauperem eſſe præſtat, quàm diuitem nauigando. *Ibidem.*

Magna pars hominum nauigatura de tempeſtate non cogitat. *Sen. de tranq. an.*

Mare nauigare coegit auaritia. *Plin. ſen. lib. 22.*

Diffi-

Difficilè naufragium patitur, qui vertorum rationem diligenter inſpexerit. *Veg.lib.4.*

Nec violaſſe fidem tentantibus ęquora prodeſt,

Perfidiæ pęnas exigit ille locus. *Ouid.*

Nauita ſollicitus quoq; ventos horret iniquos,

Et propè tàm lethum, quàm propè cernit aquam. *Idem ſine tit.lib.2.*

Gubernator vbi naufragium timet, iactura quicquid ſeruare poteſt, redimit. *Curt.lib.1.*

Qui nauigant mare, & narrent pericula eius. *Eccleſ.cap.43.*

Mare in ſe viua corpora retinet, mortua reijcit. *Greg.6.mor.*

Maris fluctus dicuntur mentis cogitationes. *Idem lib.ÿ.mor.*

## *Maria Virgo.*

Mariæ Deiparæ exemplo viuant virgines. *Ambr.3.de virg.*

Maria ante ſancta, quàm nata. *Idem in ep.*

Maria in omnibus neceſſitatibus inuocanda. *Idē ſup.miſſus eſt.hom.2.*

Maria mediante habemus quicquid gratiæ nobis eſt. *Idem in feſt. S. Mich.*

Maria

Maria a nobis ſi piè pulſata fuerit; non deerit neceſſitati noſtræ. *Idem de virg. mar.*

Vt ſole ſublato, non luceſcit, ſic ſublata Maria, nihil, niſi denſiſſimæ tenebræ relinquuntur. *Ibidem.*

Auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria; Eua occidendo obfuit; Maria viuificãdo profuit; illa percuſſit, iſta ſanauit. *Aug. in ſer. de Aſſump.*

Non quia peperit innupta terretur, ſed quia genuit cum exultatione miratur. *Idem de Virg.*

Quæ eſt Virgo tàm ſublimis, vt ſalutetur ab Angelo, tàm humilis, vt deſponſata ſit fabro? *Ber. hom. 2.*

Quicunq; ſibi Mariæ optat præmiũ, imitetur exemplũ. *Ambr. de Virg.*

## *Maritus.*

Viri eſt acquirere, mulieris autem cõſeruare. *Ariſt. 3. polit.*

Vir vxorem iniuria afficit, cum vtitur aliarum mulierum concubitu. *Idem 1. Oecon.*

Oportet virum ducere vxorẽ puellã, vt eam doceat bonos mores. *Ibid.*

Non venuſtas, ſed virtutes maritos oblectant. *Eurip. in And.*

Res mala eſt vnicum virum binos facere lectos. *Ibidem.*

Vi-

]lurimum decipiuntur, qui obligatas, addictaſq; ſuas ſibi putat vxores; ſe vxoribus nihil. *Ioann. Picus lib. 1. ep.*

'idelem haud fermè mulieri inuenies virum. *Ter. ex And.*

icut crudelis eſt, & iniquus, qui caſtam dimittit, ſic fatuus eſt, & iniuſtus, qui retinet meretricem. *Hug. de S. Vict.*

*Martyr, & Martyrium.*

Iartyrium eſt exercitatio pietatis. *Chry. de adu. Dom.*

Martyrium ſine charitate impleri eſt impoſſibile. *Idem ſuper ep. ad Hebr. hom. 20.*

geſtas bene tolerata propter Chriſtũ facit martyrium. *Idem.*

Martyrum loculi viſitandi, vt benedictionem percipiamus. *Idem ſuper Gen. 3.*

æculi homines infeliciter felices sũt, martyres verò felices infeliciter fuerunt. *Aug. ſuper pſ.*

artyres, vt fidem ſeruarent, omnia perdiderunt. *Idem ſuper pſ. 52.*

iuria eſt pro martyre orare, cuius debemus orationibus commendari. *Idem de verb. Apoſt.*

artyres ſaturitate non honorantur. *Hier.*

*Hier. ad Euſtoch.*

Martyr quiſque eſſe poteſt ſine volun tate; ſed non contra voluntatem. *Ber. in Nat. Do. ſer. 1.*

Martyrii genus eſt voluntaria pauper tas. *Idem in feſt. Omnium Sanct ſer. 1.*

Martyres non facit pœna, ſed cauſa *Greg. in reg.*

Nos ſine ferro, & ſanguine martyre eſſe poſſumus, ſi patientiam veraci ter in animo cuſtodimus. *Ide Dial. lib. 4.*

Duo ſunt quippe martyrij genera vnum in publico, aliud in mente ſi mul, & in actione. *Idem hom. 3. ſu per Euang.*

Itaque martyres eſſe poſſumus, etiar ſi nullo ferro percutientium truc demur. *Ibidem*

*Mater.*

Matres plus diligunt filios, quàm pa tres. *Plu. de le*

Conſuetum eſt fęminas ſollicitas eſſ circa filias, & non mares. *Ariſt. a an. 16.*

Nullum eſt nomen amantius, & dil gentius, quàm maternū. *Ci. pro Cl*

Dimidiatum matris eſt genus peperi ſe, & protinus abiecisse. *Gel*

Lac,

Lac, & ſpiritus maternus longè magis ingenij, & incrementa corporis augent. *Plin.iun.lib.8.*

Matris ferre iniurias pietas iubet. *Ter. ex Phorm.*

Matres omnes filijs in peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria ſolent eſſe. *Idem ex Heaut.*

*Matrimonium.*

Matrimonium eſt maris, & feminæ coniugatio. *Summiſta.*

Principio controuerſiæ, offenſionesq; magna cura cauendæ ſunt. *Plut. ex præcept. connub.*

Nuptiæ propter amicitiam contractæ meliores ſunt, aliter vero periculoſæ. *Idem apud Stob.*

Nuptias parcè facito. *Demetr. Faler.*

Matrimonio quicquam, nec maius, nec ſanctius. *Ariſt. 2. œcon.*

In conciliandis matrimonijs magis eſt ſpectanda virtus, quàm cenſus. *Ex apoph.*

Tẽpus ducendi vxorẽ eſt iuuenib. nõdum; ſenibus aũt nunq̃. *Diog. lib. 7.*

Thalami concordia nil dulcius. *Hom. Odiſſ. 3.*

Faciles ſunt coniugum reconciliationes. *Eurip. in Med.*

Nunquàm duplicia connubia collaudauero

dauero mortalium, nec duas ma
tres habentes liberos. *Idem in Ana*
Nuptiæ hominibus optabile malum
*Idem in Helen.*
Semper habet lites, alternaque iurgi
lectus,
In quo nupta iacet, minimè dormitu
in illo.
*Iuuen.lib.2.ſat.1.*
Hoſtis eſt inuita vxor, quæ ad virun
nuptum datur. *Plaut.in Stichi*
Quæ dos matronis pulcherrima? vit
pudica. *Ariſt.in Bia.ſent*
O ter infelix, quiſquis in paupertat
ducit vxorem. *Menand.apud ſtob*
Bini ſunt cũ vxore iucundiſſimi dies,
alter, quo ducitur, alter, quo mortua
effertur. *Hipom.Ibidem*
Quàm malè inæquales veniunt ad a
ratra iuuenci,
Tàm premitur magno coniuge nupt
minor. *Ouid.li.Heroid.ep.9*
Si qua voles aptè nubere, nube pari.
*Ibidem.*
Menſe, malum Maio nubere vulgu
ait. *Idem.*

Caſtitas coniugatorum eſt donum
Dei. *Anſel*
Nuptiæ ſteriles iurgia habent. *Baſil*
Nu-

Nuptiæ inuitæ ſolent malos habere prouentus. *Amb.ſup.ep.ad Corint.*

Nuptiæ carnales à lætitia incipiunt, & in luctu terminantur. *Gregor. Dialog.*

Nupturis matris conſenſum neceſſarium natura fecit. *Auguſt.ſermo.278.*

Primæ nuptiæ melioris ſunt meriti, quàm ſecundæ. *Idem de bonit.Viduit.*

Coniugium humile melius eſt virginitaté ſuperba. *Idem ſuper pſal.99.*

Coniugum diſſenſio totius domus eſt perturbatio. *Idem ſuper pſ.33.*

Matrimonium non eſt, vbi datur opera, ne fœmina pariat. *Idem lib.2.de morib.Manich.*

Benè vtitur malo concupiſcentiam reſtringens connubio. *Idem de puer. Bapt.*

Vide qualia ſint matrimonia, quæ lupanaribus præferuntur. *Hier. in quad.ep.*

Certè his temporibus, nec pudicitia, nec morum honeſtas mouent ad nuptias; ſed tantum diuitiæ, & libido. *Idem ad Ruſt.*

*Medicina.*

Non potes oculis mederi, niſi prius

caput, nec caput abſque totius cor-
poris medicina curatur. *Plat. a*
*Temper.*

Medici non apud ſanos, ſed vbi ſun
ægroti, debent conuerſari. *Ap*
*Plut. in apoph.*

Hominum ſaliua ſerpentum morſi
bus aduerſatur. *Ariſtot. de ani. li-*
*bro 8.*

Rhetor non ſemper perſuadet, ne
medicus ſemper ſanat. *Idem*
*Top. 1.*

Medicorum conſilia de uita, qui pa
rum docti, & ſatis ſeduli officioſi
ſimè multos occidunt. *Sen. i*
*epiſt.*

Nihil æquè ſanitatem impedit, quàn
remediorum crebra mutatio. *Ide*
*epiſt. 2.*

Nulla dura videtur curatio, cuius ſ
lutaris uidetur effectus. *Idem*
*ira.*

Non minus ſunt turpia principi mu
ta ſupplicia, quàm medico mult
funera. *Idem de clem*

Non gaudet ægroto medicus elato
*Idem ep. 98.*

Vbi turpis eſt medicina ſanari pud
*Idem ex trag.*

Medici, quamuis artis præcepta pe
cep-

ceperint, quicquam laude dignum ſine vſu, & exercitatione conſequi minimè poſſunt. *Cicer. 2.offic.*

Non deſinit quis eſſe medicus, etiamſi non curetur ęgrotus. *Idem.*

Nec auratus lectus ægrotum leuat, nec bona fortuna ſtultum. *Socr. apud Volat.*

Temporibus medicina ualet, data tempore proſunt,
Et data non apto tempore vina nocēt. *Ouid. 1.de rem.amor.*

Nam, quoniam variant animi, variabimus artes.
Mille mali ſpecies, mille ſalutis erunt. *Idem 2.de rem.am.*

Medicinæ remedium eſt parſimonia. *Didam. Rex Bragma.*

Omne malum naſcens facilè opprimitur, inueteratum difficile. *Theoph. in lib. Philip.*

Si operam medicantis expectas, oportet, vt vulnus detegas tuum. *Boet. de conſ. lib. 1.c.8.*

Cuncta prius tentanda; ſed immedicabile vulnus
Enſe recidendum, ne pars ſincera trahatur. *Ouid. 1.Metamorph.*

Dat Gallenus opes, dat ſanctio iuſtiniana

Ex alijs paleas, ex iſtis collige grana. *Apud Iuriſp.*

Multa millia gentium ſine medici degunt, uec tamen ſine medicina. *Plin. ſen. lib. 29.*

Nulla ars inconſtantior medicina, ne ſæpius mutatur, cum nulla ſit fructuoſior. *Ibidem.*

Medicus garrulus ægrotanti ſecundus eſt morbus. *Ex aphoriſmis.*

Multorum medicotum, viſitatio m perdidit.

Omnis medicina habet ad tempus amaritudinem, ſed poſtea fructus doloris ſanitate monſtratur. *Hier. ſuper Hier. lib. 2.*

Medicus, vbi ceſſat curare deſperat. *Idem.*

Imperitus eſt medicus, qui alienum mederi appetit, & ipſe vulnus, quo patitur, neſcit. *Greg. in p. . ſ*

Medicina aliquãdò ſimilia ſimilibus aliquandò contraria contrarijs curat. *Idem 23. mo*

Naturalis cura eſt ægris dare lætitiam: fac inualidum gaudere, & ſanatus eſt. *Caſſiodor. epiſto. 2.*

*ſto. 2.*

Quid enim infirmo ſit vtilius magis nouit medicus, quàm ægrotus. *Aug. in lib. ſent. Proſp.*

Multorum morborum experimenta cogunt multas inuenire medicinas. *Idem ad Bonif.*

*Mediocritas.*

Mediocritas eſt ſtatus medius inter extrema vitioſa.

Quantò magis aliquis accedit ad medium, tantò eſt melior; & quantò magis recedit, tantò eſt peior. *Ariſ. polit. 4.*

Modus eſt optimus decus ipſum tenere, nec progredi longius. *Cic. de Orat.*

Mediocritas in omni re optima. *Idem 1. off.*

Mediocritas ad omnem vſum cultumque uitæ referenda. *Ibidem.*

Omnem virtutem eſſe mediocritatem. *Idem Bruto.*

Non eris audax, nec arrogans, ſubmittas te, nec proiicias grauitate ſeruata. *Idem.*

Quiſquis medium defugit iter,
Stabili nunquàm tramite curret. *Sen. in Herc. Fur.*

Omnibus dare ſtulti eſt; nemini

auari. *Idem.*

Inter vtrunq; tene, medio tutiſſimus ibis. *Ouid. 2. met.*

Calor ætatis vix ſinit iuuenem ſeruare modum. *Ex apoph.*

Decet eum, qui multa poſſidet, nõ pro libidine, ſed pro ratione viuere. *Ibidem.*

Iuſtiſſimum eſt mediocribus, et parabilibus delectari. *Ibid.*

Quæ moderata ſunt, in longum tempus durãt, & hoc ipſo meliora ſunt. *Ibidem.*

Medium ſapit naturam extremorum. *Apud* Iuriſc. *&* Ariſt.

Per extrema probatur medium, & probatis extremis prçſumitur medium. *Ibid.*

Suus cuique modus eſt, tamen magis offendit nimium, quàm parum. *Cic. de Orat.*

Primordia recolenda ſunt, media attendenda, & nouiſſima memorãda. *Ber. de prim. med. nouiſſ.*

Medium tene, ſi non vis perdere modum. *Idem de confeſſ. lib. 2.*

Mediocritate ſecluſa, vbiq; malũ eſt. *Chryſ ſuper act. apoſt. hom. 12.*

Neq; affectatæ ſordes, neq; exquiſitæ deli-

deliciæ laudem pariunt. *Hier. in epiſt.*

*Memoria.*

Memoria eſt animæ diſpoſitio veritatem illi inhærentem cuſtodiens. *Plat. in diff.*

Eorum, quæ frequenter intelligimus citò reminiſcimur. *Ariſt. de mem.*

Bonitas memoriæ iuuenibus attribuitur. *Ibid.*

Meditationes memoriam conſeruant. *Idem.*

Memoria eſt præteritorum, ſenſus præſentium, ſpes futurorum. *Idem de mem.*

Quæ acciderunt in pueritia, meminimus optimè ſæpe. *Cic. 3. ad Heren.*

Memoria eſt ſignatarum rerum in mẽtem veſtigium. *Idem 1. Tuſcul.*

Rerum omnium theſaurus eſt memoria. *Idem 1. de orat.*

Memoria non philoſophiam modò, ſed omnis vitæ vſum, omneſque artes vna maximè continet. *Idem 2. Acad.*

Habet præteriti doloris ſecura recordatio delectationem. *Idem fam. 5.*

Tantum ſcimus, quantum memoriæ tenemus. *Ex apoph.*

Hominum memoria adeo eſt labilis,

vt ægrè duos reperies, qui, quæ ſimul audierunt, eodem modo referant. *Ibid.*

Non expetenda eſt honorifica memoria, niſi rectè factis promerita eſt. *Ibidem.*

Facilè meminimus, quæ volumus, at non licet obliuiſci, quæ volumus. *Ibidem.*

Multum ſigna faciunt, & ex alia memoria venit alia. *Quint. lib. ij.*

Omnis diſciplina memoria conſtat, & fruſtra docemur, ſi quidquid audiuimus, præteruolat. *Ibid.*

Memoria exercitatione vires acquirit, & augetur, otio autem langueſcit, et minuitur. *Galen. de conſuet.*

Memoria minuitur, niſi eam exerceas; nunquàm tamen quemquam ſenum oblitum audiui, quo loco theſaurum obruiſſet. *Cato maior.*

Exultat animus magnorum virorum memoriam perluſtrans. *Max. lib. 4.*

Memoria in primis oratori neceſſaria *Aug. in princ. Rhet. cap. 1.*

Memoria infida rerum cuſtos. *Idem lib. 2. con. Acad. cap. 2.*

Memoriam optimam habent iracundi,

di, & contentioſi. *Idem lib.7. de Ciu. Dei cap.3.*

Memoria auditorum multitudine verborum non obruenda. *Chryſ. ſuper Matth.hom.22.*

Illa ſunt magis reminiſcibilia, quæ ſunt benè ordinata. *Thom.*

Memoria hebes eſt, & breuitate gaudet, & ſi in multa diuiditur, fit minor in ſingulis. *Hugo in didaſ.lib. 3 cap. 10.*

Memoria noſtra, etſi cauſas retinet, verba commutat. *Caſſiod.ep.lib.5. cap.22.*

Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. *Eccleſ.*

## *Mendacium.*

Mendacium eſt falſa verborum prolatio cum intentione fallendi. *Tull.*

In virum bonum non cadit mentiri emolumenti ſui cauſa. *Idem 3.off.*

Mendacium, quod eſt in ſermone, eſt quędam imitatio illius affectus, qui eſt in animo. *Plat.2.de Rep.*

Docentes alios mentiri non debent. *Ariſt.*

Mendax hoc lucratur, vt cum uera dixerit, ei non credatur. *Idem apud*

*Diog. lib. 5.*

Mendax ab hoſte non differt. *Hom. Odyſſ. 91.*

Homo mendax & Deum, & homines pariter contemnit. *Aeſop.*

Mendax precator carere debet impetratis. *Idem.*

Qui in mendacio confidit, citò deficiet. *Ptholom. Philoſoph.*

Sæpè delinquentibus potiſſimum eſt mentiri. *Teoph. apud Stob.*

Vana pro ueris ſæpè ualent, maximè in bello. *Liu. decad. 4. lib. 4.*

Eſt labor in labijs mendacia compoſituris.

Vera locuturis non labor ullus erit. *Ric. Iud. Venus.*

Ficta uoluptatis cauſa ſunt proxima ueris. *Hor. de art. poet.*

Semper circa ueritatem eſt ſimilitudo. *Sen.*

Tenue eſt mendacium, perlucet, ſi diligenter inſpexeris. *Idem ep. 80.*

Aliquando exigit communis utilitas, vt etiam falſa defendantur. *Quint. lib. 2.*

Magis odimus mendacium, quod uero eſt ſimile. *Idem declam. 9.*

Mendacio, tanquàm ueneno utere. *X. ſtus.*

Qui

Qui nititur mendaciis, hic paſcit uentos, idem autem ipſe ſequitur aues uolantes. *Prou.cap.10.*

Omne mendacium iniquitas eſt, & è contra. *Greg.17.mor.*

Nunquàm mentiendum, quia mendacium ſemper aut fallit, aut nocet. *Lact.de Diuinit.inſtit.*

Mutuum ſumere mendacii eſt principium. *Baſil.in exam.*

In ſermone non minus mendacium cauendum, quàm in nauigatione ſcopulus. *Marſ.lib.2.cp.*

Quicquid figuratè dicitur, aut fit, non eſt mendacium. *Aug.ſuper ep.ad Galath.*

Cum humilitatis cauſa mentiris, ſi nõ eras peccator, antequàm mentitus eras, mentiendo efficis, quod uitaueras. *Idem de verb.apoſt.*

Mentientis proprium eſt, aliud in lingua, aliud in pectore habere. *Idem in Hinch.*

Conceſſum eſt Diabolo interdum uera dicere, ut mendacium ſuum rara ueritate commendet. *Chryſ.ſuper Matth.*

Mentiri furantem eſt neceſſarium. *Idem ad pop.Antioch.hom.*

Mendacia ſibi ipſi mentiuntur. *Idem ſuper Matth. hom. 39.*
Mendaces faciunt, vt nec vera dicentibus credatur. *Hier.*
Eſto in verbo verax, neminem mendacio fallas. *Iſid.*

*Mens.*

Mens eſt cogitationis conſilij ſubtilitas quædam certæ rationi conſentanea.
Mens, & ratio fit in pueris veniente ætate. *Ariſt. pol. 3.*
Mens immota manet, lacrymæ voluũtur inanes. *Virg. Aeneid.*
Mentis quies eſt ſua ipſius actio, ab aliis vndique vacans. *Enn. 5.*
Velociſſima omnium rerum mẽs eſt, per omnia enim diſcurrit. *Thales apud Diog.*
Mens currit, mens audit, reliqua ſurda, cæcaque ſunt, & rationis indigna. *Plut. de fort.*
Menti nihil magis naturale eſſe poteſt, quàm ſui ipſius cognitio. *Marſ. lib. 1. ep.*
Nihil tàm difficile, & arduum, quod non humana mens uincat, & in familiaritatem perducat aſſidua permutatio. *Sen. de ira.*
Mens bona non commodatur, nec emi-

emitur, & ſi venalis eſſet, non habe ret emptorem; ſed mala quotidiè emitur. *Idem ep.8.*

Craſſus venter mentem ſubtilem non parit. *Gall. ad Thaſil.*

Mala mens, malus animus. *Terent.*

Mens, quæ apud ſe tota non eſt, ſe ipſam cogitare non poteſt. *Greg. 22. mor.*

Mens noſtra amore præſentis ſæculi proſtrata dormitat. *Idem 27. mor.*

Mens intus conſilio carens anxia eſt. *Idem 5. mor.*

Mens reproba coram iudice turbatur. *Ibidem.*

Mens ad cęleſtia ſecreta eleuata contremiſcit. *Ibidem.*

Mens peccati conſuetudine excęcata neſcit, quò vadat. *Idem 7. mor.*

Mens cum ſe in elationem erigit, in tyrannidem erumpit. *Idem 2. mor.*

Templum donis ornandum, corpus autem diſciplinis. *Hugo de S. Vict.*

## *Menſura.*

Menſura eſt regula vniformis, qua alia menſurantur.

Eſt

Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq; fines,
Quos vltra, citraque nequit conſiſtere rectum. *Hor. lib. 1. ſat.*
Quod ſatis eſt, cui contigit, nihil amplius optet. *Idem lib. 1. ep.*

-- *Buccæ*

Noſcenda eſt menſura tuæ, ſpectandaque rebus
In ſummis, minimiſque, etiam cum piſcis ematur. *Iuu. ſat. 9.*

--- *Nam id arbitror.*

Apprime in vita eſſe vtile, nequid nimis. *Ter. in Andr.*

Optimus eſt in omnibus rebus modus, laudabiliſque menſura. *Plaut. in Phæn.*

Cum menſura ede, bibe, & loquere. *Focyl.*

Ingreſſus vineam proximi tui comede vuas, quantum tibi placuerit; foris autem non auferas tecum. *Deut. cap. 23.*

Mel inueniſti, comede, quod ſufficit ne fortè ſatiatus euomas illud. *Prou. cap. 25.*

Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. *Apoſt. ad Rom. cap. 1.*

*Mer-*

*Mercatura.*

Mercatura exercetur rerum permutatione. *Hom. Ill. lib. 7.*

Sordidi putantur, qui mercantur à mercatoribus, quod ſtatim vendāt; nihil enim perficiunt, niſi admodū mentiantur. *C. c. 1. off.*

Mercatura ſi tenuis eſt, ſordida putanda. *Ibidem.*

Vltroneæ merces vileſcunt. *Senec.*

Ne quæras fraude diteſcere. *Thales.*

-- *Plenius æquo.*

Laudat venales, qui vult extrudere merces. *Hor. lib. 2. Ep. 2.*

Impiger extremos currit mercator ad Indos,

Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes. *Idem lib. 1. epiſt. 1.*

Mercatorum uita laborioſa. *Aug. ſer. 18.*

Nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus. *Hier. in Rubr.*

Negotiatorem clericum ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge. *Idem ad Nepot.*

Sunt enim pleraque negotia, quæ ſine labe peccati exhiberi aut uix, aut nullatenus poſſunt. *Greg. in hom. ſuper Euang.*

Negotia, quæ per peccatum implicant,

cant,ad hæc neceſſe eſt,ut per conuerſionem animus non recurrat. *Idem.*

*Vide etiam in verbo Lucrum.* fol....

*Meretrix.*

Non amatores,ſed eorum bona a meretricibus amantur. *Aeſop.*

Nullus eſt cuſtos, qui impudicas mulieres ualeat cuſtodire. *Idem.*

Meretrix tantiſper blanditur, dum illud,quod rapiat, videt. *Plaut.ex mer.*

Meretrix meum hæruni
Miſerum ſua blanditia intulit in
Pauperiem, priuauit bonis, luce, honore,
Atque amicis.
*Plaut.in Trucul.*

Sola viro mulier ſpolijs exultat ademptis,
Sola locat noctes, ſola locanda venit.
*Ouid. lib. 1.eleg.*

Mulier eo die, quo proſtituit corpus, & pudicítiæ modũ deſeruit, ſtatim animũ immutat,ità vt familiares p inimicis habeat. *Liſimac.apud ſtob.*

Si ſe ſupponat meretrix non præſtat amorem

Non

Non amat id,quod agit;ſed quod habere cupit. *Facetus cap.5.*

Meretrix non abſimilis mari: quod dat,deuorat, nunquàm abundat. *Plaut. in Trucul.*

Hoc vnũ perpetuò habẽt meretrices, da mihi,afferque mihi. *Proper.*

Formoſum ſcortum lethale mulſum. *Diog.*

Meretrix amare neſcit. *Chryſ.ad pop. Antioch.hom.14.*

Meretrices de rebus humanis aufer, & omnia libidinibus turbabis. *Aug.de ord.lib.4.*

Diligit mulier,vt capiat, decipit,vt rapiat, amat, quod habes, non quod es. *Hugo in libell.ad ſoc.*

Longè fac à meretrice viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. *Prou.c.5.*

Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoſcetur. *Eccleſ.cap.26.*

Pretium meretricis vix eſt vnus panis. *Eſt prou.*

## *Meritum.*

Meritũ id eſt, quo alicuius animum de-

demouemus, vel offendimus.

Habet in meritis gratiam periculum, & difficultas. *Quint. lib. 7.*

Non perdat auctoritatem meritum, quod eſt vltra expectationem. *Idem decl. 5.*

Sis auarus in petendo, modò ſis idoneus in promerendo. *Ambr.*

Multorum merita vnius delicto quatiuntur. *Idem.*

Præpoſterus ordo eſt ante meritum exigere præmium, & ante laborem ſumere cibum. *Ber. ſuper cant.*

Merita maiorũ in natos traijciuntur. *Aug. lib. 6. de gen. ad lit.*

Meritis parentum nati gaudent. *Ibid.*

Quiſquis tibi enumerat vera merita ſua, quid tibi enumerat, niſi munera tua? *Idem lib. confeſſ.*

Videmus aliquoties nonnullos cœpiſſe poſtremos, & factos merito priores. *Chryſ. de repar. lapſ.*

Iunioribus conceditur ſpes laboris, dũ viciſſitudo reddita fuerit veteranis. *Caſſiod. lib. 4.*

Demus igitur, quæ ſunt iuſta laboribus, vt prouectu priorum inuitemus corda ſequentium. *Ibidem.*

Magna ſunt vitæ actiuæ merita, vel con-

cõtẽplatiuæ potiora. *Greg. 23. mor.*
Iuxta meritum plebis Deus ſolet prouidere de paſtore. *Idem 28. mor.*

*Miles.*

Miles eſt, qui armis mediantibus diu noctuque totus in ſui Principis ſtatu, regnique cuſtodia verſatur.
Bon⁹ miles fit inſtitutione. *Ex apoph.*
Mendicitas ad omnem deſperationẽ vocat armatum. *Ibidem*
Turba militum, niſi adſit dux cordatus, ac vigilans nulli eſt vſui. *Ibidem.*
Periti bellatoris eſt non minus ſcire fugiendi artem, quàm pugnandi. *Ibidem.*
Non perindè refert quàm multos Imperator educat milites in prælio, ſed quàm ſtrenuos, & exercitatos. *Ibidem.*
Ij demum vtiles ſunt milites, quibus decretum eſt in prælio, aut vincere, aut mortem oppetere. *Ibid.*
Nihil in bello præclarè rei geret, cuius animum mortis metus occupat. *Ibidem.*
Miles magis ducem metuat, quàm hoſtem. *Apud Stob.*
Quis credat militem bellicoſum, cuius diſſimulatione ſitu, ac rubigine
arma

arma fædantur. *Veg.lib.2.*

Qui victoriam cupit, militem imbuat diligenter. *Ibid.*

Honeſtas enim idoneum militem reddit, verecundia, dum prohibet fugere, facit eſſe victorem. *Idem de re milit.*

Libenter commori cupit, qui ſine dubio ſcit eſſe moriturum. *Idem lib. 8.*

Animi militum accenduntur viſo Imperatore in acie. *Liu.lib. 2.decad.1.*

Nullum laborē manus recuſant, quæ ab aratro ad arma transferuntur. *Sen.in quad.ep.*

In conſilio ducis poſita eſt virtus militum. *Val.Max.lib.4.*

Romanus ſenatus præcipiebat conſuli, ne quem inuitum militem duceret in aciem. *Plut.*

Deuotus miles non ſentit ſua, cum benigni ducis intuetur vulnera. *Ber. in ſerm.*

Pulchrior eſt miles in prælio occiſus, quam in fuga ſaluus. *Tertul.*

Qui deteſtabilius iurat, & minus Deū timet, iſte hodiè in cætu militū fortior reputatur. *Petr.Bleſ.ep.94.*

*Mi-*

Digitized by Google

### *Miraculum.*

Miraculum propè illud dicitur, quod ſupra naturam contigit. *Apud Iuriſc.*

Miracula naturæ non præiudicant. *Hier. ad vitalem.*

Miracula plerunque locis inſignibus affiguntur. *Liu. 3. dec. 1. lib. 3.*

Quid maius in facie, vultuque noſtro? nullas duas in tot millibus hominum ſimiles effigies exiſtere. *Plin. lib. 10. hiſt.*

Miracula ex aſſiduitate vileſcunt. *Aug. ſuper Euang. hom. 26.*

Miracula ſunt ad fidem introitus. *Idem lib. 12. confeſſ. cap. 21.*

Miracula non rerum virtute, ſed Dei imperantis poteſtate fiunt. *Idem de mirac. ſacr. ſcript.*

Mortuam animam ſuſcitare maius eſt miraculũ, quam corpus. *Idem ſer. 45. de verb. Do.*

Miracula in populis leguntur, vt credantur, nec in populis tamen, niſi credita legerentur. *Idem lib. 2. de ciu. Dei.*

Miracula facienti non proſunt. *Idem lib. 2. con. lit. Petil. cap. 25.*

In rebus enim mirabilibus tota ratio faciendi eſt poteſtas facientis *Idem.*

Nam omni miraculo,quod fit per hominem, maius miraculũ eſt homo *Idem lib.4.de ciu.Dei.*

Signa infidelium cauſa fiunt. *Ambr. in ep.ad Colloſſ.*

Miracula vt fiant hodiè, nulla neceſſitas. *Chryſ.ſuper Matth. hom. 20.*

Signa ingratis nihil perſuadent. *Idem ſuper Matth hom.41.*

Signorum petitio tentantium eſt. *Idem ſuper Ioan.hom.23.*

Signa incredulis dantur. *Ibid.*

Signis non opus habet, qui prophetis attendit. *Idem ſuper act. Apoſt. hom.11.*

Miracula ſanctorum inſenſibilitatis noſtræ tenebras illuſtrant. *Greg. 27.mor.*

Primitiua eccleſia miraculorum adiutorio indiguit. *Ibid.*

Miraculis ſanctorum fracta eſt violentia tyrannorum. *Idem.28. mor.*

Miracula ſanctitatem oſtendunt, ſed non faciunt. *Idem in Euang. hom. 29.*

Di-

Diuina miracula ſemper debent conſiderari per ſtudium, & nunquam diſcuti per intellectum. *Idem 4. mor.*
Miracula rara maiorem hominibus afferunt ſtuporem. *Aug. tract. 9. ex poſ. Euang.*

*Miſericordia.*

Miſericordia eſt ægritudo ex miſeria alterius iniuria laborantis. *Cic. 4. Tuſc.*
Clementia eſt temperantia animi in poteſtate vlciſcendi. *Sen. de clem.*
Saluum Regem in aperto clementia præſtat. *Ibid.*
Clementia nullum ex omnibus magis decet, quam Regem, & Principem. *Ibid.*
Fruſtrà rogatur, qui miſereri non poteſt. *Idem in prou.*
Dabo egenti, ſed non vt ipſe egeam, ſuccurram perituro, ſed non vt ipſe peream. *Idem de benef. l. b. 2.*
Mulier viro eſt miſericordior. *Ariſt. de hiſt. anim.*
Qui flagitioſum miſeratur, non mores miſeratur, ſed hominē. *Idem apud Diog. lib. 4.*

Pe-

Petunt etiam innocentes miſerico
diæ auxilium. *Quint.lib.1*

Quod vltimum miſeris eſt miſe
rationem perdere. *Idem lil*
*12.*

Miſericordia eſt lenitas cum ſeue
tate, faciendo quoddam ex vtu
que temperamētum. *Greg.in paſ*
*cap.18.*

Tantò quiſque perfectus quantò pe
fectius ſentit dolores alienos. *Idem*
*29.mor.*

Fœneratur Domino, qui miſeretu
pauperis, & viciſſitudinem ſuan
reddet ei. *Prou.cap.19*

Multi homines miſericordes vocan
tur; virum autem fidelem quis in
ueniet? *Ibi*

Facere miſericordiam, & iudiciun
magis placent Deo, quam victim
*Idem prou.c.21.*

Qui obturat aurem ſuam ad clamo
rem pauperis, & ipſe clamabit, &
non exaudietur. *Ibiden*

Miſericordia etiam iuſti indigent
*Chryſ.hom.2.ſuper pſal.50.*

Clementia Dei menſuram non re
cipit. *Idem de pænit.hom*
*9.*

In-

Iuſtitia enim ſine miſericordia nõ eſt iuſtitia, ſed crudelitas. *Idem ſup. Matth.*

Miſericordia virtus tanta eſt, vt ſine illa cæteræ, & ſi ſint, prodeſſe non poſſint. *Leo PP. in ſer. de appar.*

Melius eſt, vt nullus ſit miſer, quàm vt tu facias miſericordiam. *Aug. ſup. pſ.*

Nemo miſericordia dignus eſt, qui nemini miſeretur. *Idem.*

Nihil ad miſericordiam ſic inclinat, quàm proprij periculi cogitatio. *Idem ad Gal.*

Miſericordia laudabilior in paupere, quàm in diuite. *Idem in quæſt. ex utr. teſt.*

Miſericors in aliis eſſe non poteſt, qui in ſe crudelis eſt. *Idem ſup. pſal.*

Miſericordia conſiſtit in eleemoſynis largiendis, malis tolerandis, conuitiis remittendis, & in imperitis corrigendis. *Rab. ſuper Matth.*

Miſericordia largior, vbi fides promptior. *Ambr. de off.*

Sola miſericordia comes eſt defunctorum. *Aug. de cura pro mor. haben.*

Sub prætextu miſericordiæ non iniu
ſtè iudicandum. *Hier*
Natura hominum prona eſt ad cle
mentiam, & in alieno peccato
ſui quiſque miſeretur, *Idem i*
*epiſ.*
Miſericordia, quæ fit etiam de ex
iguo, placet Deo. *Aug. in quæſt. ex*
*vtr. teſt.*
Miſericordia Domini deſperationi e
opponenda. *Idem ſer. 12*
Sola miſericordia eſt, cui omnes virt
tes cedere honorabiliter non recu
ſant. *Caſſiod. in ep*

## *Monacus.*

Vagus monacus eſt Diaboli manci
pium. *Pius 2. apud Plat.*
Monaci nihil in futurum reponant
*Hier. ad Demetr.*
Maledictus homo, qui facit opus De
negligenter. *Hierem*
Conſtat monacum in ſua patria per
fectum non eſſe. *Hier. ad Heliod*
Excuſationem de ignorantia non ha
bent monaci. *Ber. de adu. Dom*
*ſer. 3.*
Si monacus es, quid facis in turba
ſi amas ſilentium, cur declamatio
ni-

Digitized by Google

nibus aſſiduè delectaris? *Hugo de clauſ.an.*

Solitaria ſanè vita cœleſtis doctrinæ ſchola eſt, ac diuinarum artium diſciplina. *Petr.Rau.*

Monaco preces, id, quod venatori gladium. *Chryſ. de comp. Reg. & Monac.*

Monaci aut ſummè boni, aut ſummè mali. *Aug.ep.137.*

Monacus fugiendo mundum vincat. *Hier.aduer.vigilant.*

*Mora.*

Mora eſt temporis retardatio.

In periculo conſtitutis mora ſæpè fuit auxilio. *Aeſop.*

Cunctantem maxime Mars odit. *Eurip.in Heracl.*

Incitantur homines ad cognoſcendum, quæ differuntur. *Plin. iun. Lib. 9.*

Tolle moras, nocuit ſemper differre paratis. *Lucan lib. 1.*

Mora omnis odio eſt; facit tamen ſapientiam. *Pub.Mim.*

Magnum iræ remedium eſt mora. *Sen.lib.2.de ira.*

Quod ratio nequit, ſæpè ſanauit mora. *Idem in Agamem.*

Omniſque nimium longa properan mora eſt. *Ibiden*

Diuturnum tempus facit pręſumi cō ſenſus. *Apud iuriſp*

Nihil difficilius, quàm differre gau dia. *Quint. declam. 2*

Nam mora denigrat donum, meritumq; minorat;

Sed citò grandificat munera parua manus. *Henric. Samar. lib. 2*

Vidi ego, quod fuerat primò ſanabile vulnus,

Dilatum longæ damna tuliſſe moræ. *Ouid. de rem. am. lib. 1.*

Mora, & culpa æquiparantur. *Canoniſta.*

Tardè velle nolentis eſt. *Eſt. prou.*

## *Mores.*

Mos eſt vitæ inſtitutum conſuetudine firmatum.

Natura praua bonos mores non nutrit. *Aeſop.*

Sceleſti homines, etſi ſtatum mutant, tamen mores nequaquam mutant. *Idem.*

Bonorum mores malorum conſuetudine corrumpi. *Idem.*

Sumuntur a conuerſationibus mores. *Sen. de ira lib. 3.*

Edu-

ducatio, & diſciplina mores faciunt. *Ibidem.*

ı moribus non habet ius fortuna. *Idem ep. 36.*

ualis oratio, talis eſt vita. *Idem.*

ſtius præcepta deſcendunt, quę tene ris imprimuntur annis. *Idem de conſ. ad matrem.*

ualis quiſque eſt, talia loquitur, & operatur. *Ariſt. eth. 4. car. 8.*

ſoralis ſcientiæ finis non eſt ſcire, ſed agere. *Idem 1. eth.*

iuerſitates morum nequaquam ad dilectionem ſunt aptæ. *Idem Oecon.*

Ardua res eſt opibus non tradere mores. *Ouid.*

Pectoribus mores tot ſunt, quot orbe figuræ:

Qui ſapit innumeris moribus, aptus erit. *Idem 1. de art. amand.*

Ne ſis nimium moribus facilis, nec nimium difficilis. *Demetr. Phaler.*

is in adoleſcentia contines, in media ætate iuſtus, in ſenectute ſapiens, & in morte ſine dolore. *Sodiad.*

Mores dicentis nō verba perſuadent. *Idem apud Stob.*

Nec vinum auſterum eſt potioni aptum, nec mores agreſtes conuerſationi. *Socr. Ibidem.*

Nam mores fecerat vſus. *Virg. Georg.*

Bona in pueris corporis habitudo, bona quoque ſenectutis fundamenta iacit. *Plut.*

Plura moribus, quàm viribus vincimus. *Quint. declam. 3*

Præditi virtute, qui ſunt recte educati probant, quid pro ratione temporis expediat. *Ex apoph.*

Res efficax eſt natura, ſed præſtantior eſt inſtitutio, quæ malam naturam corrumpit. *Ibidem.*

Quemadmodum plantæ, & ſemina, ſic hominum mores ad regionis habitum immutantur. *Ibidem.*

Homo eſt, cui deeſt pecunia; homo nō eſt, cui deeſt eruditio. *Ibidem.*

Ætas dat varios cunctis per ſingula mores. *Sapiens.*

Nam ſi vera loquor auferre pecunia mores,
Non afferre ſolet. *Gualter. de caſtel lib. 1.*

Vſus, & mores feris formantur ab annis. *Ricard. Venuſ*

Quo-

Quorum mores non probantur, eorum verba probari non poſſunt. *Marſ.lib.1.epiſt.*

Si bene te inſtruxeris, pudeat deteriora facere. *Sen.*

Fructibus ipſa ſuis, quæ ſit, cognoſcitur arbor.

Intima per mores cognoſcimus exteriores.

Mos eſt ſimul habitantium cõſenſus, qui inueteratus conſuetudinem facit. *Aug.de c. ff.*

Ex moribus apparet animus. *Idem de verb.apoſt.*

Morum enim vitia magis, quàm verborum ſunt præcauenda. *Idem de Catechiz.*

Quod in teneris annis acquiritur, hoc in matura ætate ſeruatur. *Caſſiod. ep.lib.3.c.11.*

Aſſiduitas mores facit. *Iſid.lib.2.ſolil. cap.41.*

Mores hominum lingua pandit, & qualis ſermo oſtenditur, talis animus probatur. *Idem 2.Sinon.*

Qualitas morum permutat ordinem perſonarum. *Greg.in paſt.*

Quod enim nouæ cartæ ſcribitur, d facili non deletur. *Ciril. de Laud B.Hier.*

Mores praui grauiores inimici ſunt quàm inimici infeſti. *Ambr*

### *Mors.*

Mors nil aliud eſt, quàm receſſus animæ à corpore. *Ariſt. in libris de cælo, & mundo. vel ſecundum Auer.*

Mors eſt quid vltimum, quod ex neceſſitate naturæ proficiſcitur. *Auer. 2. phyſ. com. 22.*

Si quis te vetat bene viuere, bene mori non vetat. *Sen. ep. 17.*

Cui naſci contigit, mori reſtat, interuallis diſtinguimur, exitu æquamur. *Idem ep. 104.*

Meditari vtrumque commodius eſt, vel mortem tranſire ad nos, uel nos ad mortem. *Idem ep. 126.*

Peiores morimur, quàm naſcimur, hoc noſtrum eſt, non naturæ vitium. *Idem ep. 22.*

Incertum eſt, quo loco mors te expectet, tu verò eam in omni loco expecta. *Idem ep. 26.*

Mortem non effugit, qui etiam diſtulit. *Idem ep. 88.*

Non affligitur ſapiens liberorum amiſſione, non amicorum; eodem enim

animo illorum fert mortē, quo ſuā expectat. *Idem ep.79.*
Illi mors grauius incumbit, qui notus nimis omnibus ignotus moritur. *Ibidem.*
Mors terribilis his, quorum cum vita omnia extinguuntur. *Tull. in Parad.*
Mors ſomno ſimilis. *Idem 1. Tuſc.*
Honeſta mors non eſt fugienda, ſæpè etiam appetenda. *Idem fam. 11.*
Quæ poteſt eſſe vitæ iucunditas, cum dies, ac noctes cogitādū ſit iam iam eſſe moriturum. *Idem 1. Tuſ.*
E vita diſcedendum tanquàm ex hoſpitio, non tanquàm è domo. *Idem de ſenectute.*
Mors hominum felix, quæ ſe nec dulcibus annis
Inſerit, & mæſtis ſæpè uocata venit. *Boet. de conſ. lib. 1.*
Mors æquat infima ſummis, inuoluit humile pariter, & celſum caput. *Idem de conſt. 2.*
Vbi verò mors propius acceſſerit, nullus vult mori. *Aeſop.*
Mors ſenum eſt ſine triſtitia quia nullo eis dolore contingēte moriuntur. *Ariſt. de mor. & vit.*
Mors eò magis homini moleſta, quò

ipſe eſt felicior. *Idem 3.eth*
Mors quidem mala non eſt, ſed ite
ad mortem miſerum. *Ex apoph.*
Multos mortis conſideratio deterre
ab inhoneſtis actionibus; contrà,
mortis obliuio multos inuitat ad li-
centius peccandum. *Ibidem.*
Nulla mors inquietior, quàm quę ſta-
tim tota eſt. *Quint. decl.*
Neminem inuenies mori volentem,
qui non inueniat aliquem uetan-
tem. *Idem decl. 4*
Solus vixit quantùm voluit, qui mor
mauult. *Ibidem.*
Mors ſemper miſeris imparata,
Negata cupientibus. *Idem declam. 15.*
Vtrumque timidi eſt & velle, & non
velle mori. *Ibidem.*
Dulce mori miſeris, ſed mors optata
recedit,
Et cùm triſtis erit, præcipitata ruit.
*Corn. Gall.*
Mortem optare malum; timere peius.
*Idem.*
Pallida mors æquo pulſat pede
Pauperum tabernas,
Regumq; turres ò beate Sexti.
*Hor. od. 4. li. 1.*
Et pace, & bello cunctis ſtat terminus
æui,

Lon-

Google

ongius, ac propius mors ſua quemque manet. *Propert. lib. 2.*

Omnium ætatum certus eſt terminus, ſenectutis autem nullus eſt. *Cato maior.*

Minus mortem timet, qui minus deliciarum nouit in vita. *Vegili. 1.*

Mors æquat ſceptra ligonibus. *Iuuen.*

Quid intereſt, vtrum cęſim moriar, an punctim, vel humine, an ſublime putreſcam. *Cyreneus. Theod. ad Luſim.*

Mortem non timeo, ſed illius cogitationem.

Mors eſt carnis occaſus, à quo cum vis potentiæ viuificantis abſceſſerit, in terram, de qua ſumpta eſt, redit. *Aug. de ſpir. & lit.*

Latet vltimus dies, vt obſeruentur omnes dies, ſerò parantur remedia, cum mortis imminent pericula. *Idem in quad. ep.*

Morte ſpontanea nemo perijt innoçens. *Idem cont. Gaud.*

Non poteſt male mori, qui benè vixerit; & vix benè moritur, qui malè vixerit. *Idem de doctr. Chriſt.*

Qui non poteſt hic eligerę, ne moriatur, eligat, ne in æternum moriatur.

H

Co
c
c
Ca
la
Si e
n
Sap
*A*
Geſt
*Iſ*

Pudi
cen
ben
Inſida
tas
Illa uc
pecc
Prima
eſt n
uiro
Sat do
& h
*Ar*

n timet. *Idem in ep.*

*Motus.*

ctus entis in potentia, vt

a. *Ariſt.*

non ſunt in noſtra pote-

*De reg. iur.*

ſſiduo labuntur tempo-

*Ouid. Metam. 15.*

us vox quædam eſt ani-

*Ambr.*

ra infirmet, & ſi quid ſa-

vitij eſt, induſtria emē-

*Idem.*

m iræ, aut viſitationis in

*up. Act. Apoſt. hom. 11.*

*Mulier.*

à mollitie mentis, &

n, & mutabile profert te

*Apud Iuriſc. & Ariſt.*

rrorum, mater iræ, &

rca.

eſt habenda fides.

retum mulieri commit-

*Idem.*

mina, aut odit, nec habet

*Pub. Mim.*

lier damnum eſt, & ſalus.

Mu-

Omniſque nimium longa properanti mora eſt. *Ibidem*

Diuturnum tempus facit præſumi cō-ſenſus. *Apud iuriſp*

Nihil difficilius, quàm differre gaudia. *Quint. declam. 2.*

Nam mora denigrat donum, meritumq; minorat;
Sed citò grandificat munera parua manus. *Henric. Samar. lib. 2.*

Vidi ego, quod fuerat primò ſanabile vulnus,
Dilatum longæ damna tuliſſe moræ. *Ouid. de rem. am. lib. 1.*

Mora, & culpa æquiparantur. *Canoniſta.*

Tardè velle nolentis eſt. *Eſt. prou.*

## *Mores.*

Mos eſt vitæ inſtitutum conſuetudine firmatum.

Natura praua bonos mores non nutrit. *Aeſop.*

Sceleſti homines, etſi ſtatum mutant, tamen mores nequaquam mutant. *Idem.*

Bonorum mores malorum conſuetudine corrumpi. *Idem.*

Sumuntur a conuerſationibus mores. *Sen. de ira lib. 3.*

Edu-

Digitized by Google

ducatio, & diſciplina mores faciunt.
*Ibidem.*

ı moribus non habet ius fortuna.
*Idem ep. 36.*

Qualis oratio, talis eſt vita. *Idem.*

Ilrius præcepta deſcendunt, quę tene ris imprimuntur annis. *Idem de conſ. ad matrem.*

Qualis quiſque eſt, talia loquitur, & operatur. *Ariſt. eth. 4. car. 8.*

Moralis ſcientiæ finis non eſt ſcire, ſed agere. *Idem 1. eth.*

Diuerſitates morum nequaquam ad dilectionem ſunt aptæ. *Idem Oecon.*

Ardua res eſt opibus non tradere mores. *Ouid.*

Pectoribus mores tot ſunt, quot orbe figuræ:
Qui ſapit innumeris moribus, aptus erit. *Idem 1. de art. amand.*

Ne ſis nimium moribus facilis, nec nimium difficilis. *Demetr. Phaler.*

Sis in adoleſcentia contines, in media ætate iuſtus, in ſenectute ſapiens, & in morte ſine dolore. *Sodiad.*

Mores dicentis nō verba perſuadent. *Idem apud Stob.*

Nec vinum auſterum eſt potioni aptum, nec mores agreſtes conuerſationi. *Socr. Ibidem.*

Nam mores fecerat vſus. *Virg. Georg.*

Bona in pueris corporis habitudo, bona quoque ſenectutis fundamenta iacit. *Plut.*

Plura moribus, quàm viribus vincimus. *Quint. declam. 3.*

Præditi virtute, qui ſunt rectè educati probant, quid pro ratione temporis expediat. *Ex apoph.*

Res efficax eſt natura, ſed præſtantior eſt inſtitutio, quæ malam naturam corrumpit. *Ibidem.*

Quemadmodum plantæ, & ſemina, ſic hominum mores ad regionis habitum immutantur. *Ibidem.*

Homo eſt, cui deeſt pecunia; homo nõ eſt, cui deeſt eruditio. *Ibidem.*

Ætas dat varios cunctis per ſingula mores. *Sapiens.*

Nam ſi vera loquor auferre pecunia mores,

Non afferre ſolet. *Gualter. de caſtel. lib. 1.*

Vſus, & mores ſeris formantur ab annis. *Ricard. Venuſ.*

Quo-

Quorum mores non probantur, eorum verba probari non poſſunt. *Marſ. lib. 1. epiſt.*

Si benè te inſtruxeris, pudeat deteriora facere. *Sen.*

Fructibus ipſa ſuis, quæ ſit, cognoſcitur arbor.

Intima per mores cognoſcimus exteriores.

Mos eſt ſimul habitantium cõſenſus, qui inueteratus conſuetudinem facit. *Aug. de off.*

Ex moribus apparet animus. *Idem de verb. apoſt.*

Morum enim vitia magis, quàm verborum ſunt præcauenda. *Idem de Catechiz.*

Quod in teneris annis acquiritur, hoc in matura ætate ſeruatur. *Caſſiod. ep. lib. 3. c. 11.*

Aſſiduitas mores facit. *Iſid. lib. 2. ſolil. cap. 41.*

Mores hominum lingua pandit, & qualis ſermo oſtenditur, talis animus probatur. *Idem 2. Sinon.*

Qualitas morum permutat ordinem perſonarum. *Greg. in paſt.*

Quod enim nouæ cartæ ſcribitur, d facili non deletur. *Ciril. de Lau B.Hier.*
Mores praui grauiores inimici ſunt quàm inimici infeſti. *Ambr*
*Mors.*
Mors nil aliud eſt, quàm receſſus animæ à corpore. *Ariſt. in libris de cœlo, & mundo. vel ſecundum Auer.*
Mors eſt quid vltimum, quod ex neceſſitate naturæ proficiſcitur. *Auer. 2. phyſ. com. 22.*
Si quis te vetat bene viuere, bene mori non vetat. *Sen. ep. 17.*
Cui naſci contigit, mori reſtat, interuallis diſtinguimur, exitu æquamur. *Idem ep. 104.*
Meditari vtrumque commodius eſt, vel mortem tranſire ad nos, uel nos ad mortem. *Idem ep. 126.*
Peiores morimur, quàm naſcimur, hoc noſtrum eſt, non naturæ vitium. *Idem ep. 22.*
Incertum eſt, quo loco mors te expectet, tu verò eam in omni loco expecta. *Idem ep. 26.*
Mortem non effugit, qui etiam diſtulit. *Idem ep. 88.*
Non affligitur ſapiens liberorum amiſſione, non amicorum; eodem enim

animo illorum fert mortẽ, quo ſuã expectat. *Idem ep.79.*

Ili mors grauius incumbit, qui notus nimis omnibus ignotus moritur. *Ibidem.*

Mors terribilis his, quorum cum vita omnia extinguuntur. *Tull. in Parad.*

Mors ſomno ſimilis. *Idem 1. Tuſc.*

Honeſta mors non eſt fugienda, ſæpè etiam appetenda. *Idem fam. 11.*

Quæ poteſt eſſe vitæ iucunditas, cum dies, ac noctes cogitãdũ ſit iam iam eſſe moriturum. *Idem 1. Tuſ.*

E vita diſcedendum tanquàm ex hoſpitio, non tanquàm è domo. *Idem de ſenectute.*

Mors hominum felix, quæ ſe nec dulcibus annis
Inſerit, & mæſtis ſæpè uocata venit. *Boet. de conſ. lib. 1.*

Mors æquat infima ſummis, inuoluit humile pariter, & celſum caput. *Idem de conſt. 2.*

Vbi verò mors propius acceſſerit, nullus vult mori. *Aeſop.*

Mors ſenum eſt ſine triſtitia quia nullo eis dolore contingẽte moriuntur. *Ariſt. de mor. & vit.*

Mors eò magis homini moleſta, quò

ipſe eſt felicior. *Idem 3.eth.*
Mors quidem mala non eſt, ſed iter ad mortem miſerum. *Ex apophl*
Multos mortis conſideratio deterret ab inhoneſtis actionibus; contrà, mortis obliuio multos inuitat ad licentius peccandum. *Ibidem.*
Nulla mors inquietior, quàm quę ſtatim tota eſt. *Quint.decl.*
Neminem inuenies mori volentem, qui non inueniat aliquem uetantem. *Idem decl.4.*
Solus vixit quantùm voluit, qui mori mauult. *Ibidem.*
Mors ſemper miſeris imparata,
Negata cupientibus. *Idem declam.15.*
Vtrumque timidi eſt & velle, & non velle mori. *Ibidem.*
Dulce mori miſeris, ſed mors optata recedit,
Et cùm triſtis erit, præcipitata ruit.
*Corn.Gall.*
Mortem optare malum, timere peius.
*Idem.*
Pallida mors æquo pulſat pede
Pauperum tabernas,
Regumq; turres ô beate Sexti.
*Hor.od.4.li.1.*
Et pace, & bello cunctis ſtat terminus æui,

Lon-

ongius, ac propius mors ſua quemque manet. *Propert. lib. 2.*
Omnium ætatum certus eſt terminus, ſenectutis autem nullus eſt. *Cato maior.*
Minus mortem timet, qui minus deliciarum nouit in vita. *Vegil. 1.*
Mors æquat ſceptra ligonibus. *Iuuen.*
Quid intereſt, vtrum cęſim moriar, aǹ punctim, vel humine, an ſublime putreſcam. *Cyreneus Theod. ad Luſim.*
Mortem non timeo, ſed illius cogitationem.

Mors eſt carnis occaſus, à quo cum vis potentiæ viuificantis abſceſſerit, in terram, de qua ſumpta eſt, redit. *Aug. de ſpir. & lit.*
Latet vltimus dies, vt obſeruentur omnes dies, ſerò parantur remedia, cum mortis imminent pericula. *Idem in quad. ep.*
Morte ſpontanea nemo perijt innocens. *Idem cont. Gaud.*
Non poreſt male mori, qui benè vixerit; & vix benè moritur, qui malè vixerit. *Idem de doctr. Chriſt.*
Qui non poteſt hic eligere, ne moriatur, eligat, ne in æternum moriatur.

*Idem de ſanct.ſer.17.*

Nihil ſic à peccato reuocat, quàm frequens mortis recordatio. *Idem lib. exort.*

Tres ſunt mortis nuncij, caſus infirmitas,& ſenectus: caſus dubius infirmitas grauis,& ſenectus certa nunciat. *Hug.de Clauſt.an.lib.2.*

Caſus nuntiat mortem latentem, infirmitas apparentem, & ſenectus præſentem. *Ibidem.*

Non mala mors putanda eſt, quam bona vita præceſſerit. *Idem 1.de ciuit.Dei.*

Offeramus Deo pro munere, quod pro debito tenemur reddere. *Chry. ſup.Matt.c.10.*

Mori timet,qui non ſperat viuere poſt mortem. *Idem.*

Mortis conſolatio habere liberos. *Idem de auar.*

Nemo alio tempore mori potuit, niſi eo ipſo,quo moritur. *Greg.in mor.*

Mors iuſti bona propter requiem,melior propter nouitatem,optima propter ſecuritatem. *Ber.in ep.*

Mortem ſpiritualem optant ſibi carnales,quorum vitam abhorrent. *Idem ſup.Cant.ſer.2.*

Mortem iuſtus etſi non euitat, certè

tamen

tamen non timet. *Idem in ep.*

*Motus.*

Motus eſt actus entis in potentia, vt in potentia. *Ariſt.*

Primi motus non ſunt in noſtra poteſtate. *De reg. iur.*

Ipſa quoque aſſiduo labuntur tempora motu. *Ouid. Metam. 15.*

Corporis motus vox quædam eſt animi. *Ambr.*

Motum natura infirmet, & ſi quid ſanè in natura vitij eſt, induſtria emẽdet. *Idem.*

Motio locorum iræ, aut viſitationis indiciũ. *Cypr. ſup. Act. Apoſt. hom. 11.*

*Mulier.*

Mulier dicitur à mollitie mentis, & ideò varium, & mutabile profert teſtimonium. *Apud Iuriſc. & Ariſt.*

Fęmina fons errorum, mater iræ, & nugarum arca.

Fęminæ non eſt habenda fides. *Aeſop.*

Nullum ſecretum mulieri committendum. *Idem.*

Aut amat fęmina, aut odit, nec habet medium. *Pub. Mim.*

Domui mulier damnum eſt, & ſalus. *Idem.*

Mu-

Mulierum nullum in tenebris diſcri-
men. *Plut. de præcep. connub.*
Mulieres muneribus maximè corrum-
puntur. *Idem de quæſt. Rom.*
Ex mulieribus quæ caſta erit, ſi detur
ſine teſte facultas? *Idem.*
Perpetuum & neceſſarium malum eſt
mulier. *Apud Stob.*
Non eſt murus, vel pecunia tam dif-
ficilis cuſtoditu, quàm mulier. *Ibid.*
Rarum eſt mulieris beneficium.
*Ibidem.*
Inter omnes alias res maxime inexpu-
gnabilis eſt mulier. *Eurip. Ibidem.*
Habet vim quandam ad mouendam
miſericordiam mulier. *Eurip. in
Taur.*
Ego mulieri hoc vnum credo, quod à
morte non reuiuiſcat. *Antiph. apud
Stob.*
Inter ſocrum, & nurum vetus eſt bel-
lum. *Ter.*
Noui ingenium mulierum,
Nolunt, vbi velis, vbi nolis, cupiunt
vltro. *Idem ex Eun.*
Vno animo omnes ſocrus oderunt nu-
rus. *Idem ex Hecyr.*
Mulieres ſunt fermè, vt pueri, leui ſen-
tentia. *Ibidem.*
Plurimi facienda eſt mulier in mor-
bis,

bis, quæ adſit homini ægrotanti.
*Demoſt. ex orat. contra Neæram.*

Mulier melioris eſt pietatis, quã vir, ſed maioris inuidiæ, & malitioſior. *Ariſt. de anim. 8.*

Mulier inhoneſta videretur, ſi ità honeſta eſſet, vt vir. *Idem polit. 3.*

Mulier eſt viro mendacior. *Idem q. de hiſt. anim.*

Mulier ſpecioſa templum eſt ædificatum ſuper cloacam. *Diog. philoſ.*

Muliebrium omnium fundamentum eſt auaritia. *Tull. 2. Rhet.*

Mulieris famam multorum oculis, lux clara cuſtodiat. *Idem 2. de leg.*

Intolerabilius nihil eſt, quàm fęmina diues. *Iuuen. ſat. 6. lib. 1.*

Sed vobis facilè eſt verba, & componere fraudes;
Hoc vnũ didicit fęmina ſemper opus.
*Prop. lib. 2 eleg. 8 ad amicum.*

Malo in conſilio fęminæ vincunt viros. *Sen. in prou.*

Duo genera lacrymarum habentur in oculis mulierum, veri doloris vnũ, & inſidiarum alterum. *Ibidem.*

Mulier cũ ſola cogitat, mala cogitat. *Ibidem.*

Mobile cor cunctis, & mens eſt vana puellis:

Fir-

Firmum propoſitum fęmina nulla ge
rit. *Iacob.Beneu.cap.50*

De fęminis tuis ſuſpectis, quid agant
ignorantiam, non ſcientiam quæ-
ras. *Beltran.Hycon. cap. 10*

Carpit enim viros paulatim, vritq; vi-
dendo fęmina. *Virg.lib. 3*
*Georg.*

Adde, quod & partus faciant breuio-
ra iuuentæ
Tempore,cõtinua meſſe ſeneſcit ager.
*Ouid.lib.3.de art.amand.*

Si foret, vt quondam Lucretia caſta,
crumena,
Cùm ſibi porrigitur, cedet auara tibi.
*Henr.Samar.lib.1.par.2.*

Ignis, mare, mulier, tria mala. *Ter.*

Fęmina nulla bona; & ſi bona conti-
git vlla,
Neſcio quo pacto res bona facta eſt.
*Petron.Arbit.*

Fęmina cum par eſſe cępit, ſuperior
efficitur. *Pub.Mim.*

Quid leuius fumo? fulmen: quid ful-
mine ventus:
Quid vento? mulier: quid muliere?
nihil.
*Triphon. Aſiſ.*

Fęminæ vmbra nocens eſt. *Diog.*

Mulierum propium eſt decipi.

Bona

Bona mulier inter malas mixta odio habetur.

Malum eſt videre fęminam, peius alloqui, peſſimum attingere.

Fœmina corpus, opes, animam, vim, lumina, mentem

Eneruat, minuit, perdit, necat, orbat, acerbat.

Nux, aſinus, mulier ſimili ſunt lege legati:

Hæc tria nil recte faciunt, ſi verbera ceſſent. *Carmen Scolaſt.*

Mulier viri animam pretioſam capit. *Prou.cap.9.*

Vbi non eſt ſæpes, diripitur poſſeſſio, & vbi non eſt mulier, gemeſcit æger. *Eccl.cap.36.*

Melior eſt iniquitas viri, quàm mulier benefaciens. *Idem cap.42.*

Vinum, & mulieres apoſtatare faciẽt ſapientes. *cap. 19.*

Inueni enim amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt. *Eccl.cap.17.*

Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni. *Ibid.*

Mulier Diaboli ſagitta eſt, qua in luxuria homo citò labitur. *Hier. in Rubr.cap.de lux.*

Ho-

Homo,& mulier,ignis & palea. *Ibi*
Mulier ianua tartari. *Idem*
Vir mulieris cuncta ſpernat mun
ſcula,niſi vult luxuriæ capi laquei
*Ibidem.*

Nunquam viro cum muliere ſint lo
ga colloquia. *Ibidem*
Nemo inter ſerpentes cum ſecuritat
habitat. *Idem cap. de tim.Dom*
Tanta ſit inter virum, & mulieren
raritas, vt alter alterius nomen ne
ſciat. *Idem in Rubr*
Si ſanctus es, tamen ſecurus non es
*Ibidem.*

Delectant caſtas etiam præconia for
mæ. *Apud eund. in ep. ad ma-
trem.*

Vix pauca inuenies mulieri impoſſib
lia. *Val. ep. ad Ruf*
Audax eſt ad omnia quæcumque a
mat, vel odit fœmina, & arti
ficioſa eſt nocere cum vult.
*Ibidem.*

Ego enim exiſtimo in hoc mundo
nullam eſſe beſtiam comparabilem
mulieri malæ. *Chryſ. in ſer. de
decol. Io. Bapt.*

Si iniuriam patitur, inſanit; ſi ho-
norem accipit, extollitur.
*Ibidem.*

Fœ-

fœminarum cum clericis nullo pacto permittitur conuerſatio. *Amb. lib. 1. off.*

Nemo de viribus ſuis tantum ſibi arroget, vt mulierem fugere nolit. *Aug. de honeſt. mul.*

Mulieris ſtulta eſt petitio. *Greg. in Regiſt.*

Mulierum omnia vitia præter fornicationem ferenda ſunt à viris. *Chryſ. ſup. ep. ad eph. hom. 16.*

Mulieres orent velato capite. *Paul. Apoſt.*

Turpe eſt mulieri loqui in Eccleſia. *Idem ad Corint. cap. 14.*

Ex ancillarum moribus, & comitum mores, & ſtudia dominarum cognoſcuntur. *Didym. ſup. pſal. Dauid.*

## *Mundus.*

Mundus ſic vocatur, eò quòd nihil eo ſit mundius, & ornatius. *Plin.*

Ille huius mundi veraciter mala ſentit, qui eius bona inhiat, non appetit. *Greg. lib. 6. mor.*

Quidam mundi actiones fugiunt, ſed nullis virtutibus vtuntur. *Idem 5. mor.*

Qui mundi viuit negotijs, mortuus eſt Deo. *Apoſt. ad Timot. cap. 2.*

Ne-

Nemo militans Deo implicet ſe neg⟨o⟩tijs ſæcularibus. *Ibidem*

Quæ enim videntur, temporalia ſunt, quæ non videntur, æterna. *Idem ad Cor. ep. 4.*

Mundi huius diuites & ſuperbi experiuntur in fine vanitatem fuiſſe. *Aug. ſer. 131. de temp.*

Mundus hic velut carcer eſt. *Idem ſup. pſ. 14.*

Mundus diligendus, & odio habendus. *Idem in ſentent.*

Mundus ratione, non caſu adminiſtratur. *Idem de duab. anim.*

Mundi huius ornatus pulchrior quidem per ſe, in Dei verò comparatione nihil. *Idem de quantit. ani.*

Mundus ijs inimicus eſt, quos beatos facit. *Idem de quæſt. ex vtr. teſt.*

Fallax enim eſt hic mundus, finis dubius, exitus horribilis, iudex terribilis, & pęna infinibilis. *Petr. Blexen.*

Chriſtianus vtatur mundo, non fruatur. *Ber. ſup. cant. ſer. 86.*

Mundus clamat, ego deficiam; Diabolus, egò decipiam; Chriſtus verò dicit, ego reficiam. *Idem.*

Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in eo ſunt. *Ioann. 29.*

Nihil eſt perpetuum in hoc ſæculo.

*Mu-*

Digitized by Google

## *Muſica.*

Muſica eſt peritia modulationis, ſono, cantūq; conſiſtens. *Iſid.2.eth.*

Muſica voluptatis cauſa diſcitur. *Ariſt.8.pol.*

Muſica omnibus ætatibus, & moribus conuenit. *Ibidem.*

Muſica abſtrahit animum, & quandoque rapit. *Ibidem.*

Muſicam pueri diſcant. *Ibidem.*

Muſicæ tanta eſt vis, vt animi, corporiſque affectus ſiſtere, & ægritudines curare valeat. *Pyth.*

Muſicam docebit Amor, licet ſis imperitus. *Apud Plut.prob.dec.1.*

Muſicis Iuppiter canenda ſuggerit. *Hom.odyſſ.lib.1.*

Omnibus hoc vitium eſt cantoribus inter amicos,
*Vt* nunquam inducant animum cantare rogati,
Iniuſſi nunquam deſiſtant. *Hor.lib.1. ſat.3.*

Muſica Dei donum. *Aug.ep.28.*

Pſalere, & orare inter laborandum res Deo accepta. *Idem de oper.mon.*

Benè pſallere, & malè viuere Deo abominabile. *Idem in pſal.40.*

*Na-*

N

Natura.

Natura eſt principium motus & qui
tis eius, in quo eſt, primum per ſ
& non ſecundum accidens. *Ariſ.*
*2. phyſ.*

Quid aliud eſt natura, niſi Deus, & d
uina ratio toti mundo, & partibu
eius inſerta? *Sen. 4. de bene*

Curam noſtri nobis natura mādauit
ſed vbi nimium indulſeris, vitiū eſt
*Idem ep. 117.*

Quicquid natura præcipit, fit ſine cō
ſilio. *Idem ep. 12*

Homo naturæ obediens homini noc
re non poteſt. *Cic. 3. off*

Nihil cenſeamus malum, quod ſit
natura datum hominibus. *Idem 1*
*Tuſc.*

Vt bona natura appetimus, ſic a mali
natura declinamus. *Idem 4. Tuſc*

Natura duce, errare nullo modo poſ
ſumus. *Idem 1. de leg*

Omnis natura eſt diligens, & conſer
uatrix ſui. *Idem 1. de fi*

Meliora ſunt ea, quæ natura, quàm
quæ arte percepta ſunt. *Idem 2. d*
*nat. Deor.*

In natura ſigna quædam eſſe futura
rum rerum. *Idem 1. off*

In

In natura nihil ſuperfluum. *Ariſt. phyſ.2.*

Facilius eſt mutare conſuetudinem, quàm naturam. *Ibidem.*

Nulla res eſt in natura, quæ non habeat in ſe aliquid admirabile. *Idem 1. de part. ani.*

Diſcite quàm paruo liceat producere vitam,

Et quantum natura petat. *Lucan. lib. 4.*

Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuę. *Prop. lib. 3. eleg. 9.*

Quos ſatiare poteſt diues natura miniſtrat,

Quod docet in fręnis gloria fine caret. *Petr. Arbit.*

Natura nihil otiosè agit. *Auer. 1. cæl. tex. com. 52.*

Natura ſemper conſuetis gaudet. *Gal. de meth. med.*

Seminat in ſpinis naturæ iura retractans,

Garrula diuelli rana pallude nequit. *Henr. Samar. lib. 1. par. 2.*

Plura petit vitium, paucis natura fouetur. *Monten.*

Quod natura negat, reddere nemo poteſt. *Maxim.*

Quod natura negat, nemo feliciter audet

Diſplicet impudens, vbi placere ſtudet. *Verſif. fab. Aeſop. fab. 1*

Naturæ iniquitas falsò ab hominibus accuſatur. *Sal. in con. Cat.*

Ne appetamus, quod ſit a natura denegatum. *Dio*

❧

Naturaliter multa fiunt, quorum ratio nos latet. *Aug. lib. 21. de Ciu. Dei. cap. 7.*

Omnis natura, in quantum natura eſt bona. *Idem lib. 3. de lib. arbitr.*

Citò naturam mutat vſus. *Idem in lib. de Ioſeph.*

Natura vitioſa per peccatum eſt. *Idem lib 22. de Ciu. Dei. cap. 22.*

Natura rei cuiuſque Dei eſt voluntas. *Greg. 21. mor*

Quicquid in hac mortalitate patimur, ex infirmitate eſt naturæ. *Idem in 1. Reg.*

Quod a natura ineſt, nec ſaluat, nec damnat. *Aug. in quæſt. ex vt. teſt.*

Repugnante natura quælibet cedit induſtria. *Caſſiod. ep. lib. ca. 38.*

Ne-

## *Neceſſitas.*

Neceſſitas eſt vis ipſa, quæ cogit.

Neceſſitas non habet legem. *Matth. Vindoch.*

Quæ neceſſaria ſunt, turpe eſt neſcire. *Plat. de leg.*

Neceſſitas facit induſtriam parandi victum. *Idem de Rhet.*

Fortiſſima rerum omnium neceſſitas, cuncta enim ſuperat. *Thales apud Diog. lib. 3.*

Omne, quod eſt ex neceſſitate, ſeruitus eſt teſtibus philoſophis. *Eurip. in Reſt.*

Tempori cedere, id eſt neceſſitati parere, ſemper ſapientis habitum eſt. *Cic. Ep. fam. lib. 4.*

Neceſſitas cogit, quod non habeas aliunde ſumere. *Idem de orat.*

Neceſſitas morbus grauiſſimus. *Idem contr. Catil.*

Da operam, vt quicquid neceſſe eſt, nunquàm inuitus facias. *Sen. ep. 62.*

Effugere neceſſitates non poteris, vincere poteris. *Idem ep. 37.*

Sic animum componamus, vt quicquid res exigit, id velimus. *Idem ep. lib. 7. cap. 8.*

Neceſſarium non contingit aliter ſe habere. *Ariſt. meth. 4.*

Homo,& mulier,ignis & palea. *Ibid*

Mulier ianua tartari. *Idem*

Vir mulieris cuncta ſpernat munuſcula,niſi vult luxurię capi laqueis *Ibidem*.

Nunquam viro cum muliere ſint longa colloquia. *Ibidem*

Nemo inter ſerpentes cum ſecuritate habitat. *Idem cap. de tim. Dom.*

Tanta ſit inter virum, & mulierem raritas, vt alter alterius nomen neſciat. *Idem in Rubr.*

Si ſanctus es, tamen ſecurus non es. *Ibidem.*

Delectant caſtas etiam præconia formæ. *Apud eund. in ep. ad matrem.*

Vix pauca inuenies mulieri impoſſibilia. *Val. ep. ad Ruf.*

Audax eſt ad omnia quæcumque amat, vel odit fœmina, & artificioſa eſt nocere cum vult. *Ibidem.*

Ego enim exiſtimo in hoc mundo nullam eſſe beſtiam comparabilem mulieri malæ. *Chryſ. in ſer. de decol. Io. Bapt.*

Si iniuriam patitur, inſanit; ſi honorem accipit, extollitur. *Ibidem.*

Fœ-

Fœminarum cum clericis nullo pacto permittitur conuerſatio. *Amb. lib. 1. off.*

Nemo de viribus ſuis tantum ſibi arroget, vt mulierem fugere nolit. *Aug. de honeſt. mul.*

Mulieris ſtulta eſt petitio. *Greg. in Regiſt.*

Mulierum omnia vitia præter fornicationem ferenda ſunt à viris. *Chryſ. ſup. ep. ad eph. hom. 16.*

Mulieres orent velato capite. *Paul. Apoſt.*

Turpe eſt mulieri loqui in Eccleſia. *Idem ad Corint. cap. 14.*

Ex ancillarum moribus, & comitum mores, & ſtudia dominarum cognoſcuntur. *Didym. ſup. pſal. Dauid.*

## *Mundus.*

Mundus ſic vocatur, eò quòd nihil eo ſit mundius, & ornatius. *Plin.*

Ille huius mundi veraciter mala ſentit, qui eius bona inhiat, non appetit. *Greg. lib. 6. mor.*

Quidam mundi actiones fugiunt, ſed nullis virtutibus vtuntur. *Idem 5. mor.*

Qui mundi viuit negotijs, mortuus eſt Deo. *Apoſt. ad Timot. cap. 2.*

Ne-

Nemo militans Deo implicet ſe nego tijs ſæcularibus. *Ibidem.*

Quæ enim videntur, temporalia ſunt, quæ non videntur, æterna. *Idem ad Cor. ep. 4.*

Mundi huius diuites & ſuperbi experiuntur in fine vanitatem fuiſſe. *Aug ſer. 131. de temp.*

Mundus hic velut carcer eſt. *Idem ſup. pſ. 14.*

Mundus diligendus, & odio habendus. *Idem in ſentent.*

Mundus ratione, non caſu adminiſtratur. *Idem de duab. anim.*

Mundi huius ornatus pulchrior quidem per ſe, in Dei verò comparatione nihil. *Idem de quantit. ani.*

Mundus ijs inimicus eſt, quos beatos facit. *Idem de quæſt. ex vtr. teſt.*

Fallax enim eſt hic mundus, finis dubius, exitus horribilis, iudex terribilis, & pęna infinibilis. *Petr. Blexen.*

Chriſtianus vtatur mundo, non fruatur. *Ber. ſup. cant. ſer. 86.*

Mundus clamat, ego deficiam; Diabolus, ego decipiam; Chriſtus verò dicit, ego reficiam. *Idem.*

Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in eo ſunt. *Ioann. 29.*

Nihil eſt perpetuum in hoc ſæculo.

*Mu-*

Digitized by Google

*Muſica.*

**Muſica** eſt peritia modulationis, ſono, cantuq; conſiſtens. *Iſid 2.eth.*

**Muſica** voluptatis cauſa diſcitur. *Ariſt.8.pol.*

**Muſica** omnibus ætatibus, & moribus conuenit. *Ibidem.*

**Muſica** abſtrahit animum, & quandoque rapit. *Ibidem.*

**Muſicam** pueri diſcant. *Ibidem.*

**Muſicæ** tanta eſt vis, vt animi, corporiſque affectus ſiſtere, & ægritudines curare valeat. *Pyth.*

**Muſicam** docebit Amor, licet ſis imperitus. *Apud Plut.prob.dec.1.*

**Muſicis** Iuppiter canenda ſuggerit. *Hom.odyſſ.lib.1.*

**Omnibus** hoc vitium eſt cantoribus inter amicos,
*Vt* nunquam inducant animum cantare rogati,
Iniuſſi nunquam deſiſtant. *Hor.lib.1. ſat.3.*

**Muſica** Dei donum. *Aug.ep.28.*

**Pſalere**, & orare interlaborandum res Deo accepta. *Idem de oper.mon.*

**Benè pſalere**, & malè viuere Deo abominabile. *Idem in pſal.40.*

*Na-*

# N

## Natura.

Natura eſt principium motus & qu
tis eius, in quo eſt, primum per ſ
& non ſecundum accidens. *Ariſ*
*2. phyſ.*

Quid aliud eſt natura, niſi Deus, & c
uina ratio toti mundo, & partibu
eius inſerta? *Sen. 4. de bene*

Curam noſtri nobis natura mādauit
ſed vbi nimium indulſeris, vitiū eſ
*Idem ep. 117.*

Quicquid natura præcipit, fit ſine cō
ſilio. *Idem ep. 1*

Homo naturæ obediens homini noc
re non poteſt. *Cic. 3. of*

Nihil cenſeamus malum, quod ſit
natura datum hominibus. *Idem*
*Tuſc.*

Vt bona natura appetimus, ſic a mal
natura declinamus. *Idem 4. Tuſ*

Natura duce, errare nullo modo po
ſumus. *Idem 1. de le*

Omnis natura eſt diligens, & conſe
uatrix ſui. *Idem 1. de fi*

Meliora ſunt ea, quæ natura, quā
quæ arte percepta ſunt. *Idem 2. d*
*nat. Deor.*

In natura ſigna quædam eſſe futura
rum rerum. *Idem 1. of*

In

In natura nihil ſuperfluum. *Ariſt. phyſ. 2.*

Facilius eſt mutare conſuetudinem, quàm naturam. *Ibidem.*

Nulla res eſt in natura, quæ non habeat in ſe aliquid admirabile. *Idem 1. de part. ani.*

Diſcite quàm paruo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat. *Lucan. lib. 4.*

Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuę. *Prop. lib. 3. eleg. 9.*

Quos ſatiare poteſt diues natura miniſtrat,
Quod docet in fręnis gloria fine caret. *Petr. Arbit.*

Natura nihil otioſè agit. *Auer. 1. cœl. tex. com. 52.*

Natura ſemper conſuetis gaudet. *Gal. de meth. med.*

Seminat in ſpinis naturæ iura retractans,
Garrula diuelli rana pallude nequit. *Henr. Samar. lib. 1. par. 2.*

Plura petit vitium, paucis natura fouetur. *Monten.*

Quod natura negat, reddere nemo poteſt. *Maxim.*

*Neceſſitas.*

Neceſſitas eſt vis ipſa, quæ cogit.

Neceſſitas non habet legem. *Matth. Vindoch.*

Quæ neceſſaria ſunt, turpe eſt neſcire. *Plat. de leg.*

Neceſſitas facit induſtriam parandi victum. *Idem de Rhet.*

Fortiſſima rerum omnium neceſſitas, cuncta enim ſuperat. *Thales apud Diog. lib. 3.*

Omne, quod eſt ex neceſſitate, ſeruitus eſt teſtibus philoſophis. *Eurip. in Reſt.*

Tempori cedere, id eſt neceſſitati parere, ſemper ſapientis habitum eſt. *Cic. Ep. fam. lib. 4.*

Neceſſitas cogit, quod non habeas aliunde ſumere. *Idem de orat.*

Neceſſitas morbus grauiſſimus. *Idem contr. Catil.*

Da operam, vt quicquid neceſſe eſt, nunquàm inuitus facias. *Sen. ep. 62.*

Effugere neceſſitates non poteris, vincere poteris. *Idem ep. 37.*

Sic animum componamus, vt quicquid res exigit, id velimus. *Idem ep. lib. 7. cap. 8.*

Neceſſarium non contingit aliter ſe habere. *Ariſt. meth. 4.*

Infida enim cuſtos caſtitatis eſt ne
ſitas. *Theoph. in aur. de nu*
Efficacior in aduerſis neceſſitas.
*Curt.*
Neceſſitatis tempore omnia ſunt c
munia. *Apud* Iur
Aequa lege neceſſitas
Sortitur inſignes, & imos,
Omne capax mouet vrna nomen.
*Hor. od. 1. lib. 3.*
Neceſſitudo etiam timidos fortes
cit. *S. lu*
In extrema inopia conſtitutis ha
facilè eſt emergere.

Neceſſitas dicitur, quæ in noſtra p
teſtate non eſt. *Aug. l.b. 1. de ci*
*Dei.*
Felix neceſſitas, quæ in meliora con
pellit. *Idem in ep. ad Armen*
Neceſſitas legi poſitiuæ non ſubiace
*in ſum. Arm.*
Sub quadam excuſatione peccare c
ditur, cui neceſſaria non probe
tur. *Caſſiod. lib. 9. cap.*
Neceſſitas moderata non diligit.
*Idem lib. 4. cap. 3.*
Dum mater criminum neceſſitas to
llitur, peccandi ambitus aufereti
*Idem lib. 9. cap. 3.*

Ne-

Neceſſitas cogit ad turpia. *Prou. 32.*

*Negligentia.*

Negligẽtia eſt torpor animi, quo quis minus diligens eſt in exigendo, quod debet. *Hug.*

Turpiſſima eſt iactura, quæ fit per negligentiam. *Sen. ep. lib. 1. cap. 1.*

Et neglecta ſolent incendia ſumere vires. *Hor. 19. ep.*

Perpetua cunctatio facit actiones imperfectas. Demetr. *Apud ſtob.*

Temporis dilatio lucrum non affert. *Ibidem.*

Omnium noſtra vita cunctãdo perit, & hinc eſt, quòd vnuſquiſque noſtrum inter negotia moritur. *Epic. apud ſtob.*

Hominem negligentem res dubia facit. *Chryſ.*

Negligentiores facit incerta punitio malorum. *Idem ſ. per Gen. hom. 24.*

In bonis dilatio nocet. *Iſid. in Sinon. Soliloq.*

Negligentia ſæpè de virtute facit peccatum. *Greg. 13. mor.*

Negligentes vix ſaluari poſſunt. *Idem ſuper 1. Reg.*

Quodammodo cuſtodiri negligẽtius ſolet quicquid facilè creditur poſſe

ſuperari. *Caſſi*

Dum herba creſcit,equus moritur, dum fugans canis mingit, lup euadit. *Petr.Chryſol.in quad.epi*

Vituperationem generant,quæ in r dijs actibus ægra deſeruntur. *Caſſiod.lib.4.cap.31.*

Vitanda eſt negligentia, nam in gr uiori periculo eſt deſperationis i dicium. *Ber.ſuper pſal.54.ſer.1*

Quidam ea ſemper differunt, quæ d ferri non expedit, vbique ſunt pr cipites, vbi res ſaniori conſilio i diget. *Petr.Ra*

## *Nihil.*

Rarum pro nihilo accipitur. *Apu Legiſt.*

Nihil generat ſeipſum. *Ariſ*

Ex nihilo nihil fit naturaliter. *Iden*

## *Nobilitas.*

Nobilitas eſt quiddam maiorū ſplen dor,& claritas. *Ariſt.Rhe*

Nobilitas eſt progenitorum. *Iden Rhet.2.*

Ciuitas optima nunquàm permitt artificem eſſe ciuem. *Idem 3.poli cap.3.*

Nobilitas eſt virtus, & diuitiæ ant quæ. *Idem polit.3*

Vnus

hius vir heroicus totam gentem illuſtrat. *Demoſt. 1 Olynt.*

obilior eſt, à quo genus incipit. *Pytag. apud Stob.*

ecuniæ domeſticæ deficiunt, nobilitas manet. *Eurip. Ibid.*

genuitas non recipit contumeliam, *Sen. de mor.*

obilitas animi generoſus eſt cenſus nobilitas hominis eſt generoſus animus. *Idem ep. 37.*

Qui genus iactat ſuum, aliena laudat. *Idem in Herc. Fur.*

Nobiles maiori ex parte ſuperbi. *Apud iuriſp.*

Nobiles minus puniũtur, quàm ignobiles. *Ibidem.*

Virtute decet, non ſanguine niti. *Claud. de inſtit. Princ.*

Nobilitas ſola eſt carisſima virtus. *Iuuen.*

Melius eſt de contemptibili genere contemptibilem naſci. *Chryſ. ſuper Matth.*

Stannum de argento egreditur, ſed non eſt argentum. *Ibidem.*

Ingenia generoſa doceri cupiunt, cogi non ferunt. *Idem in epiſt.*

Melius eſt, vt in te glorientur pare[ntes], quàm tu in parentibus glori[e]ris. *Idem ſup. r Matt.*

Quid enim prodeſt ei, quem ſordid[ant mo]res, generatio clara? aut quid n[o]cet illis generatio vilis, quem m[o]res ador[n]ant? *Iidem*

Animus ingenuus nihil magis, quà[m] rogari erubeſcit. *Au[g]*

*Nomen.*

Nomen eſt, quod vnicuique perſon[æ] attribuitur, pro quo q; ſuo propri[o] & certo vocabulo appellatur. *Ci[c]*

Pulchra nomina pueris ſunt impon[en]da. *Plut. de ſ.*

Nominatio fit à digniori. *Ariſt. po[]lit. 8.*

Nomina cum re conſentiunt. *Demoſ[th.] 1. Olynt.*

Auctorum nomina non ſunt ſuppr[i]menda. *Plin. ſen. in prolog.*

Non oportet ex ſignificatione nomi[]nis de moribus iudicare. *Apud in[]riſp.*

Nomen à noſcendo dictum eſt. *Aug. lib. 1. de magiſtr.*

Niſi nomen rei ſciueris, cognitio rer[um] perit. *Iſid.*

Nomina apud veteres ratione aliqu[a im]pone-

ponebantur. *Ambr. ſuper epiſt. ad Rom.*

Nomina rebus ſunt poſteriora. *Baſil. contra Apolog.*

## *Nouerca.*

Qui liberis ſuis nouercam ſuper indu xit, non honore dignus, ſed infamis fit, vtpote diſsenſionis auctor domeſticæ. *Apud Stob.*

Nihil boni (aiunt) nouercam cupere filijs ſpurijs, quàm reprehenſionem vitæ. *Eurip. ibid.*

Inimica conſequens nouerca liberis prius genitis vipera nihilo dementius. *Idem in Alceſt.*

Nunquàm duplicia connubia laudauero mortalium, nec binas matres habentes liberos. *Idem in Androm.*

Miſerrimus eſt pater quiſquis inducit filio nouercam. *Quint. declam. 1.*

Si nouam prolem domi vis procreare, maximam inimicitiam filijs tuis concitas. *Menand. apud Stob:*

## *Nouitas.*

Nouitas eſt alicuius effectus nunquã viſi noua apparitio.

Quædam delectant noua, quæ poſtea ſimiliter non faciunt. *Ariſt. eth. 10.*

Sapienti nihil nouum, aut peregrinũ *Idem apud Diog. lib 6.*

Magna pars mali apud imperitos eſ nouitas. *Sen. ep. 77.*

Ad noua homines concurrunt, ad noua conueniunt. *Idem cinc. nuſ. lib. 4.*

Naturale eſt magis noua, quam magna imitari. *Idem lib. 5. de natur. quæſt.*

Eſt natura hominum nouitatis auida. *Plin. de nat. hiſt. lib. 12.*

Euentus varios res noua ſemper habet. *Ouid. 3. de Pont.*

Nouum factum nouumconſilium expetit. *Apud iuriſp.*

Cum aures hominum nouitate lætantur, tum ad rationem vitæ exemplis erudimur. *Plin. iun. lib. 8.*

Nouum omne, & incognitum quod eſt, ſuſpectum eſt. *Tert.*

Nemo eſt tam fortis, qui rerum nouitate non perturbetur. *Cæſ. de bell. Gall. lib. 6.*

Superuacuus foret in ſtudiis longus labor, ſi nihil liceret melius inuenire præteritis. *Quint. lib. 3.*

Nihil

Nihil eſt ſimul & inuentum, & perfectum. *Cic. de clariſſ. orat.*

Ea tentanda ſunt, quæ (ſi malè ceſſerint) minus noceant, & ſi benè, plurimum proſint. *Veg. lib. 3.*

*Nox.*

Nox eſt vmbra diei contraria: vel ſolis priuatio. *Plat. de diff.*

Noctu plerunque reuerentiam habet tenebræ. *Eurip. in Bacchid.*

Nox ex incerto maiora territis oſtentat. *Liu. 1. decad. lib. 8.*

Nox ob quietem data naturæ beneficio mortalibus. *Idem Decad lib. 8.*

Sit nox cum ſomno, ſit ſine lite dies. *Auſon.*

Nocte latent mendæ, vitioque ignoſcitur omni.

Sub nocte omnia ſunt ſuſpecta. *Ambr.*

Tenebræ non videndo videntur. *Aug. lib. ij. de Ciu. Dei cap. 7.*

Tenebræ timorem ſignificant. *Idem in lib. quæſt. Euang.*

Tenebræ videri non poſſunt. *Idem lib. 2. de ord.*

Noctē non tenebræ, ſed lucis diſceſſio facit. *Idem in quæſt. ex vtr. teſt.*

*Nuntius.*

Nuntius impij cadet in malū; legatus

autem fidelis ſanitas. *Pro.cap.13*

Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium ſtultum. *Idem cap.25.*

Cum is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. *Greg.in paſt.*

Referenti non licet aliquid immutare. *Caſſiod.lib.6.ep.17.*

## O.

### *Obedientia.*

OBediētia eſt obiurgatio propriæ voluntatis, ſecundum quā quis alteri ad nutum ſubditur.

Quantò quis diligentius obſequitur, maiorem gratiam obtinebit. *Ariſt. Oecon.*

Parere dicitur, qui quod didicit, optimum eſſe ſatisfacit. *Ex apoph.*

Potentiori omnia parēt. *In hiſt.Sax.*

Obediens in grauibus mitius punit. *Apud iuriſp.*

Sola eſt, quæ poſſidet fidei meritum, obedientia. *Ibid.*

Vtilius parere dicto, quàm afferre cōſilium. *Curt.lib.7.*

Obedientia ciuium felicitas vrbis. *Xenoph.apud ſtob.*

Non eſt obediens, qui ſecundum expectat

pectat mandatum. *Hier. de obedientia.*

Melior eſt obedientia, quàm victimę, *lib. 1. Reg. cap. 15.*

Per victimas aliena caro; per obedientiam verò voluntas propria mactatur. *Greg. 15. mor.*

Nullum malum per obedientiam debet fieri. *Idem 32. mor.*

Obedientiæ dilatio poſt citationem reddit hominem culpabilem. *Idem ex Reg. lib. 5.*

Obedientia non ſenili metu, ſed charitatis affectu ſeruanda eſt non timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ. *Idem 12. mor.*

Non attendit verus obediens quale ſit, quod præcipitur, hoc ſolo contentus, quia præcipitur. *Ber. de præcept. & diſcip.*

Obedientia circa difficilia gratior, cõtemptus circa minima damnabilis. *Ibidem.*

Obedientiam fides exigit. *Chryſ. ſer. 27. ſuper ep. ad Rom.*

Obediendum propter Deum hominibus. *Idem ſuper Matth. hom. 21.*

Obedientiæ maius bonum, quàm cõtinentiæ. *Aug. de bon. coniug.*

Obedientiæ bonum in primo decla-

ratur homine, & illius præcepto. *Idem ſuper pſ.70.*

Quid iniquius, quàm velle ſibi obtem-perari à minoribus, & nolle obtem-perare maioribus. *Idem de oper. monac.*

Leue enim eſt pręcipere; ſed graue eſt adimplere. *Hug. de 12. abuſ.*

Obedientia ſola eſt, quæ hominem Deo conciliat. *Anſel. ſuper ep. ad Hebr.*

*Obliuio.*

Obliuio exitus eſt memoriæ. *Apud ſtob.*

Obliuio odioſa. *Ibidem.*

Verè ſapiētis eſt ineptiarum obliuio. *Eurip. apud Plut.*

O venerāda obliuio malorum quàm es ſapiens, & miſeris optabilis Dea. *Idem in Oreſt.*

Obliuio eorum, quæ quiſq; fędè egit, bonorum eſt; reminiſci autem malorum eſt. *Ariſt. top. 3.*

Dediſcit animus ſerò, quod didicit diù. *Sen. in Troiad.*

Facilè meminimus, quæ nolumus, at nō licet obliuiſci, quæ volumus. *Ex apoph.*

Obliuio ſignum eſt paruipenſionis. *Ibidem.*

Nemo

Nemo poteſt aliquid obliuiſci, quod diligit, aut retinere, quod odit. *Greg. in hom.*

Obliuio non fit repente, ſed paulatim. *Aug. lib. 6. muſic. cap. 4.*

Oblinio quædam bona eſt, quædam autem mala. *Bern. in vig. Nat. Dom.*

*Obſequium.*

Obſequium eſt reuerentia, qua quis alteri primas dat.

Quantò quis diligentius obſequitur, tantò maiorem gratiam obtinebit. *Ariſt. œconom.*

Bonus animus nunquàm erranti obſequium accommodat. *Pub. Mim.*

Namque hoc tempore
Obſequium amicos, veritas odium parit. *Ter. in And.*

Flectitur obſequio curuatus ab arbore ramus,
Franges, ſi vires experire tuas. *Ouid. li. 2. de art. am.*

Obſequio tranantur aquæ, nec vincere poſſis
Flumina, ſi contra, qua rapit vnda, nates. *Ibidem.*

Obſequium tigres domat, tumidoſq; Leones:

Leones:
Ruſtica paulatim taurus aratra ſubit.
*Ibidem.*

*Occaſio.*

Occaſio eſt tempus rebus gerendis accommodatum. *Plat. in diff.*
Oportunitas eſt imminentia temporis, in quo vel agere, vel pati quicquam oporteat. *Ibidem.*
Vt canem cedas, facilè inuenies baculum. *Aeſop. in fab.*
Quæ ſuo tempore non fiunt, ea diù ſtare nequeunt. *Idem.*
Oīa probè fiūt, q̄ fiūt tēpore ſuo. *Idē.*
Virtus eſt, vbi occaſio admonet deſpicere. *Plaut. ex pera.*
Aduerſus hoſtes nulla prætereūda eſt occaſio. *Ex apoph.*
Pro tempore, proque re nata mutandus eſt temporis habitus. *Ibidem.*
Sum Dea, quæ rara, & paucis occaſio nota. *Veg. lib. 3.*
Oē intēpeſtiuè factū vituperabile. *Iu.*
Cupidæ occaſiones tandem oblatę arripiuntur. *Demoſt. ex arg. lib.*
Paruæ occaſiones magnarum rerum cauſa exiſtunt. *Idem.*
Stultus eſt, qui, quæ obtulit opportunitas, non amplectitur. *Plaut.*
Dū felis dormit, ſaliūt mures. *Eſt pro.*
Caden-

Cadente quercu quiuis ligna colligit. *Eſt Prou.*

Occaſionem quærit, qui vult ab amica diſcedere. *Prou. c. 18.*

Qui amat periculum, incidit in illud. *Eccl. c. 3.*

Ad opportunitatem ſuperfluum eſt inutile. *Chryſ. de pœnit. 7.*

Cum vult, non poteſt, quia, quandò potuit, noluit: ideo per malum velle perdidit bonum poſſe. *Aug.*

Sępè occaſio peccandi voluntatem facit. *Iſid. in ſin m. ſolil lib. 2.*

Vbicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. *Matth. c. 24.*

*Occaſus.*

Occaſus eſt diei finis. *Plat. in diff.*

*Odium.*

Odium eſt ira inueterata. *Cic. 4. Tuſ.*

Multis odiis multæ opes ſubſiſtere nō poſſunt. *Idem 2. off.*

Quem metuunt, oderunt, quem quiſque odit periiſſe, expetit. *Ibidem.*

Vetus odiū vix occidit: *Idē pro Sylla.*

Peiora ſunt tecta odia, quàm aperta, & agnoſci amat, qui odium oſtendit. *Sen. in prou.*

Quamuis agas, ne quis merito tuo oderint, erunt tamen ſemper qui te

ode-

oderint. *Ibidem*

Melius eſt odium malorum, quàn eorum conſortium. *Pontanus.*

Odium eſt vetus ira ex pluribus cau ſis collecta, diuturno tempore per ſeuerans. *Aug. de diff.*

Fiſtuca in oculo eſt ira; trabs autem eſt odium. *Idem ſuper Matth.*

Si cõparatione odij ira fiſtuca eſt; ſed fiſtucam ſi nutries, trabs erit, ſi euel las, & proiicias, nihil erit. *Idẽ in ſer.*

Facilè redit in gratiam, qui inuitus o- dit. *Leo PP. diſt. 66.*

Odium proximi impedit orationis fructus. *Greg. 10. mor.*

Odia aliquandò ſunt pro veritate ſu- ſtinenda. *Idem in regiſt.*

Odientes non debemus diligere, & quantum in nobis eſt, pacem cum eis habere. *Ibidem.*

Odium omne malum ſuggerit. *Idem ſuper Matth.*

Qui occidit, qui odit fratrem ſuum, & qui ei detrahit, pari pœna digni eſſe monſtrantur. *Hier. in ep.*

Bonos quis, niſi ſtultiſſimus, oderit? malos verò odiſſe, ratione careat. *Boet. de conſ. lib. 1.*

Hæc eſt pugna periculoſa, & hæc glo- rioſa

rioſa victoria, qui poterit odiſſe, quod amat, & amare, quod odit. *Chryſ. in hom.*

Satis enim eſt, ſi hoc habemus, ne quis malefacere nobis poſſit. *Ber.*

*Odor.*

Aliter catuli longè olent, aliter ſues. *Plaut.*

Ex fœtida teſta fœtidus exit odor. *Ber. de improb. vit. c. 5.*

Odorem morum fama diiudicat calore conſcientiæ. *Idem ſuper Cant. ſer. 71.*

Odorat tantùm peccator Dominum: iuſtus autem guſtat. *Idem ſuper Cant. ſer. 67.*

Nō bene ſemper olet, qui bene ſemper olet. *Hier. ad Demetr. & Marti.*

*Opera miſericordiæ, corporalia, & ſpiritualia.*

Viſito, cibo, poto, redimo, tego, colligo, condo,

Conſule, ſolare, caſtiga, remitte, fer, ora.

Opera miſericordiæ ſunt ſemina futuræ meſſis. *Greg. q. 4.*

Miſericordiæ opera & hic iuuant, & in æternum præmiant facientem. *Idem in reg.*

*Opinio.*

Opinio.

Opinio eſt perceptio cum fide per ra tiocinationem. *Plat. in diff*

Inter ſapientiam, & ignorantiam media res eſt opinio. *Idem de amor*

Opinio diuiditur in verum, & falſum electio vero in bonum, & malum. *Ariſt. Metaph. 5.*

Diuerſitas opinionum eſt cauſa litis. *Ibid.*

Malè de te opinentur homines, ſed mali. *Sen. de rem. fort.*

Quot homines, tot ſententiæ, ſuus cuique mos. *Ter. in phor.*

Malum maximum hominibus opinio falſa. *Demoſt. in Rhet.*

Perturbant homines non res ipſe, ſed rerum opiniones. *Epic. apud Stob.*

Veritas apud ſeſe vincit, opinio autem apud exteros. *Ibid.*

Opinio communis habet vim conſuetudinis. *Apud Iuriſp.*

Concepta ſemel opinio vix deponitur. *Cic.*

Sæpe cui rei dulcis fuerit opinio amarum fuit experimentum. *Franc. Petr. de proſp. fort.*

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus.

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur

tur vno. *Ex Porth. Satyris.*
Vnde abeſt ſcientia, id totum poſſidet opinio. *Ex apophth.*

Lætatur homo in ſententia oris ſui, & ſermo opportunus eſt optimus. *Prou. c. 15.*

Earum rerum non eſt ſcientia, ſed opinio, quæ pro ingeniis eſt varia. *Lact.*

Solet recta opinio prauam corrigere conſuetudinem; & praua opinio rectam deprauare naturam. *Aug. de doctr. Chriſt.*

*Opus.*

Omne opus in actione conſiſtit. *Cic. 2. off.*

Plus in negotijs gerendis res, quàm verba proſunt. *Ibidem.*

Sunt facta verbis difficiliora. *Idem ad Quint.*

Omnis autem ratio vacare debet temeritate, & negligentia. *Idem 1. of.*

Omne opus difficile videtur, antequã tentes. *Virg. lib. 2.*

Opus artifice inferius. *Ter.*

Multo præſtantius eſt res egregias gerere, quàm geſtas celebrare. *Ex apoph.*

Operando viri pecunioſi fiunt, & diuites. *Heſiod. apud Stob.*

Sat

Sat habet fautorum, qui recte facit. *Plaut. ex com.*

Opera de mane meliora ſunt, quã de ſero. *Apud Iuriſp.*

Ea facito, quorum non poſſis pœnitere. *Per. Cor.*

Quæ facturus es, ea ne prædixeris, fruſtatus enim rideberis. *Pit. Mit.*

Operantur tantò attentius, quantò difficilius. *Aug. lib. 2. de muſic.*

Probatio delectationis exhibitio eſt operis. *Greg. in hom.*

*Oratio.*

Oratio eſt piæ mentis, & humilis ad Deum conuerſio fide, ſpe, & charitate ſubnixa. *Hugo.*

Melius eſt cum ſilentio orare corde ſine ſono vocis, quàm ſolis verbis ſine intuitu mentis. *Iſid. de ſum. bon. lib. 3. cap. 8.*

Sicut enim nox ſine modulatione eſt quaſi uox porcorum; ſic oratio ſine deuotione eſt quaſi mugitus boũ. *Ibidem.*

Quid prodeſt labiorum ſtrepitus, ſi cor eſt mutum? *Ibidem.*

Sæpè multos Deus exaudit ad voluntatem, ut exaudiat ad ſalutem. *Ibidem.*

Fre-

Frequẽs oratio impugnatio vitiorum extitit. *Ibidem.*

Malè orantes tutius eſt non exaudiri. *Idem in ſent.*

Conditoris auribus illa maximè oratio commendatur, qua pro inimicis etiam intercedere nititur. *Greg. in mor.*

Orans, & non attendens clamans tacet. *Idem ſup. Euang. hom. 37.*

Oratio electi deuota, nunquàm infructuoſa. *Idem ſup. 1. Reg.*

Importunæ cogitationes orationis ſacrificio ſe ſæpè ingerunt. *Idem in Regiſt.*

Orationes noſtræ a Domino exaudiuntur, ſi nos proximorum neceſſitatibus ſubuenimus. *Idem ſup. pſal. 7.*

Oratio obediens citò exauditur. *Idem de oper. mon.*

Si pro te rogas tantum, ſolus pro te rogabis, ſi autem pro omnibus rogas, omnes pro te rogabunt. *Amb. in lib. 1. exam.*

Multorum præces impoſſibile eſt cõtemni. *Idem de pœnit.*

Orandum ſemper, etiam cum acceperimus poſtulata. *Hier. adver. Pelag.*

Egre-

Egredientes de hoſpitio armet oratio regrediemtes de platea oratio occurrat. *Idem*

Oratio cœlum aperit. *Chryſ. ſup. Act. Ap. hom. 36.*

Oratio feruidam requirit mentem. *Idem ad pop. Antioch hom. 29.*

Oratio in Eccleſia efficacior, quàm domi. *Idem de incomprehen. Nat. Dom.*

Oratio ſit breuis, & crebra. *Idem de fid. Annæ.*

Orans nihil nouum faciat, quod aſpiciant homines, nec voce clamet, nec manus expandat, nec oculos tollat, vt notabilis fiat. *Idem ſup. Matth. 6.*

Qui orat cum ieiunio duplices alas habet, nam neque oberrat, neque torquet. *Idem ſup. Matth. 18.*

Orationes aliorũ nobis proſunt, cum nos cœperamus. *Idem ad pop. Antioch. hom. 29.*

Pro ſe orare neceſſitas cogit, pro alijs autem charitas fraternitatis hortatur. *Idem ſup. Matth.*

Dulcior autem ante Deum eſt oratio, non quam neceſſitas tranſmittit, ſed quam charitas neceſſitatis commendat. *Idem.*

Plus

Magis placet Deo latratus canum, mugitus boum, grunitus porcorum, quàm cantus clericorum luxuriantium. *Aug.*

Oratio, niſi bona vita præcedat, non exauditur. *Idem ord. lib. 2.*

Orationes ſanctorum incenſum ſunt Domini. *Idem contr. aduer. leg. lib. 1.*

Orationem ſedulam etſi non exaudit Deus, non tamen inanis eſt. *Idem ſup. ep. Io. tract. 6.*

Oratio oranti eſt ſubſidium, Deo ſacrificium, & dæmonibus flagellum. *Idem in ſer.*

Cum oras, clama, non voce, ſed mente, nam & tacentes Deus exaudit. *Ibid.*

Orare etiam eſt gratia ſpecialis. *Idem lib 2. de perſeu.*

Cogitando, & orando pij plus proficiunt, quàm legendo. *Idem ep 112.*

Recté in Dei laudem pſalit, cuius opera cum voce concordant. *Idem*

Oratio ſi pura eſt, ſi caſta fuerit, cœlos penetrans, vacua non redibit. *Idem in q 101. ſer.*

Neque die vaces, neque nocte; ſed cum ſomnus de oculis tuis ceciderit,

rit, tunc ſenſus tuus in oratione vigilet. *Idem.*
Orans conſiderare debet, quid petit, quem petit, & ſe ipſum. *Ber. in ſent.*
Orantes verecundiam ſeruent. *Idem ſup. cant. ſer. 8.*
Oret vir nudato capite, mulier autem velato. *Idem in ſum. mor.*
Oratio cordis eſt, non labiorum. *Idem ad ſoror.*
Orans non ſit multiloquus. *Idem in ſum. mor.*
Per orationem illuminatur meditatio. *Idem in hom. de duob. diſcip.*
Perſiſtentibus in oratione infunditur gratia, quamuis fortè in initio aridi ſint. *Idem ſup. cant. ſer. 9.*
Orandi tempus tota vita. *Baſ*
Tunc enim veraciter oramus, cum aliundè non cogitamus. *Iſid*
Inaniter autem oramus, ſi ſpei fiduciam non habemus. *Idem*
Dei ſeruus quoties quolibet tangitur vitio, toties ad orationem ſe ſubdet. *Idem*

*Ordo.*

Ordo eſt, qui memoriæ maximè lumen affert. *Cic. 2. de orat*
Lapis componi debet ad regulam non

non, regula ad lapidem. *Plut. de profeſ. mor.*

Nihil ordinatum, quod præcipitatur, & properat. *Sen. ep. 40.*

Pluma tegit volucres, quibus ſua lana decori eſt. *Ibidem.*

Ordinatum ad vnum finem non debet contrarium operari. *Apud iuriſp.*

Si quid præcepti via
Certum non habet ordinem,
Lætos non habet exitus. *Boet. de conſol. lib. 1.*

Nihil poteſt inueſtigari, quod non per viam ſuam quæritur. *Lact.*

Ordo pater eſt modi. *Aug. lib. 2. de ord.*

Ordinem, quo mundus regitur, oſtendere difficillimum. *Ber. de ord. lib. 1.*

## *Ornatus.*

In cultu obſeruandum eſt, quod a forma remoueatur omnis indignus ornatus. *Tull.*

Vnguentum in homine arguit vitæ mollitiem. *Ex apoph.*

Veſtium luxus arguit hominem parum ſobrium, intuentiumque oculos ad libidinem ſollicitat citius,

quàm ad honeſtam opinionem
*Ibidem*.

Virgines nullo cultu melius ornãt
quàm ſimplici. *Ibidem*

Domi coram viro liceat vxori ſe or
re,vt libet; ornamenta autem, q
ſumit, egreſſura domum, non
maritum, ſed ad alios ſpectant.
*Sophoc. apud Stob.*

Munditiæ placeant, careant rubigi
dentes. *Ouid. de art. aman*
*lib. 1.*

Turpis ſine frondibus arbor. *Ide*
*lib. 13. metam.*

Turpis equus, ne ſine colla iubæ fl
ctuantia vilent. *Idem lib. 1*
*metam.*

Vitæ earum capiti decus faciunt.
*Simacus*.

Noſti mores mulierum,
Dum poliuntur, dum comuntur, a
nus eſt. *Ter. ex Heauton.*

Mulierem inuolutam æſtimas, ſi v
illam æſtimare,totamq; ſcire, qu
lis ſit,faſciam ſolue,multùmq; m
li ſub illa latet. *Sen. 81. e*

Adoleſcens, ſi fœmineis ornamen
tis te tornaueris, iniuriam face
re cogitas. *Idem lib. a*
*mor.*

Mulier

Digitized by Google

Mulier recte olet, vbi nihil olet.
*Plaut. in muſtel.*
Maſculos non decet coma, deliciæ vero mulieribus. *Focid.*
Nec luceat, nec ſordeſcat toga.

Mollia indumenta animi mollitiem indicant. *Ber. in apolog.*
Exterior enim ſuperfluitas interioris vanitatis eſt indicium. *Ibidem.*
Decor, qui cum veſte induitur, & cum veſte deponitur, veſtimenti eſt, non veſtiti. *Idem in ep.*
Collum catena cõſtringit, pedes compedes includunt: nihil refert, an corpus ligetur ferro, vel auro.
*Ambr. de virg.*
Deles picturam Dei mulier, ſi vultum tuum materiali candore oblimas, ſi exquiſito rubore profundas.
*Idem in exam.*
Mulier ſine peccato ſe ornare poteſt.
*Thom.*
Mulieri peculiare eſt ornari. *Chryſ. ſup. ep. ad Ep.. hom. 13.*
Neglecta munditíes, & inculta veſtis cultus ipſe ſine cultu. *Aug. lib. 2. de doct. Chriſt.*

Quanta amentia eſt effigiem mut[illegible] naturæ,& picturam quærere. *Id[illegible]* *lib.de ſerm.Dom.*

*Otium.*

Laboris condimentum eſt otium. *Plat.de educ. lib.*

Otioſi in quacunque fuerint ciuit[illegible] te, eam perturbant, quemadmo[illegible] dum bilis, & pituita corpus. *Pla[illegible]* *8. de Rep.*

Malo, vt me fortuna in caſtris ſuis quàm in delitijs habeat. *Se[illegible]* *ep.68.*

Otij vitia negotio ſunt diſcutienda *Idem ep.57.*

Otium ſine litteris mors eſt, & *vi[illegible]* hominis ſepultura. *Idem*

Homo ſanus otioſus multò miſerior quàm febricitans. *Menand. apu[illegible]* *Stob.*

In facinus otioſus ardor erumpit. *Quint.declam.4.*

Nihil agendo homines malè ager[illegible] diſcunt. *Colum.lib.11*

Otia corpus alunt, animus quoq; pa- ſcitur illis:

Immodicus contra carpit vtrumque labor. *Ouid.lib.1.de Pont*

Quæritur Ægiſtus quare ſit factus a- dulter,

X In

promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.
*Idem 1. de rem. am.*

Otia ſi tollas, periere cupidinis arcus,
Contemptęque iacent, & ſine luce faces. *Ibidem.*

Variam ſemper dant otia mentem. *Luc. lib. 1. de bell. ciu.*

Otium plebis rumores excitat. *Liu. 3. declam.*

Otij non minus, quam negotii ratio eſt habenda. *Cic. in Planc.*

Otium ſecuritas eſt, negotium autem ſolicitudo. *Ter.*

Otium omnia mala docet adoleſcentes. *Cic.*

Non eſt reprehendendum otium honeſtis rebus partum. *Ex apopht.*

Luxus, & otium in iuuenibus eſt ſtultitia, in ſenibus verò crimen. *Ibidem.*

### *Otioſum verbum.*

Otioſum verbum eſt, quod ſine vtilitate loquentis, & audientis dicitur. *Hier. ſup. Matth. lib. 1.*

Facito ſemper aliquid operis, vt Diabolus te ſemper inueniat occupatum. *Idem in ſer.*

Nihil tam facile, quàm otioſum, & dormientem de aliorum laboribus, & vigiliis diſputare. *Idem.*

Otioſitas mater omnium nugarum & virtutum omnium nouerca. *Bern.in ſer.*

Otium parit faſtidium, exercitium famem. *Idem*

Otium ſtultitiam, labor ſcientiam generat. *Hug.de clauſt. an.lib.*

De omni verbo otioſo, quod locuti fuerint homines inter ſe, in die iudicii reddent rationem. *Greg.*

Otioſum quippe verbum eſt, quod aut vtilitate rectitudinis, aut iuſtæ neceſſitatis caret. *Idem hom.*

Mens otioſa nil aliud cogitare vouit quàm de eſcis, aut de ventre. *Le... PP.in ſer.*

Otium omnem malitiam docet. *Chryſ.ſup.Gen.hom.14.*

In otio viuens res aliorum concupiſcit. *Anſ.ſup.ep.ad Teſſa.*

## P

### Parentes.

Parentes nos primum natura conciliat, quos non alere nefarium eſt. *Cic.de Reip.auſp.*

Eſt acerbum parentum ſcelera filiorum pœnis lui. *Idem Bruto*

Non modò reticere homines parenti iniu-

iniurias, ſed etiam æquo animo fer-re oportet. *Idem pro Cluent.*

Quem ferret, ſi parentem non ferret ſuum. *Terent. ex Heautont.*

Pleroſque ego parentes vidi, quibus amor nimius ne amarent, cauſa extitit. *Plut. de lib. educ.*

Quæcunque parentibus ſtipendia intuleris, eadem ipſe a filiis expecta. *Diog. lib. 1.*

Parentum auctoritas vilis eſt apud liberos. *Liu. 3. decad. lib. 6.*

Nihil imprecatione parentis perniciofius. *Plat. 11. de leg.*

Præces parentum aduerſus filios ſæpe audiuntur. *Idem de leg.*

Debemus parentibus pietatem, etſi multi non, vt gignerent, coierunt. *Sen. 6. de ben.*

Parentum iniuriæ ferendæ. *Cleob.*

Fili ne parentem alere cogitor, a quo nullam artem edoctus es. *Aeſop.*

Ne contendas cum parentibus etiam ſi iuſta dixeris. *Pit. Mit.*

Ames parentem, ſi æquus eſt; ſi ſecus, feras. *Mim.*

Parentum eſt obiurgare liberos, ſed intra domeſticos parietes. *Ambr.*

Parentum cura habenda ad vltimu[m] vſque ſpiritum. *Chryſ ſup. Ioan. hom. 24.*

Qui fallere audebit parentes, quali[s] erit in cæteros? *Caſſian. in ep.*

Quem alienum tibi fidum inuenies, [ſi] tuis hoſtis fueris? *Ibidem.*

Meretur cæcitatis ſuæ ſubire periculum, qui parentum vultus toruo viſu deſpexerit, & elatis oculis læſerit pietatem. *Hier.*

Vir ſapiens q̃n filium malę in dolis amittit, non doleat, quòd talem perdiderit, ſed ꝙ talem habuerit. *Idē.*

## *Parſimonia.*

Parſimonia eſt ſcientia vitandi ſumptus, & ſuperuacuos cultus. *Sen. de beneſ. lib. 2.*

Sine parſimonia nullæ opes ſufficiũt. *Idem de tranq. anim.*

O Dij immortales, non intelligunt homines quàm magnum vectigal ſit parſimonia. *Cic. in parad.*

Diuitiæ grandes ſunt homini viuere parcè. *Luc. lib. 5. de nat. rerum.*

Si res tua non ſufficit tibi, tu parcendo fac, vt ſufficias rei tuæ. *Ibidem.*

Pauper non eſt, cui rerum ſuppetit vſus. *Ibidem.*

Via-

Viaticum in parſimonia reponédum. *Apud Stob.*

Parcus diuitiarum cuſtos infelix. *Ibidem.*

Parcus non melior ſacrilego. *Ibidem.*

Parcus ter miſer. *Ibidem*

Diuitiæ non liberalitate, ſed parſimonia retinentur. *Lucian. in Timon.*

Sera parſimonia eſt tunc ſeruare, cum deficit. *Veg. lib. 2.*

Non minus eſt virtus, quàm quærere, parta tueri,

Caſus ineſt illic, nunc erit artis opus. *Ouid. lib. 2. de art. amand.*

Contrahe de multis, grandis aceruus erit. *Idem 2. de rem. am.*

Parcitas ſalutis eſt mater. *Chryſ. in præp. aduent. Dom.*

*Paruum.*

Quod eſt paruum, quaſi nihil differt ab eo, quod eſt nihil. *Ariſt. polit. 5.*

Nunquam paruum eſt, quod ſatis eſt, & nunquam ſatis eſt, quod multum. *Sen. ep. 120.*

Paruum nihil tam eſt, quod gloriam parere non poſſit. *Plin. ſen. lib. 5.*

Non ſic inhærens minimis, vt maxima penitus excidant. *Ibid.*

Parua nunquam cauſa rem ingentem molitur. *Liu. 1. dec. lib. 10.*

In minimis rebus ſæpè res magnę de-
prehenduntur. *Cic. pro Flacco*

Plurima magna vides paruis de fon-
tibus orta,

Plurima collectis multiplicantur a-
quis. *Ouid. 1. de rem. am*

Forſitan hæc aliquis (nam ſunt quoq;
parua) vocabit:

Sed quæ non proſunt ſingula, multa
iuuant. *Idem 2. de rem. am.*

Tu tantum numero pugna, præcepta-
que in vnum

Contrahe, de multis grandis aceruus
erit. *Ibidem.*

Quem taurum metuis, vitulum mul-
cere ſolebas:

Sub qua nunc recubas arbore, virga
fuit. *Idem 2. de art. am.*

*Pater.*

Pater tria beneficia dat filio, cauſam
eſſendi generando; cauſam viuen-
di educando, & cauſam diſcendi in-
formando. *Ariſt. eth. 8.*

Is amens eſt pater, qui odit eum ſine
cauſa, quam procreauit. *Idem.*

Hoc patrium eſt potius conſuefacere
filium ſua ſponte rectè facere, quā
alieno metu. *Ter. ex Adelph.*

Patris minæ non valdè terrent. *Apud
Stob.*

filium beneuolentia patris meliorem facit. *Ibid.*

Emendandi ſunt liberi, non tam duriter tractando, quàm verbis ſuadendo. *Men. Ibid.*

Peſſimus pater videbitur, qui aſſiduis plagis filios, etiã ex leuiſsimis cauſis, compeſcet. *Sen. de clem.*

Pater cogitet ſe fuiſſe patrem, & ità hoc, quod eſt patris, vtatur, vt meminerit hominem ſe eſſe, & hominis patrem. *Plin. iun. lib. 8.*

Patris ignominia filiorum eſt turpitudo. *Chryſ. ſuper epiſt. ad Philipp. ſer. 9.*

Hoſtem in ſe nutrit, qui filio nimis indulget. *Pius 2. apud Plat.*

Patres huius temporis Deum minus, quàm filios diligunt. *Greg. ſuper 1. Reg.*

Patres nolite ad indignationem prouocare filios veſtros, ne puſillo animo fiant. *Apoſt. ad Coloſſ.*

*Patientia.*

Patientia eſt virtus contumeliarum, & omnis aduerſitatis impetus equanimiter portans. *Tull. in Rhet.*

Speremus, quod volumus; ſed quid acciderit, feramus. *Cic. pro Seſt.*

X 6 Cum

Cum iratus fueris, nihil nec dixeris nec feceris, priuſquàm viginti quatuor litteras percurreris. *Apud Plut.*

Qui patientiam in aduerſitatibus habuerunt, mortem, & verbera contempſerunt. *Sen*

Libenter feras, quod eſt neceſſe. *Idem de morib.*

Non quid, ſed quemadmodum feras, intereſt. *Idem in prouerb*

Durum, ſed leuius fit patientia,
Quicquid corrigere eſt nefas.
*Hor lib. 1. od. 24.*

Poſtquàm quæ honeſta non ſunt, patiare auſus es, patiare & quæ non lubet. *Eurip. in Hec.*

Certamen patiētiæ tale eſt, vt qui vincitur, ipſo victore fit melior. *Idem apud Stob.*

Magnam patientiam exiſtimato, qua ferre potes aliorum imperitiam. *Pyth. ibidem.*

Patientia fortitudini tam ſimilis eſt, vt cum ea, vel ex ea nata videri poſſit. *Val. Max lib. 3.*

Patientia quæri debet, quod gratia impetrare non poteſt. *Ibidem.*

Perfer, & obdura, dolor hic tibi proderit olim

Sæpè

Sæpè tulit feſsis ſuccus amarus opem.
*Ouid.3.amor.*

Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum eſt,
Quæ venit indignè, pœna dolenda venit. *Idem ep.5.heroid.*

-- *Paupertatemque ferendo*
Effecere leuem, nec iniqua mente ferendam. *Idem 8,metam.*

Quicquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt. *Virg. Aeneid.5.*

Cuiuſuis doloris remedium eſt patiētia. *Pub.Mim.*

Feras, non culpes, quod vitare non potes. *Idem.*

Furor fit læſa ſæpius patientia. *Idem.*

Qui ſe vltro morti offerunt, facilius inuenies, quam qui dolorem patienter ferant. *Caſ. de bell. Gall. lib.1.*

Qui perferre nouit, vincit. *In hiſt. Sax.*

Gaudet patientia duris. *Luc.lib.9.*

Patientia eſt honeſtatis, aut vtilitatis cauſa difficilium rerum, & arduarum voluntaria, & diuturna perpeſsio. *Caſſ.ſuper pſal.*

Voluntariè Deo ſacrificauit, qui inter anguſtias paſsionū iugiter gratias

tias agit. *Idem ſuper pſal.*

Affirmandus eſt animus ad omnia quæ poſſunt homini accidere. *Ibid.*

Nihil fortius, & egregius eſſe poteſt quàm audire noxia, & non reſpondere contraria. *Ibid.*

Patientia lenietur Princeps. *Prou. cap. 25.*

Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium. *Prou. cap. 16.*

Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt. *Iob.*

Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala autem quare non ſuſtineamus? *Idem.*

Probantur autem virtutes in homine per patientiam, tanquàm aurum per ignem. *Hier. de patient.*

Nunquàm eſt patientiæ virtus in proſperis. *Ber. 2. de conſid.*

Patientiæ, & manſuetudinis exercitiũ in tribus conſiſtit, in verborum iniuriis, damnis rerum, & corporis læſione. *Idem in purif. Beat. Virg.*

Patientis iniuſtè melior conditio eſt quàm ferentis. *Aug. ſuper pſal. 5*

Pulchrius eſt alienam petulantiam ferre, quàm referre. *Chryſ. ſuper epiſt.*

*epiſt. ad Hebr. ſer. 30.*

Patientiæ finis eſt promiſſorum expectatio. *Ambr.*

Nulla ſunt bona, quæ agimus, ſi non æquanimiter proximorum mala toleramus. *Greg in Euang. Cum aud. præl.*

Doctrina viri per patiētiam noſcitur. *Idem.*

Nullus quiſque perfectus eſt, qui inter mala proximorum patiens non eſt. *Idem 2. mor.*

Sine ferro martyres eſſe poſſumus, ſi patientiam veritatis in animo ſeruamus. *Idem.*

Glorioſius eſt iniuriam tacendo fugere, quàm ſuperare reſpondendo. *Idem.*

Sagittas contumeliæ patientiæ clypeus frangit. *Iſid.*

Magna eſt virtus gloriæ, ſi cui potuiſti nocere, parcas. *Idem.*

Patientia eſt, quæ omnia vincit aduerſa, non colluctando, ſed ſufferendo, non murmurando, ſed gratias agendo. *Caſſiod. ſuper pſal.*

## *Patria.*

Patria eſt, vbi benè eſt. *Cic. in Tuſc.*

Pa-

Patria eſt, vbi vir fortis ſedem elegi
*Curt.lib.6.*

Quoniam ſunt omnia commoda a p
tria accepta, nullum incommod
pro patria graue putandum eſt.
*Idem 1.de orat.*

Sic erga patriam ingratam, vt erg
matrem nos gerere debemus.
*Apud Stob.*

Neſcio, qua natale ſolum dulcedin
cunctis
Ducit, & immemores non ſinit eſſ
ſui. *Ouid. 1.de pont*

Fumum de patriis poſſe videre focis
*Ibidem.*

Omne ſolum forti patria eſt, vt piſci
bus æquor,
Vt volucri vacuo quicquid in orbe
patet. *Idem lib.1.faſt*

Patriæ potius naſcimur, quam glorię
*Ex apoph.*

Nemo patriæ parem refert gratiam,
etiamſi vitam impendat. *Ibid.*

Non tam refert vnde natus ſis, ſed
quis ſis. *Ibidem*

Vrbis libertas eſt vita carior; nec tur-
piter occumbit, qui pro patria pu-
gnans moritur. *Ibidem.*

Nullus locus eſt domeſtica ſede iu-
cundior. *Cic. in Catil.*

Qui-

Quibuſdam eſt patria decori, quidam ſũt patriæ dedecori. *Cleob. apud Diog.*

Virtutis ſplendor neſcio quo pacto in ſua cuique patria obſcurior obtigit. *Amb. de off. 2.*

Odit valdè patriã, qui ſibi bene putat, cum peregrinatur. *Aug ſuper pſ. 33.*

Cui peregrinatio dulcis eſt, non amat patriam. *Idem pſ. 93.*

Nimis dulcis eſt patriæ recordatio, quæ in hoſtili terra probatur exiſtere. *Caſſ. ſuper pſal. 136.*

Interdum expedit patriam negligere, vt ſapientiam quis acquirere poſſit. *Idem lib. 1. ep.*

Delicatus eſt adhuc, cui patria dulcis; fortis, cui omne ſolum patria, perfectus verò, cui mundus exilium eſt. *Hugo in Didaſ. lib. 3.*

*Paupertas.*

Paupertas eſt temporalium bonorum indigentia.

Omnes, qui in paupertate ſunt, malũt maleficio parare diuitias, quã paupertatem tueri. *Cic. 2. ad Her.*

Egens eſt, qui non ſatis habet, & is cui cui nihil ſatis eſſe poteſt. *Idẽ ad Her.*

Vbi ad paupertatem acceſſit infamia, grauior fit paupertas. *Plau. in Perſ.*

Mi-

Miſerum iſtud verbum, & peſſimum & multum habuiſſe, & nihil habere. *Idem ex Rud.*

Nihil habet infelix paupertas durius in ſe,

Quàm quod ridiculos homines facit. *Iuuen. ſat. 3.*

Cantabit vacuus coram latrone viator. *Idem ſat. 10.*

Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obſtat

Res anguſta domi. *Idem ſat. 3.*

Paupertas nulli malum eſt, niſi repugnanti. *Sen. ep. 124.*

Scire vti paupertate maxima felicitas. *Idem de morib.*

Non qui parum habet, eſt pauper, ſed qui plus cupit. *Idem ep. 10.*

Honeſta res eſt læta paupertas, illa verò non eſt paupertas, ſi læta eſt. *Ibidem.*

Nudum latro dimiſit, etiam in obſeſſa via pauperi pax eſt. *Idem ep. 14.*

Nec ſibi felix pauper habetur,

Niſi felices cecidiſſe videt. *Idem in Her. fur.*

Si ad naturam viues, nunquàm eris pauper, ſi ad opinionem nunquàm diues. *Idem ep. 16.*

Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus

ſus honores. *Ouid.li.1.amor.*
Non habet, vnde ſuum paupertas paſcat amorem. *Idem 2.de rem. am.*
Soluit hoc incommodum paupertas patitur, quod non poſſit egentibus ſubuenire. *Philoſoph.*
Viro egeno verecundia non conuenit. *Hom. apud Plut. de fortit.*
Paupertas à diuitijs ſecuritate ſolum differre videtur. *Catil. apud Plut. ibidem.*
Non aſpernandi pauperes, ſatis ipſiſi in ipſa paupertate eſt mali. *Demoſt. cont. Eubul.*
Qui pecunijs eget, ab amicis repetat, non petat. *Diog. apud Laert. lib. 7.*
Paupertas ſubſidium eſt ad philoſophiam. *Idem apud Stob.*
Paupertas ſecundum naturam non turpis eſt; illa verò, quæ propter turpem cauſam accidit, eſt turpis. *Apud Stob.*
Nullus homini maior hoſtis eſt, quam paupertas. *Apud eundem.*
Pauper ad oīa formidoloſus, & ſe putat ad omnia ſperni. *Ibidem.*
Difficile eſt inuenire pauperem cognatum. *Men. apud eund.*
Magnum paupertas opprobriũ iubet quiduis facere, & pati. *Hor. 3. car.*

Ser-

Seruiet æternum; qui paruo neſcie
vti. *Idem*

Pauper enim non eſt, cui rerum ſupp
tit vſus. *Idem li. 1. ep. ad I cei*

Nemo pauper eſt earum rerum, qua
naturæ ſufficiunt. *Plut. de cupid.*
*diuit.*

Odi pauperem diuiti dantem. *Idem*
*apud Velut.*

Pauper erat Curius, Regem, cum vin-
ceret armis,
Pauper Fabricius Pyrrhi cum ſperne-
ret aurum. *Claud. de 4. Hon.*
*conſ.*

Paupertas me ſæua domat, diruſque
cupido,
Sed toleranda fames, non tolerandus
amor. *Idem de pauper. aman.*

Eſuriens pauper telis incendor amo-
ris;
Inter vtrumque malum diligo pau-
periem. *Ibidem.*

Rarò donato, celebra conuiuia rarò,
Ex his paupertas ſæpè venire ſolet.
*Iac. Beneu. cap. 7.*

Quas multi multo conquirunt tem-
pore patres
Stultus eas modico diſſipat vnus o-
pes. *Aſtrolab.*

Securitas in pace felicior, quàm impe-
rium

tium metu retentum. *In hiſt.ſac.*

Si iuuenis ſimul ſapiens, & pauper vnus homo fuerit, eſt admiratione dignum. *Euri. apud Stob.*

Viue tibi tecumque habita nec grandia tentas;

Effugit immodicas paruula puppis aqua. *Ouid.*

Pauper eſt, qui quamuis ditiſſimus, cupiditati finem non imponit. *Boet.*

Lætiores ſunt pauperes, quàm diuites: quia eorum animus in pauciora diſtrahitur.

Indigentia ex ſegnitie naſcitur. *Pub. Mim.*

Omnia nimirum habet, qui nihil concupiſcit. *Sabel. Coc.*

Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit; amici verò diuitum multi. *Prou. 14. cap.*

Sapiens ſibi videtur vir diues; pauper autem prudens ſcrutabitur eum. *Idem cap. 28.*

Fratres hominis pauperis oderunt eũ, inſuper & amici procul receſſerunt ab eo. *Idem c. 19.*

Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio. *Idem cap. 17.*

Cum

Cum obſecrationibus loquitur pa-
per, & diues effabitur rigidè. *Ide*
*cap. 18.*
Pauper clamabit, & Dominus exa
diet eum. *Pſal. 3*
Quęrat diuitias paganus, qui ſine De
viuit. *Be*
Non paupertas virtus reputatur, ſe
paupertatis amor. *Idem*
Mendicare melius, quàm rapere. *Ch*
*ſuper Matth. hom. 71.*
Pauperes propter vtilitatem diuitu
facti. *Ibidem hom. 4*
Egeſtas ſanitatis eſt mater. *Idem*
Paupertas ſimplex non facit beatum
*Idem ſuper Luc. conc. 1.*
Paupertas ad virtutem conducibilio
quàm diuitiæ. *Idem ſuper epiſt. a*
*Hebr. hom. 4.*
Si vix toleratur diues ſuperbus, pa
perem quis feret? *Aug. lib. de am*
*cap. 120.*
Inter pauperes primùm domeſtici ſũ
curandi. *Idem ep., e*
Pauperis etiam in iudicio non miſe
rendum. *Idem lib. 2. quæſt. ſup*
*Exod.*
Paupertas in animo, non in ſaccul
eſt. *Idem in pſal. 13*
Fęcundus eſt ager pauperum, cit
reddit

reddit donantibus fructum. *Idem de verb. Dom.*
O miſerabilis mendicantis conditio, etſi petit, pudore confunditur, ſi nō petit, egeſtate conſumitur, ſed vt mendicet, neceſſitate compellitur. *Innoc. de uilit cond. hum.*
Plus eſt animum depoſuiſſe, quàm cultum. *Hier. ep. 120.*

*Peccatum.*

Peccatum eſt actio præter rectam rationem. *Plat. in diff.*
Omne peccatum actio eſt voluntaria. *Sen. de morib.*
Qui peccando ſeneſcit corrigi nō vult. *Idem ep. 28.*
Quò magis ſecuro erunt animo, eò citius peccabunt. *Demoſt. ex 49. proem.*
Nulla eſt excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaueris. *Tull. Rhet. c. 10.*
Magna pars peccatorum tollitur, ſi peccatori teſtis aſsiſtit, & omnia mala nobis ſolitudo perſuadet. *Sen. ep. 11.*
Bis peccas, cùm peccato obſequium accommodas, nihil peccant oculi, ſi non oculis animus imperet. *Idem in prou.*
Facilius eſt initia vitiorum prohibere, quàm

quàm impetũ regere. *Idẽ ad Luc*

Qui inter initia peccandi non coerc-
tur, ad grauiora flagitia euadunt
*Aeſop.*

Oderunt peccare boni virtutis amo[r]
Oderunt peccare mali formidine p[œ]
næ. *Hor. ep. 1;*

Peccatum eſt voluntas retinendi, v[el]
conſequendi, quod iuſtitia vetatu[r]
*Aug. de duab. anim.*

Peccatum nihil eſt, & nihil facit ho-
mines, cum peccant. *Idem ſup. Ioa*

Quia verò peccata quotidiana & plu-
rima ſunt, timenda eſt ruina multi-
tudinis. *Idem lib. 12. de Trini*

Ineſt peccatum, cum delectaris, & re-
gnat, cũ conſenſeris. *Idem ſup. pſ.*

Nolite contemnere venialia, quia mi-
nima: ſed timete ea, quia plura ſunt
*Idem de decem cord.*

Qui pectus ſuũ tundit, & ſe non corri-
git, peccata ſolidat, non tollit. *Ide[m]
in quod. ſer.*

Hac animaduerſione percutitur pecca-
tor, vt in finem obliuiſcatur ſui, qu[i]
dum viueret, obligatus eſt Dei. *Id*

Non enim facilè in peccata labitu[r]
qui ſe moriturum cogitat. *Hie
in Rubr.*

Quan-

Quantum ad rationem peccati pertinet, nocuit, qui nocere diſpoſuit. *Idem in ep.*

Peccatum eſt malum facere, delictum verò bona derelinquere, quæ ſunt in opere tenenda. *Greg. in 2. part. ſuper Ezech.*

Peccatum in opere eſt delictum in cogitatione. *Ibidem.*

Peccatum ex peccato naſcitur. *Idem.*

Culpa præcedens eſt cauſa ſequentis, & ſequens eſt cauſa præcedentis. *Idem 25. mor.*

Culpa fauoribus nutrita inceſſanter creſcit. *Idem 5. mor.*

Peccatum peccato addit, qui culpæ, quàm contraxit, patrocinia defenſionis adiungit. *Idem 22. mor.*

Peccatum, quod per pęnitentiam non diluitur, mox ſuo pôdere ad aliud trahit. *Idem in mor.*

Peccatorum memoria vtilis. *Chry. de pænit.*

Grauior culpa eſt poſt veniam, renouatum vulnus peius dolet poſt curam. *Idem.*

Peccator hic punitus beatior impunito. *Idem ſuper Luc. cap. 16. de Laz. con. 3.*

Peccata omnia confiteri impoſsibile,

*Idem ſuper pſal.8.*

Peccatorũ rogus lacrymis extinguen dus. *Idem de pænit.hom.*

Peccatorum magnitudinem ſcire no parua via ad ſalutis reditum. *Idem in cap Gen.1.hom.6.*

Peccare leuius eſt, quàm poſt pecca tum non pudere. *Idem*

Nemo peccat in eo quod vitare non poteſt. *In ſum. Arm*

Vnius igitur delicto cunctorum me rita quatiuntur. *Ambr*

Peccantium multitudo impunitaten non facit criminis. *Idem*

Peccati ceſſatio radix eſt veniæ. *Tert.*

Peccat grauius, qui ſæpius peccat. *Baſil.*

Nulla tam grauis eſt culpa, quæ no habeat veniam. *Iſid.in ſinon. ſoli li.1.cap.16.*

Tanto maius peccatum eſſe cognoſci tur, quantò maior, qui peccat, ha betur. *Idem de ſum.bon.lib. cap.18.*

Sæpè occaſio peccandi voluntatem excitat. *Idem*

Dubitari de illo creditur, qui à plur mis admonetur. *Caſſiod.lib.*

Sicut æger ſe habere debet ad med



cum,

cum, ita peccator ad Deum. *Ber. in ſent.*

Quare peccas? quia neſcis, quid facias? abſit: quia cogeris, vt facias? abſit: ſed quia placet, vt ſic facias. *Idem in quod. ſer.*

Ex quo incipit homo præcepti eſſe capax, ex illo incipit poſſe peccare. *Aug. 3. de lib. arbit.*

Mors intrat per feneſtras noſtras. *Sap.*

Iuxta menſuram delicti erit & plagarum modus. *Exod. c. 25.*

Qui enim ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt. *Paul.*

Initia ſalutis eſt cognitio peccati. *Eccleſ.*

Grauius eſt ad peccatum viuere, quã in peccato mori. *Ambr. de bon. mat. c. 7.*

Rubigo peccati ſine igne tormenti conſumi non poteſt.

*Peregrinatio.*

Peregrinatio eſt proprij ſoli derelictio & externi pergiratio, atque luſtratio.

Quibus domi nihil boni vſui eſt, dulcis eſt peregrinatio. *Plut. apud Stob.*

Peregrinus accommodat ſe ciuitati *Menand. ibidem.*

Omnibus peregrinantibus gratum e minimarum rerum, quę domui g runtur, certiores fieri. *Cali. ad Ci*

Cum improbo viro iter non facias. *Pub. Mim.*

Peregrinis ſuccurrens paria aliquan dò obtinebit. *Idem*

Comes facundus pro vehiculo eſt i via. *Sen. in prou*

Vitam in peregrinatione habentibu hoc euenit, vt multa hoſpitia ha beant, nullas amicitiar. *Idem ep.*

Pericula damna, exilia peregrè re diens ſemper cogitet. *Ter. e. Phorm.*

Docet peregrinatio modeſtiam.

Canis pauperem peregrinum ſempe infeſtat.

Cui peregrinatio dulcis eſt, non ama patriam: & ſi dulcis eſt patria, ama ra eſt peregrinatio. *Auguſt. ſupe Pſalm. 92.*

Peregrini hoſpitio ſuſcipiendi. *Iden ſer. 56.*

Peregrinos ſuſcipiendo, ſæpè Chriſtu accipitur. *Idem ſer. 62. de temp*

Dum ſumus in hoc corpore, peregri namur à Domino. *Paul. 2. Co rinth. 5.*

Stultus

ſtultus viator eſt, qui in itinere amæna prata conſpiciẽs obliuiſcitur quo tendebat. *Greg.*

## *Perfectio.*

Perfectum eſt,cui nihil deeſt. *Ariſt. phyſ. 3.*

Optimorum non eſt laus, ſed aliquid melius laude. *Idem Metaph.*

Nõ eſt perfectum quicquam quo melius eſt aliud. *Quint. lib. 12.*

Nihil eſt ſimul & inuentum,& perfectum. *Cic. de clar. orat.*

Omnia præclara rara, nec quicquam difficilius, quod ſit in omni parte perfectum in ſuo genere. *Idem in Lal.*

Non in celeritate, ſed in perfectione res iudicatur. *Idem.*

Perfectus nemo eſt, qui perfectior nõ appetit eſſe. *Ber. in medit.*

Hominis perfectio continentia ſibi, incontinentia proximo, patientia vtrique. *Idem ſuper Cant. ſermo. 80.*

Homo perfectus cautus ſibi, placens Deo, vtilis ſuis. *Idem ſuper Cant. ſer. 56.*

Quicquid verum eſt,ac bonum,id p
fectum non poteſt eſſe, niſi fuei
ſingulare. *Lac.*
Perfectus enim dicitur, non qui in a
tste,ſed in ſenſu perfectus eſt. *Baſi.*
Sicut perfecta laudem pariunt, ità &
vituperationem generant, quæ i
mediis conatibus ægra deſeruntur.
*Caſſiod.l.b.4.ep.*
Perfectio de ſapientia naſcitur. *Greg.*
*lib.3.mor.*
Hæc eſt in omnibus ſola perfectio ſua
imperfectionis cognitio. *Hier.in ep.*
*ad Theoph.*

*Periculum.*

Periculum eſt dubiis alicuius mali e-
uentus.
Sapiens, vt à periculo ſe eripiat, nihi
intentatum deſerit. *Aeſop.*
Multi dum parua fugiunt pericula, in
magna incurrunt. *Idem.*
Aduerſus periculum paratum eſſe o-
portet. *Idem.*
Prudenter periculum aggredere. *So-*
*diad.*
Commune periculum ſæpe coniungi
eos,qui alioquin inter ſe diſſident
*Demoſt.in arg.lib.*
Serò animus ad periculorum patien
tiam poſt pericula inſtruitur. *Sen*
*de*

*de trang. an.*

Citius inuenitur periculum, cum contemnitur. *Idem in prou.*

Bona turpitudo eſt, quæ periculum vincat. *Ibidem.*

In ſuo quiſque periculo magnum animum habet. *Plin. ſen. lib. 9.*

Periculo quæſita maximè placent. *Ibidem.*

Nunquàm periculum ſine periculo vincitur. *Pub. Mim.*

Metus, periculumque exhortationem audire non ſinunt. *In hiſt ſ x.*

Labor, & periculum impeditur, vnde honor, & emolumentum ſperatur. *Liu. 1. decad. 6.*

Plus animi eſt inferenti periculum, quàm propulſanti. *Idem 3. decad. lib. 8.*

In periculis maximè verſatur affectus. *Quint. lib. 6.*

Non fit ſine periculo facinus magnum, & memorabile. *Ter. ex Heautont.*

Circa labores, & pericula fortitudine opus eſt, & patientia. *Plut. de fortit.*

Stultitia eſt alienam rem ſuo periculo curare. *Cato.*

Nihil eſt tam firmum, cui non ſit

etiam periculum ab inualido. *Aeſop.*

Nemo eſt diù tutus, qui periculo pro ximus eſt. *Cypr.*

Periculis ſe offerre temeritas eſt. *Ambroſ. 1. offi.*

Periclitatur caſtitas in delicijs, humilitas in diuitijs, pietas in negotijs, veritas in multiloquio, & charitas in mundo. *Ber. in quod. ſer.*

Ex conſideratione remedij periculi æſtimatur quantitas. *Idem in Nat. Dom.*

Nimium præceps eſt, qui tranſire contendit, vbi alium cecidiſſe conſpexerit. *August. de ſing. cleric.*

Vehementer infrænis eſt, cui non incutitur timor alio prætereunte. *Ibidem.*

## *Periurium.*

Eatenus amicis, & familiaribus auxiliandum eſt, quatenus periurium non admittatur. *Licurg. apud Stob.*

Perfidiam fugio, & periuram ab origine gentem. *Sil. Ital. 16.*

Qui ſemel à veritate deflexit, is non maiori religione ad periurium, quàm ad mendacium perduci conſueuit. *Cic. pro Roſcio.*

Vbi

Vbi quis ſemel periurarit, ei credere poſtea, etiamſi per plures Deos iuret, non conuenit. *Idem pro C. Rab. Poſth.*

Ah miſer, & ſi quis primò periuria celat;
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus. *Tib. eleg. 9. lib. 1.*

In prolem dilata ruunt periuria patris,
Et pœnam meritò filius ore luit. *Claud. in Curet.*

Periurus eſt, cui etiam per id, quod nihil eſt, falſum iurat. *Aug. ſer. 28. de verb. Apoſt.*

Falſum iurantem audiens, & tacens peccat. *Idem lib. 1. quæſt. ſuper Leuit.*

Periurium tolerabile in promiſſis non honeſtis. *Ambr. off. lib. 3.*

Nemo eſt, qui frequenter iuret, qui aliquando non periuret *Chryſ. ſup. Matth.*

*Pertinacia.*

Pertinacia eſt ex irrationabili, & inflexibili mentis obſtinatione melio ribus nolle cedere. *Tull.*

Cuiuſuis eſt hominis errare; nullius

niſi inſipientis perſeuerare. *Idem Philipp.2.*

In parum cognitis ſtultè, & diu perſeuerare, turpe eſt. *Idem 2. de inuent.*

Athenienſes ſciūt, quæ recta ſunt, ſed facere nolunt. *Cato maior.*

In malè cæptis honeſtior videtur pertinacia, quàm impœnitentia. *Sen. de ira.lib.6.*

Canibus imbecillibus mos eſt, quantò plus defecerunt viribus, tantò magis indulgere latratibus. *Idem in prou.*

--Video meliora, proboque,
Deteriora ſequor. *Ouid. metam.7.*

Lupus mutat pilum, non mentem. *Paul.Manut.in Adag.*

Qui maleuolo ſunt animo, deteriores ſunt rogati. *Aeſop.*

Hoc eſt enim pertinaciæ præmium, ea velle tueri, quæ emendari oportet. *Aug.ep.110.*

Abſit pertinax contentio in familiari ſermone. *Ambr.*

Pertinaces plus de ſe, quàm ſunt, ſentiunt. *Greg.in Paſt.*

Pertinacia ex ſuperbia oritur. *Ibidem.*



Digitized by Google

Obſtinati in ſuo ſenſu peſſimi. *Ber. de reſur. Dom. ſer. 3.*

Impœnitentia cordis eſt peccandi obſtinata voluntas. *Idem de conuerſ. ad Cleric.*

Pertinacia non ſinit hominem corrigi. *Aug. ep. 210.*

Multa in laboribus, & doloribus ſuſtinent homines propter ea, quę vitioſè diligunt. *Idem.*

Vt iniquè agerent, laborauerunt. *Hier.*

Laſſati ſumus in via iniquitas noſtræ. *Sap.*

Inter abuſiones huius ſæculi ſola maior eſt ſenis obſtinatio. *Hug. de claust. anim. lib. 1.*

*Petitio.*

Negat ſibi ipſi, qui, quod fieri non poteſt, petit. *Sen. in pron.*

Socrates nil vltra a Diis petendum arbitrabatur, quàm vt bona tribuerent: quia hi demum ſcirent, quid cuique eſſet vtile. *Val. Max.*

Exaudiri non poſtulat, qui tepidè poſtulat. *Ber. ſer. 16. ſup. Cant.*

Potentis negligentia reprehenditur, vbi de dantis miſericordia non dubitatur. *Chryſ. ſup. Matth.*

Petitiones noſtras Dominus præuenit. *Idem ſup. Gen hom. 37.*

Petentes ſuperbè non accipiunt, eò quòd malè petant. *Greg. 21. mor.*

Petentes iniuſta audiri non debent; & iuſta petentes exaudiri. *Idem in regiſt.*

Honeſtius eſt rem negare, quàm longos terminos dare: quia minus decipitur, cui celeriter negatur. *Caſſiod. ſuper pſal. Iniq. odio.*

Deſiderata diù dulcius obtinentur, citò autem data vileſcunt. *Aug. de verb. dom. cap. 1.*

## *Philoſophia.*

Philoſophia eſt diſciplina omnium rerum diuinarum, & humanarum, rationes inueſtigans. *Tull. in lib. de Vniu.*

Philoſophia nil aliud eſt, ſi rectè interpretari volumus, quàm ſtudium ſapientiæ. *Idem 2. off.*

Sine philoſophia fieri non poteſt, vt ſanus ſit animus. *Idem Tuſc.*

Qui

Qui philoſophiam inuenit, inuenit vitam in vtroque ſeculo. *Ariſt. de morib.*

Rectum eſt philoſophiam vocari veritatis ſcientiam. *Idem 1. metam. tex. 3.*

Rhetorum eſt agere verbis, philoſophari licet etiam tacendo. *Stoic. probl. 1.*

Turpiſſimè eſt philoſopho ſecus docere, quàm viuit. *Ex apoph.*

Proprium eſt philoſophari mederi vitijs hominum. *Ibidem.*

Homo expers philoſophiæ ad omnem vitæ functionem eſt inutilis. *Ibidem.*

Deguſtandum è philoſophia, non in ea gurgitandum. *Gell. lib. 5.*

Satis ipſi philoſophiæ nomen, etſi modeſtè tacetur, inuidioſum eſt. *Sen. ep. 5.*

Quemadmodum medicina corpus, ſic animum medicina curat. *Idem.*

Hæc eſt philoſophorum meditatio a corpore animum ſeparare.

*Idem.*

Nulla proprior poſſeſſio putatur philoſophi. *Xiſtus.*

Non

Non iudices philoſophum, cui non d
omnibus credis. *Iden*

Si quæ vera philoſophi dixerunt, al
cis ſunt, tanquàm ab iniuſtis poſ
ſeſſoribus, vendicanda in vſum
noſtrum. *Aug. lib. 2. de doct.*
*Christ.*
Philoſophorum omnium commune
ſtudium fuit, quærere vitam bea-
tam. *Idem de Epicur. & Stoic*
Philoſophiæ ſtudium in actione, &
contemplatione verſatur. *Idem d*
*Ciu. Dei. cap. 9.*
Philoſophia rerum rationes permit
tit. *Idem lib. 2. de or*

*Pietas.*

Pietas debitus eſt cultus erga Deum
patriam, & parentes. *Ci*
Eximia ciconijs ineſt pietas, nam quā
tum temporis impēderunt fœtibu
educandis, tantum & ipſæ a pulli
bus aluntur. *Solin*
Leonum clementiæ indicia ſunt mul
ta, proſtratis parcunt, in viros po
tius, quàm in fœminas ſæuiunt, &
infantes non, niſi magna fame
perimunt. *Idem de mira*
*mundi.*

Prima

rima pietatis magiſtra eſt natura. *Inhiſt. Sax:*

Pietas eſt ex benignę mentis dulcedine grata omnibus auxiliatrix affectio, & diuini cultus religioſa deuotio. *Hug. in lib. de clauſ. ani.*

Hæc eſt enim perfecta pietas, quæ antequàm flectatur, precibus nouit conſiderare fatigatos. *Caſſiod. ep. 4.*

Nemo debet pietatem religioni anteferre. *Hier. ad Paul.*

Grandis in ſuos pietas, impietas in Deum eſt. *Idem in ep.*

Nulla enim merces Deo melior, quā ea, quæ habet pietatis munera. *Ambr. in lib. de vid.*

Sub quauis veſte benè colitur pietas. *Greg. in mor.*

Beneficium debet exhiberi per pietatem, & bonum verbum tribui per humilitatem. *Idem in mor.*

Nulla eſt ſcientia, ſi vtilitatem pietatis non habet, & valdè inutilis eſt pietas, ſi ſcientię diſcretione careat. *Ibidem.*

Pietas recondenda, nō aurum. *Chryſ. de miſer. ſerm.*

Penes

Penes Deum nec pietas ſine iuſtiti nec iuſtitia ſine pietate. *Petr. Chry. ſer. 45.*

## *Pigritia.*

Pigritia eſt laborum fuga, qui ex gubernatione proficiſcuntur. *Plat. in diff.*

Pigritia eſt animi inertia, vel fatigatio, qua quis bonum inchoatum conſumere faſtidit. *Tull. Tuſc. 9.*

Pigro ſupplicij loco labor eſt, luxurioſo frugalitas pœna eſt. *Sen. ep. 71.*

Nihil agere ſemper infelici eſt optimum. *Idem in prou.*

Mala mille affligunt homines cui ſegne, & inutile corpus. *Saluſt.*

Cernis, vt ignauum corrumpunt otia corpus,
Vt capiant vitium, ni moueãtur aquę? *Ouid. 1. de Pont.*

Pigri eſt ingenij contentum eſſe iis, quæ ſunt ab aliis inuenta. *Quint. lib. 10.*

Grata eſt pigritia corporum fatigatis. *Idem lib. 8.*

Rarò diligentiam cum infortunio ſociabis; ſed rarius a pigritia infortunium ſeparabis. *Belir. Hycon.*

Vult,

'ult,& non vult piger; anima autem operantium impinguabitur. *Prou. cap. 13.*

icut acetum dentibus, & fumus ocu lis,ſic piger his,qui miſerunt eum. *Idem cap. 20.*

\bſcondit piger manũ ſuam ſub aſcel la, nec ad os ſuum applicat eam. *Idem cap. 19.*

Qui timet pruinam, irruet ſuper eum nix. *Idem cap. 6.*

Pigritia eſt malitiæ coniuncta. *Baſil.*

Pigritię cum auaritia certamen eſt. *Aug. ſer. 2. de verb. Apoſt.*

Propter ſugus piger arare noluit,mẽdicabit ergo æſtate, & non dabitur illi. *Prou. cap. 20.*

*Pœna.*

Pœna ſupplicium eſt,quo quis ob delictum afficitur. *Apud Legiſtas.*

Cauendum eſt igitur,ne maior ſit pęna,quàm culpa. *Cic. 1. off.*

Omnis caſtigatio, & animaduerſio contumelia vacare debet. *Ibid.*

Eſt acerbum parentum ſcelera filiorũ pœnis lui. *Idem ad Brut.*

Meritò puniuntur, qui innocentes lædere conantur. *Aeſop.*

Qui punit iniuſtos,is cęteris iniuriam fieri prohibet. *Apud ſtob.*

Qui

Qui verberat ſine ira, peior eſt verberante cum ira. *Ariſt.eth.*

Eſtque pati pœnam, quàm meruiſſe minus. *Ouid. 1. de Pont.*

Multa metu cohibet, qui pœna pauca coercet. *Idem lib. 1. de pont. cap. 2.*

Omnis frequentari facit impunitio crimen,

Accendit culpam facilis dimiſſio pœnæ. *Monten.*

Mitius punitur nobilis, quàm ignobilis. *Apud iuriſp.*

Ex frequenti delicto augetur pœna. *Ibidem.*

Pœna vnius metus eſt multorum. *Ibidem.*

In pœnis mitior interpretatio eſt facienda. *Ibidem.*

Pœnæ nos terreant, ſi præmia non inuitent. *Aug.*

Quia impunitum non debet eſſe peccatum, puniatur à te, ne tu pro illo puniaris; peccatum tuum iudicem te habeat, non patronum. *Idem de vtil. agen. pœnit.*

Vbi non eſt culpa, non debet par procedere pœna. *Ber. in ep.*

Prouidentia Dei omnia gubernantur, & quæ putatur pœna, medicina

cina eſt. *Hier.*
Non eſt euadere pœnam præuenire ſententiam. *Cipr. lib. 2. ep.*
Bonorum ſalutem cuſtodit, qui malos punit. *Chryſ. de ira Dei.*
Deus vnius pœna plurimos corrigit. *Ambr. ſuper pſal. 118.*
Homo ex culpa venit ad pœnam, & ex pœna venit ad amorem. *Greg. 11. mor.*

## *Pœnitentia.*

Pœnitentia dolor eſt ob factum, aliquod noſtrum, occaſioniſue preter miſſionem. *Greg. 4. ſent.*
In infortuniis inutile eſt pœnitentia. *Aeſop. in fab.*
Sæpè leuant pœnas, ereptaque lumina reddunt,
Cum benè peccati penituiſſe vident. *Ouid. 1. de pont.*
Optimus eſt portus pœnitenti mutatio conſilii. *Cic. Philipp. 12.*
Satis pœnarum eſt pœnitentia erroris. *Liu. 3. decad. lib. 8.*
Quem pœnitet peccaſſe, pœnæ eſt innocens. *Sen. in frag. ex ag. im.*
Fideliſſimus eſt, qui ad honeſta ex pęnitentia tranſit. *Idem de nat. quæſt.*

Pœ-

Pœnitentia eſt anteacta peccata defle re, & flenda iterum non committere. *Aug.*

Inanis eſt pœnitentia, quam frequens culpa coinquinat, nihil proſunt lamenta, ſi replicentur peccata. *Idem in ſolil.*

Pœnitentia vera vix ſine lachrymis eſſe poteſt. *Idem de vera & falſa pœnit.*

Pœnitentiam gratia Dei præcedit. *Idem in quæſt. ex vtroque teſt.*

Pœnitentia a ſolo Deo datur, & completur. *Idem de ſanct. virg.*

Pœnitentia vſque ad ſenectutem non eſt ſeruanda. *Idem de temp ſer. 45.*

Pœnitentia ſine ieiunio vacua eſt. *Idem contra Iulian. lib. 7.*

Pœnitentia non proderit remanentibus in peccatis. *Idē de fid. & oper.*

Pœnitentia non eſt alienæ naturæ, ſed noſtræ voluntatis. *Idem de act. cont. Manich.*

Qui per pœnitentiam peccata diluit Angelicæ felicitatis conſors in æternum erit. *Idem de mirac. ſac. ſcript.*

Pœnitentia aboleri peccata indubitāter credimus, & in vltimo vitæ ſpiritu,

ritu, ſi admiſſorum pœniteat. *Idem de Eccleſ.dogmat.cap.48.*
Melior eſt modica amaritudo in faucibus, quàm æternum tormentum in viſceribus. *Idem.*
Vnus es, ne deſperes, ſolus es, ne præſumas. *Idem.*
Pœnitentia appellata eſt, quaſi puniētia, eò quòd ipſe homo punit in ſe pœnitendo, quod malè admiſit. *Hug.lib.3.de myſt.Eccleſ.*
Semper maior eſt in pœnitentia fides. *Lact.*
Pœnitentia nulla ſera eſt. *Cipr.contra Demetr.*
Pœnitentiæ ſapor ieiunium eſt. *Chry. ſer.de pœnit.*
Non eſt graue cadere luctantem, ſed iacere deiectum. *Idem in ep.ad Helio.monac.*
Pœnitentia reſerat, quod peccatum claudit. *Idem de pœnit.hom.5.*
Pœnitentia in alio eſt ſæculo ſed caſſa. *Idem ſuper pſal.36.*
Clerici peccantes difficilè pœnitentiā agunt: erubeſcit enim aliquandò fieri reus, qui ſemper fuerat iudex. *Idem ſuper Matth.*
Non dolere, quia peccaueris, magis indignari, & iraſci facit Deum, quā
illud

illud peccatum, quod ante perp traueras. *Chryſ. hom. 32. ſup Matth.*

Dilatio pœnitentiæ vſque ad morte valdè periculoſa. *Ber. in par. ſe*

Aequum indomitu flagella domant animam immitem contritio ſpiri tus, & aſſiduitas lacrymarum. *Idem in quod. ſer.*

Plerique pœnitere incipiunt, ſed ſta tim ad ſolita recurrunt. *Greg. 12 mor.*

Deus etſi pœnitenti veniam ſpopon dit; peccanti tamen craſtinum no permittit. *Idem in quad. hom.*

Pœnitens de miſericordia Dei, quan poſtulat, præſumat. *Idem in paſt*

Multò firmior eſt fides, quam pœni tentia reponit. *Cec. l. Firm. de beat vit. lib. 3.*

Neceſſaria eſt pœnitentia, quæ aut æ quet crimina, aut excedat. *Hier. in ep. ad Suſan.*

Putredo carnis ferro indiget, & cau terio. *Idem*

Facile pœnitentibus diuina clemen tia ſubuenit. *Iſid. ſolil lib. 1. cap. 12*

Vera pœnitentia non eſt ſine remo tione cauſarum peccandi. *Apu Summiſt.*

Pudor

Pudor enim magna pars eſt pœniten tiæ. *D.Thom.*
Pœnitentia, quamuis ſit exigua, non deſpicitur apud iuſtum iudicem. *Orig.*
In hac vita tantùm pœnitentiæ patet libertas. *Effren.*
Vulnus iteratum tardius ſanatur. *Idem.*

*Poeta.*

Poeta eſt nobilis rerum inuentarum, & fabularum ampliator.
Sine inflammatione animorum & ſine quodam afflatu, quaſi furoris, poetam magnam eſſe non poſſe. *Cic de Diuin & orat.*
Poetas ex ciuitate eiiciendos, quod neruos omnis virtutis elidant. *Idem 2.Tuſcul.*
— Pictoribus, atque poetis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas. *Hor.de art.poet.*
Aut prodeſſe volunt, aut delectare poetæ. *Idem y.de pont.*
Sunt tamen inter ſe communia ſacra poetis,
Diuerſum quamuis quiſque ſequatur iter. *Ouid.*

*Poſſeſſio.*

Poſſeſſio tua eſt, quam animo tenes. *Socr.*

Digitized by Google

*Socr. apud ſtob.*

At, quid prodeſt multa poſſidere qu dem, & nihil agere. *Alex. ap Plut. in apoph.*

Non eſt diuturna poſſeſſio, in qua gladio inducimur. *Cur. lib.*

Multa, quæ libera fuerunt, transfe runtur in ius poſſidentium. *Quint decl. 3.*

Nihil meum eſt, aut cuiuſque, quo eripi, aut amitti poſſit. *Cic. parad.*

Id cuique eſt proprium, quo quiſqu fruitur, atque vtitur. *Idem ep. fam.*

Non eſt ſecura diuitiarum poſſeſſio niſi armorum defenſione ſeruetu *Veg. lib. 7.*

Maiori tormento pecunia poſſidetu quàm acquiritur. *Idem ep. 1 1*

Ea poſſide, quæ nullus à te poſsit au ferre. *Xiſtu.*

Non amplius poſsideas, quàm vſu corporis poſsit. *Idem*

Malè poſsidet, qui malè vtitur. *Aug*

Illud poſsidemus, quo vtimur. *Amb*

*Præceptor.*

Docentes alios mentiri non debent. *Ariſt. de mor.*

Scientis ſignum eſt, poſſe docere. *Idem 1. metaph.*

Hi ſolùm docent, qui cauſas de ſingulis dicunt. *Ibidem.*

Ei, qui non docet, non illi, qui non didicit, peccatum eſt imputandum. *Diog. apud Plut. de curioſ.*

Præceptoris opera ad hoc prodeſt, vt honeſta faciat pueris iucũda. *Ibid.*

Loci auctorum ità exponendi, vt honeſtas patitur. *Idem de poet.*

Optimus quiſque præceptor frequentia gaudet. *Quint. lib. 1.*

Præceptor nec habeat vitia, nec ferat. *Idem lib. 2.*

Pedagogi negligendi non ſunt, ſed quodammodo colendi. *Lælius.*

Quicquid boni in diſcipulis cernitur, id ſummæ eſt præceptoris laudi. *Marſ. lib. 1. ep.*

Optimũ præceptorem quærere oportet, neq; pecunijs, neq; vllis alijs rebus eſt parcẽdum. *Plat. in Lachet.*

Pueros, cum primùm à matribus ſeiũguntur præceptoribus commendare oportet, vt puerilem laxiuiam regant. *Idem 7. de leg.*

Plura debẽtur præceptoribus, quã parentibus, à quibus ſummus quidẽ, ſed à præceptoribus optimum vitæ modum accepimus. *Idem.*

Nulla res diſcipulo eſt ità pernicioſa,

quàm vita magiſtri contumelioſi
*Boe de diſcip.ſcholaſt.*
Nutricum,& præceptorum mores i
adoleſcentia pullulant. *Autor*

Prius diſcant, qui docent,& antequã
aliorũ mores corrigant, ſuos corri-
gere debent. *Lact.de ver.ſap.*
Secũdum capacitatem diſcipulorum
moderetur lingua præceptorum.
*Greg.mor.31.*
Tutior eſt diſcentis, quàm docenti
conditio. *Aug.in ſent.35*
Diſcipuli perfectio magiſtri laus.
*Ambr.ſuper ep. ad Theſſal.*
Delicatus magiſter eſt, qui pleno or
de ieiunijs diſputat. *Hier. ad Ne
pot.*

*Prædeſtinatio.*

Prædeſtinatio eſt diuinæ voluntat
p gratiã electio. *Aug.lib.de ſanct*
Præſcientia eſt vnamquamque rem
antequã veniat, videre, & id,quo
futurum eſt,priuſquàm pręſens ſi
præuidere. *Greg.in dialog*
Prædeſtinatio Dei multis eſt cauſa
ſtendi, nemini eſt cauſa labendi.
*Aug.lib.de ſanct.*
Prædeſtinatorum ità eſt certus num
rus, vt nec addatur eis quiſquàm
nec

ne minuatur ex eis. *Ibidem.*
Nemo venit, niſi tractus, quare illum trahat, & illum nō trahat, noli velle iudicare, ſi non vis errare. *Idem ſuper* Ioan. *hom. 27.*
Melius iudicauit Deus de malis bene facere, quàm mala nulla eſſe permittere. *Idem in hench.*
Nemo perſcrutetur, cur alius eligatur, & alius reprobetur. *Greg. 24. mor.*
Manet ſpectàtor deſuper cunctorum præſcius Deus, bonis præmia, malis ſupplicia diſpenſans. *Boet. de conſ. lib. 5.*

*Prædicatio.*

Valet facere ſine prædicare; ſed non prædicare ſine facere. *Hier. in Rubr. de falſ. doctr. prædic.*
Primum facite, & poſtea prædicate. *Ibidem.*
Si igitur ſermo non pungit, ſed oblectationem facit audientibus, rite ſermo non eſt ſapiens. *Idem ſuper illud Eccleſ. Verba ſapientum.*
Omne, quod non ædificat audientes, in periculum vertitur audientium. *Idem in quad. ep.*
Prædicatores boni & honorem propter elationem fugiunt; & honora-

ri tamen propter imitationem volunt. *Greg.in quad.hom.*

Prædicator poſt aliorum curationes ad ſe ipſum redeat. *Idem in paſt.*

Sermo dulcedinem non habet, quem vita reproba infra conſcientiam te mordet. *Idem ſuper Ezech.ho.10.*

Inanis gloria ſæpè prædicatores inuadit. *Idem in paſt.*

Prædicatorum verba ſcintillæ ſunt appellata: quia eos,quos in corde tetigerint,incendunt. *Idem ſuper Ezech.hom.*

Prędicator prius euellat nociua ab auditorum auribus,poſtea plantet vtilia. *Idem 18.mor.*

Cuius vita deſpicitur, reſtat, vt eius prædicatio contemnatur. *Idem in hom.*

Alta quoque debent multis audientibus contegi, & vix paucis aperiri. *Idem 17.mor.*

Ille loqui veraciter nouit,qui prius benefacere didicit. *Idem ſuper Ezech.hom.1.*

Laudem de prædicatione quærere eſt rem magnam vili pretio vendere. *Idem ſuper Ezech.*

Prædicatio non facilè accipitur eius, qui leuis morib. eſſe videtur. *Ibid.*

Multi verbis prædicant, quæ moribus impugnant. *Idem in paſt.*

Prædicator meritum accipit, etiam ſi auditores non conuertantur. *Idem in reg.*

Niſi Spiritus ſanctus adſit cordibus audientium, otioſus eſt ſermo Doctoris. *Idem hom. 30. ſuper Euang.*

Diſpenſanda eſt prædicatio pro loco, & tẽpore, & locorũ capacitate: quę ſi rara fuerit, non ſufficit, ſi aſſidua, vileſcit. *Idem in quad. hom.*

Prędicatio cũ impuritate mentis Deo odibilis. *Idem ſuper cant. ſer. 3.*

Prædicator ſanguinis iuſti cadentis reus erit, ſi tacuerit. *Idem 12. mor.*

Vita prædicantium ſonat, & ardet, ardet deſiderio, ſonat verbo. *Idem ſuper Ezech. hom. 3.*

Loquendi auctoritas perditur, quandò vox opere non adiuuatur. *Idem in mor. & paſt.*

Si conſcientiam mordet reatus criminis, linguam ligat timor confuſionis. *Ibidem*

Non enim Epiſcopi eſt officium grãmaticam exponere, nec laudes Iouis perſonent ora Pontificis. *Hug. de vit. cleric.*

In longum proſtratus ſermo frequen-

ter intelligentia caret. *Idem de doctr. Chriſt.*

Benè loqui, & malè viuere nil aliud eſt, quàm ſe ipſum ſua voce damnare. *Idem in epigr. Proſp.*

Verbum Dei audire, & non facere, etiam vtile eſt. *Chryſ. ſuper Matth. hom. 13.*

Concionari mortuis auribus res eſt tędioſa. *Idem ſuper Gen. hom. 61.*

Vita enim verbum erigit, & acquirit; ſermo enim ſine vita non eſt Dei ſermo. *Ambr. ſuper Luc.*

Verba ſalutis ſæpius audita reprobi vileſcunt. *Ber. in die Apoſt.*

*Prælatio.*

Vbi ſubiectus ex ſua culpa moritur, ibi is, qui pręeſt, quoniã tacuit, reus mortis tenetur. *Greg. ſuper Ezech.*

Quantò quiſq; hic altius erigitur, tantò curis grauioribus oneratur. *Ibid.*

Prælatis propria vita non ſufficit, ſubditis verò ſufficit. *Idem in regiſt.*

Reiecisti eos, cum eleuarentur, cum eleuatur, deiicitur, qui honoribus proficit, & moribus cadit. *Ibid.*

Non debet hominum ducatum ſuſcipere, qui neſcit homines benè viuendo præire. *Idem in mor.*

Nulla eſt excuſatio paſtoris, ſi lupus,

eo

Digitized by Google

eo ſciente, oues comedat. *Idem in reg.*

Poteſtas prælati non honor, ſed onus exiſtimatur. *Idem in paſt.*

Vſus rectæ conuerſationis eſt, vt præeſſe non audeat, qui ſubeſſe non didicit. *Idem lib. 1. dial.*

Prælati peccatum ſubditi eſt grauius. *Idem ſuper 7 pſal.*

Quiſquis populi ſpeculator ponitur, in alto debet ſtare per vitam, vt poſſit prodeſſe per prouidentiam. *Idem ſuper Ezech.*

Cùm maiores voluptati deſeruiunt, minoribus laxiuię fræna laxantur. *Idem in mor.*

Paſtorum culpæ ſubtilius iudicãtur. *Idem ſuper 1. regiſt.*

Solicitudo officium prælati eſt, non celſitudo. *Ber. de conſ. lib. 1.*

In alto poſito non altum difficile eſt, & omninò inuſitatum; ſed quantò inuſitatum, tantò glorioſius. *Idem in ep.*

Qui benè præſũnt presbyteri duplici habeãtur honore. *Idem ſuper cant. ſer. 18*

Prælati medici ſunt, non Domini. *Idem ſuper cant. ſer. 22.*

Prælati boni aduerſus murmur ſubdito-

ditorum parant medicinam. *Idem ſuper cant.ſer.25.*

Prælati cauere debẽt perſonarum acceptionẽ, quo vitio ſolent iudices coinquinari. *Idem de conſid.lib.3.*

Sicut leuius eſt de plano corruere, ſic grauius eſt, qui de ſublimi ceciderit dignitate. *Ambr.in paſt.*

Magna ſublimitas magnam debet habere cautelam. *Ibidem.*

Cui plus credit plus ab eo exigit. *Ibi.*

Scienti legem, & non facienti peccatum eſt grande. *Ibidem.*

Conuerſatio ergo melior eſt deſideranda, non melior gradus. *Chryſ. in dial.lib.3.*

Quicũq; deſiderauerit primatũ in terra, habebit cõfuſionẽ in cęlo. *Ibid.*

Tres ſunt paſtoris voces, ſuauis, dulcis, & alta, ſuauis ad infirmum, dulcis ad morientem, ad ſurdum pertinet alta. *Hug.de clauſ.an.lib.3.*

Fruſtra enim ſe iactat habere dignitatem, qui non exigit operationem. *Hier.in quad.epiſt.*

Priuato peccanti ſæpè parcitur; ſed ſi prælatus deliquerit, in eius infamiã linguæ omnes acuuntur. *Petr. Chryſ.in quod.ſer.*

Nauis prælatorũ tribus lateribus cõ-
pacta

pacta eſſe debet, cordis puritate, cõſcientia bona, & fide non ficta. *Ber. in feſt. Mar. Mag.*

Ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. *Ezech. 3.*

Boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere. *Sueton. Tranq.*

*Præmium.*

Præmium illud eſt, quod pro rectè factis datur. *Ariſt.*

Omnia amamus, ſed præmia magis; *Idem polit. 7.*

Spes præmij minuit pœnam. *In hiſt. ſax.*

*Scire* volunt omnes, mercedem reddere nemo. *Iuu. ſat. 7.*

Quis enim virtutem amplectitur, ipſa præmia ſi tollas? *Idem ſat. 10.*

In ſteriles campos nolunt iuga ferre iuuenci,
Pinge ſolum laxat, ſed iuuat ipſe labor. *Mart. epigr. lib. 1.*

Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque mane. *Leuit. cap. 19.*

Quid miſer mereris præmium, ſi nullum haberes meritum. *Hier. in rubr.*

Z 3 Omne

Omne opus leue fieri ſolet, cum eius præmium cogitatur, & ſpes præmii ſolatium fit laboris. *Idem.*

In ipſis conatibus ægra langueſcunt, quæ meritorum præſumptionibus non iuuantur. *Caſſiod.ep.25.*

Equum eſt enim, vt vnicuique proficiat labor ſuus, & ſicut expendendo cognoſcit incommoda, ita rebus perfectis conſequatur augmentum. *Idem lib.3.ep.*

Delectant præmia cum pollicentur, & deterrent certamina, cum iubentur. *Bed.ſuper prou.lib.2.*

Ante laborem ſumere cibum, & ante meritum exigere præmium, præpoſterus eſt ordo. *Ber.ſer.46.*

In læua meritum, & in ſiniſtra præmium continetur. *Idem in vig. Nati. Dom.*

Delectet igitur mentem magnitudo præmiorum; ſed non deterreat certamen laborum. *Greg. ſuper Euangel. Si quis venit ad me.*

Si Præmia nō inuitent, pœnæ nos terreant. *Aug.ep.113*

Nullum ſine pęna crimen, nulla ſine præmio virtus relinquitur. *Idem*

Non coronabitur, niſi qui legitime certauerit. *Apoſt. ad Timot.c.2.*

*Præ-*

Digitized by Google

*Præteritum.*

Præteritum id eſt, quod anteceſſit.

Non quid factum ſit, ſed quid fieri debeat eſt ſpectandum. *Demoſt. aduerſ. Ariſtonic.*

Præteriti ratio ſcire futura facit. *Aeſop. in fab.*

Præterita magis reprehendi, quã corrigi poſſunt. *Liu. lib. 1. decad. 1.*

Præterita mutare non poſſumus. *Cic. in Piſon.*

Præterita non præteriiſſe eſt impoſſibile. *Plin. ſen. lib. 29.*

Omnia vera in præteritis neceſſaria. *Cic. de fat.*

De præteritis non eſt quærendum. *Idem de fam.*

De ptæteritis nullum conſilium. *Bal. lib. 1.*

Suauis eſt præteritorum malorum memoria. *Sen.*

Ex præteritis futura credimus. *Aug. de fid. rerum.*

Ne dicas, priora tẽpora meliora fuere, quàm nũc, virtutes faciunt dies bonos, vitia malos. *Hier. ſuper Ezec.*

*Preces.*

Qui maleuolo ſunt animo, deteriores ſunt rogati. *Cic. ad Curt.*

Care emitur, quod precibus emitur. *Idem in Verr.*

Rogat efficaciſſimè, qui reddit cauſas rogandi. *Plin.iun.lib.2.*

Quid honeſtius, aut efficacius piis prę-cibus amantis. *Idem lib.6.*

Flectitur iratus voce rogante Deus. *Ouid. 1.de art.amand.*

Honeſtis precibus occurre, exorare, antequàm rogeris. *Sen.de vit.beat.*

Qui timidè rogat, docet negare. *Idem ex trag.in Hippol.*

Homines, quæ ſibi bona videntur, non quæ re vera bona ſunt, precantur. *Diog.apud Laert.lib.7.*

Non eſt locus precibus apud inexorabilem. *Cic.*

Precibus noſtris obedit Deus. *Aug. lib.2.de mirab.ſacræ ſcrip.*

e ces iuſtorum plus valent, quã arma. *Idem de orand.Deum lib.2.*

Animus ingenuus nihil magis, quàm rogari erubeſcit. *Idem.*

Quiſquis pro aliis intercedere nititur, ſibi potius ex charitate ſuffragatur. *Greg.in mor.*

Preces noſtræ tanto celerius ad diuinas feruntur aures, quantò eas viciſſin offerimus. *Idem ſuper 1.regiſt.*

Preces

Preces difficilia leuia faciuat. *Chryſ. ſuper Gen. hom. 29.*

Iuſtum eſt, vt iugiter rogetur, qui ſi non petatur, offend. tur. *Caſſiod. ſuper pſal.*

Non placatur Deus lingua. *Chryſ.*

Impoſſibile eſt preces multorum non exaudiri, *Aug.*

*Princeps.*

Non contigit eum bonum principem agere, qui ſub principe non fuit. *Ariſt. polit. 3.*

Nimis viles, & egeni neſciunt principem agere. *Idem polit. 4.*

Princeps nullum virum totius ſui dominii debet facere cuſtodem. *Idem polit. 5.*

Principatus virum oſtendit. *Idem eth. 5.*

Multum habet momenti principis integritas, ſed multò plus ciuium recta inſtitutio. *Ex apoph.*

Bono principi nihil iucundius eſt ciuium concordia, & tyranni nihil formidabilius. *Ibidem.*

Principibus in priuatis offenſis debet eſſe ſatis potuiſſe vlciſci. *Ibidem.*

Bonus princeps, qui magis à ſuis diligitur, quàm timetur, habet quicquid ciues poſſident. *Ibidem.*

Ad

Ad priuatas iniurias oportet principẽ eſſe facilem ad ignoſcendum; in iis, quæ rempublicam offendunt, eſſe ſeuerum. *Ibidem.*

Breuiloquentiam principem decet, & laconem. *Ibidem.*

Principem ſolidam dormire noctem non decet. *Hom. Illiad. 1.*

Somnia principum non omninò negligenda. *Ibidem.*

Oportet principem etiam moribus imperium docere. *Pytag. apud Stob.*

Princeps nullis egeat conſiliariis, deliberet tamen cum amicis. *Ibidem.*

Princeps non ſunt qui ſceptra ferunt, ſed qui regere ſciunt. *Xenoph li. 3. de fact. & dict. Socr.*

Princeps, qui omnia vult ſcire, neceſſe eſt, vt multa ignoſcat. *Quint. lib. 8*

Vita principis cenſura eſt. *Plin. ſen lib. 24.*

Fideliſſima eſt principis cuſtodia ipſius innocentia. *Ibidem.*

Cum de malo principe poſteri tacent; manifeſtum eſt eadem facere præſentem. *Ibidem*

Princeps bella non timeat, nec prouocet. *Ibidem.*

De nullo minus principe quærunt homines, quàm de quo maxime licet.

licet. *Ibidem.*

Quales in republica principes ſunt, tales reliqui ſolēt eſſe ciues. *Ci. Lent. fam. lib. 1.*

Millies perire eſt melius, quàm principem non poſſe in ſua ciuitate ſine armorum præſidio viuere. *Idem Philip. 2.*

Iracundia apud alios, in principe eſt ſoperbia. *Ci. in coniur. Cat.*

Princeps ſe regem eſſe, non mercatorem, meminerit. *Cur. lib. 1.*

In priuatis hominibus luxus eſt nequitia, in principe impietas. *In hiſt. ſax.*

*Principum* Minæ non ſunt contemnendæ. *Demoſt. in Olynt.*

Non minus ſunt turpia principi multa ſupplicia, quàm medico multa funera. *Sen. de clem.*

Vt in mare flumina, ſic in magnas aulas vitia influunt. *Apud Plat.*

Facta maiorum aut laudanda, aut ſilentio prætereunda. *Cic.*

Princeps dicitur quaſi primus capiēs. *Aug. de gram.*

In principū curiis per pericula ad grādius periculū peruenitur. *Idem li. 8.*

Non regat, ſed ſeruit, qui malus eſt.

*Idem*

*Idem l.b.4.de ciu.Dei.*

Nec imperatoris eſt libertatem dicendi negare, nec ſacerdotis, quod ſentiat, non dicere. *Ambr.*

Princeps ſine litteris nauis eſt ſine regimine, & volucris ſine pennis. *Petr. Paul. in quad. ep.*

Princeps, qui libenter audit verba mēdacii, omnes miniſtros habet impios. *Prou. c. 29.*

*Principium.*

Principium eſt, à quo aliquid, vel incipit, vel procedit.

Principium non intelligitur, niſi in re, quæ habet finem; & quod habet finem, neceſſariò habet principium. *Ariſt. de ſom. & vig.*

Ad principia non eſt ratio. *Idem eth. 1.*

Principium quantitate eſt minimum, poteſtate eſt maximum. *Idē elenc. 2.*

Principium eſt maximum omniū difficillimum. *Ibidem.*

Sine cauſa, & principio impoſſibile eſt aliquid fieri. *Idem Rhet. 1.*

Contra negantes principia non eſt diſputandum. *Idem phyſ. 1.*

Priusq̃ incipias, conſulito, & vbi cōſulueris, maturè facto opus eſt. *Saluſ.*

Dimidium facti, qui benè cœpit, habet. *Ouid. 10. ep.*

Prin-

Principiis obſta, ſerò medicina paratur,
Cum mala per longas conualuere moras. *Idem 1. de remed. amor.*

Principiis cognitis multo facilius extrema intelliguntur. *Cic. pro Cluent.*

Omnium rerum principia parua sūt, & ſuis progreſſibus vſa, augentur. *Idem 5. de fin.*

Principii nulla eſt origo, nam ex principiis omnia oriuntur. *Idem 1. Tuſcul.*

Priuſquàm initium rectè conſtitueris ſtultum eſt de exitu initium capere. *Ter.*

Ex minima magnus ſcintilla naſcitur ignis,
Et generat paruum grandia principium. *Pamphilus.*

Incipe, dimidium facti eſt cœpiſſe, ſuperſit
Dimidium, rurſus hoc incipe, & efficies. *Auſon. in Epigr.*

Inuentis facile eſt addere. *Ariſt. Rhet. lib. 2.*

Flumina magna trahunt ortum de fonte puſillo:
Et tenui virga grandis pergreditur arbor. *Ganfr. in poet.*

In

In ruina prona ſunt, quæ ſine fund: mentis creuere. *Sen. de ira lib.*

Principium ſpectatur, quando fin habet neceſſariam conſequentiar ad principium. *Apud iuriſp*

Sæpè ſiniſtra principia ad felicem ſinem perueniunt. *Hier.*

Sicut nemo ſuum cognouit initium, ſic nec cognouit exitum. *Greg. 29. mor.*

Quod inter principium, & finem clauditur, breue eſt. *Idem 14 mor*

Alacriter, & conſtanter incumbēdun eſt inchoatis, cum vicinitas perfectionis affuerit. *Caſſ. lib. 5*

*Priuilegium.*

Priuilegium eſt principis beneficiun contra ius commune indultum. *Apud Iuriſp.*

Priuilegium dicitur, quaſi lex priuata. *Thom*

Priuilegium ità vni Eccleſiæ conced: tur, vt alteri iniuria non arrogetur. *Greg. ex reg. lib. 2.*

*Probatio.*

Probatio eſt veritatis, aut dicti alicuius dilucidatio, & confirmatio.

Probatio communiter incumbit aſſerenti. *Apud Iuriſp*

Effi-

Efficacior probatio requiritur ab illo, qui vult probare, quod non eſt veriſimile. *Ibidem.*

Recta ſolutio eſt falſi manifeſtatio. *Ariſt. Elench.2.*

Non omne, quod videtur probabile, probabile eſt. *Idem top.1.*

Tutius eſt famam citare teſtẽ, quàm ipſum aliquid affirmare. *Eurip. in Olynt.*

Non poteſt de veritate dubitari quatenus cũ incertis experimenta conſentiunt. *Quint. decl.4.*

Turpe eſt ingenioſo id dicere, quod ſi neget, probare non poſſit. *Lact. lib.3.*

Teſtimonium proprium eſt ſuſpectũ. *Chryſ. ſup.* Io. *hom.12.*

Probationis genus firmum, quod ab aduerſario ſumitur. *Tert.*

Onus probationis reo non incumbit. *Greg. ſup.1.Reg.*

*Prodigalitas.*

Prodigi ſunt, qui pecunias profundũt in eas res, quarum memoriam, aut breuem, aut nullam ſint relicturi. *Cic.2.off.*

Largitio fundum non habet. *Ibidem.*

Multi patrimonia ſua effuderunt inconſultè largiendo. *Ibidem.*

Se-

Sequuntur largitiones rapinæ. *Ibid.*
Prodigorum pecuniæ ficus ſunt.
*Apud Stob.*
Prodigus multò melius eſſe videtur, quàm auarus; hic enim multis prodeſt; ille nemini, ne ſibi ipſi quidē. *Ariſt.*
Prodigus quidem in tribulatione ſuperabundat, in acceptione autem deficit. *Idem eth.lib.2. cap.6.*
Pauperat elatas prodiga menſa domos. *Matth.Vindoch.*

Theſaurus ipſe quàm facilè profunditur, ſi nullis iterum pecuniis compleatur. *Caſſiod.ep.11.cap.1.*
Magnanimitas pugnat cum prodigalitate. *Chryſ. ſup. Act. Apoſt. hom.48.*

*Promiſſio.*

Iniuſtè, quod promittitur, dicitur, ſed non promittitur. *Ageſ. apud Plut. in apoph.*
Fac magna, non magna promitte. *Apud Stob.*
Sponſio neminem præter ſponſorem obligat. *Liu.1.decad.lib.8.*
Illis promiſſis ſtandum non eſt, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiſerit. *Cic.1.off.*

Quod

Quòd affirmatiuè, quaſi Deo teſte promiſeris, id tenendum eſt. *Idem 2. off.*

Scelerum promiſſio, & iis, qui expectant, pernicioſa eſt, & iis, qui promittunt. *Idem Philipp. 8.*

Promiſſa ſeruanda non ſunt, ſi tibi plus noceant, quàm illi proſint, cui promiſeris. *Idem 1. off.*

Promittas facito, quid enim promittere lædit?

Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt. *Ouid. de art. am. lib. 1.*

Multa fidem promiſſa leuant, vbi plenius æquo

*Laudat* venales, qui vult extrudere, merces. *Hor. lib. 1. epiſt. ad Flor.*

Homo nequam, & ſi bona pollicetur, mala tamen, & improba præſtat. *Aeſop.*

Cum conſideratione promittas, & pluſquàm promiſeris, præſta. *Sen. de mor.*

Qui leuiter ſpondet, non multum ſoluere curat. *Sapiens.*

—At nunc, qui fœdera rumpit

Ditatur, qui ſeruat, eget. *Claud. lib. 1. in Eutrop.*

Cum ſpondes aliquid, manus illic verba ſequantur.

Auget

Auget enim meritum, qui citò ſolu
*Idem Iacob Beneu. cap. 20.*
Si quid promiſſum fuerit, tibi ſuſcip
raptim,
Mens à propoſito nam reſilire poteſt
*Idem cap. 19.*
Dum dolet infirmus, promittit præ
mia multa,
Ceſſat promiſſum, cum dolor ipſ
ceſſat. *Auctor. lib. de moril*
*medic.*
Verba ligant homines, taurorum co
nua funes:
Cornu bos capitur, verbo ligatur h
mo. *Oui.*
Age magna, non magna pollicens.
*Xiſtus.*

Nullum ſit vnquàm cum vitiis f
dus. *Hier. de obe*
Stultus homo paludet manibus, cu
ſpoponderit pro amico ſuo. *Pro*
*cap. 17.*
In malè promiſſis reſcinde fidem.
in turpi voto muta decretum. *Iſ*
*2. ſolil.*
Impia eſt promiſſio, quæ ſcelere a
impletur. *Ibiden*
Magna enim debet eſſe in prem
ſio-

ſione diſcretio. *Petr. Chryſol. in quad. ep.*

Inanis promiſſio ſæpè de amicis comparat ſibi inimicos. *Ibidem.*

Mundi promiſſa ſemper fallunt, Dei autem promiſſa nunquàm. *Aug. ſer. 3. de ve b. apoſt.*

De promiſſionibus Dei nunquam dubitandum. *Idem in quæſt. ex vtr. teſt.*

*Prophetia.*

Prophetia eſt annunciatio alicuius veritatis, ſiue præteritæ, ſiue futuræ infallibiliter.

Prophetica auctoritas omnibus cæteris ſcriptis antiquior. *Aug. de Ciu. Dei. lib. 18.*

Multa prophetata contra Deos falſos, at nihil contra Deum verum. *Idem 4. de Trinit.*

Quicquid futuram eccleſiam ſignificat, prophetia eſt. *Idem.*

Prophetæ mentalibus oculis futura viderunt. *Chryſ. ſuper Gen. hom. 12.*

Prophetæ aliqua Euangeliſtis dicenda ſeruauerunt. *Idem ſup. Matth. hom. 12.*

Prophetæ in vita raro accepti. *Idem ſuper Matth. hom. 40.*

Pro-

Prophetia plus mouet,quàm ſignu[m]
*Idem ſup.Io.hom.18.*
Prophetiæ moris eſt ſubito muta[re]
ſententiam. *Greg. ſup. Eccl.ſer.*
Non omnes prophetæ ſanctitatis me[ri]
tam attingunt. *Idem 26.mor*
*Prudentia.*
Prudentia eſt apprehenſio eorum,
quæ ſunt agenda,vel non. *Ariſt.6*
*ethic.*
Prouidere difficile eſt, videre autem
facile. *Idem Elench.*
Nemo poteſt eſſe prudens,niſi bonu[s]
*Idem 6 eth.*
Prudens fallere non vult,nec falli p[o]
teſt. *Se*
Prudens non dicit, nõ putaui ſic for[e]
*Idem de morib.*
Quid refert prouidere, quod effuge[re]
non poſſis. *Idem ep.8*
Vir prudens etiam ex inimicis vti[li]
tatem capit. *Idem de diſcr. ami*
*& adul.*
Melius eſt præcauere, quàm pauere
vtilius eſt erubeſcere, quàm pau[e]
ſcere. *Idem in pro*
Sapiens enim aſſueſcit futuris mali[s]
& quæ alij diù patiendo leuia f[a]
ciunt,hic leuia facit diù cogitand[o]
*Idem ep.77.*
Nul-

Nullum numen abeſt ſi ſit prudẽtia, ſed te
Nos facimus fortuna Deam, cœloque locamus. *Iuu. ſat. 10.*

Prudentis eſt fingere ſe nolle, quæ cõſequi non poteſt. *Aeſop.*

Viro prudenti fruſtra muliebres tenduntur inſidiæ. *Idem.*

Prudentes facilè ex omnibus ſententiis vitia eligũt. *Demoſt. 1. Olynth.*

Omnis virtutis principium quidem eſt prudentia; finis verò fortitudo. *Idem ex orat. fun.*

Vix ſibi, ne dum aliis credit prudens. *Claud.*

*Nihil* eſt homini prudentia dulcius, aut ſagaci, aut bona mente melius. *Cic. 1. Tuſc.*

Iuſtitia ſine prudentia plurimum poteſt; ſine iuſtitia nihil valet prudentia. *Idem 2. off.*

Perbeati ſunt, qui eum tenent vitæ curſum, vt in negotio ſine periculo, vel in otio cum dignitate verſentur. *Idem.*

Non poteſt eſſe iucunda vita, a quo abſit prudentia. *Idem 5. Tuſc.*

Oculi perlucent toto corpore, nec vlla eſt virtus abſque prudentia. *Ex apoph.*

Prudentis eſt naturæ ſuæ morbum a-gnoſcere, & vitio materiam præri-pere. *Ibidem.*

Plurimum facere, minimum de ſe ipſo loqui, prudentioris eſt. *Ibidem.*

Tutiſſimus eſt murus prudentia, neq; collabitur, nec perditur. *Ibidem.*

Nullus rectè præeſſe poteſt, niſi ſit prudens. *Plat. in Men.*

Quod cauere potes ſtultum eſt admittere. *Ter. in Eun.*

Nolo minor me terreat, deſpiciatque maior. *Chilo.*

Robur ipſius mẽtis nihil aliud, quàm prudentia. *Syneſius de ſor*

Primus ad ſapientiam gradus ſeipſum noſcere: vt omnium difficillimum eſt, ſic longè vtiliſſimum. *Plut.*

Nam leuius lædit quicquid præuideris ante. *Cato*

Feliciter is ſapit, qui alieno periculo ſapit. *Plaut.*

Prudentia eſt amor, ea, quibus adiuuatur, ab eis, quibus impeditur, ſagaciter eligens. *Aug. lib. de mor. Eccleſ.*

Prudentia præſentia ordinat, præteritorum recordatur, & futura prouidet.

det. *Idem ad fratres in Er.*

Prudentia docet, quid timendum, & quid fugiendum. *Ibidem.*

Prudens dicitur, quaſi porrò videns: perſpicax enim eſt, & incertorum videt caſus. *Idem ſup.pſ.7.*

Aſtutus agit omnia cum conſilio; qui autem fatuus eſt, aperit ſtultitiam. *Prou.cap.13.*

Prudentia abſque ſimplicitate malitia eſt; & ſimplicitas abſque ratione ſtultitia eſt. *Hier.*

Grandis eſt prudentia aurum in luto quærere. *Idem ad Lat.*

Prudentia, & fortitudo virtutes ſunt principis. *Baſil.in ep.*

*Pudor, & verecundia.*

Pudor eſt audacię remiſſio, eius, quod optimum apparet, ſpontanea, & libens acceptio. *Plat.in d.ff.*

Verecundia eſt formido in expectatione infamiæ. *Ibidem.*

Magis mihi placent iuuenes, qui erubeſcunt, quàm qui palleſcũt. *Idem de vit.ver.*

Pudor adoleſcentiam decet, deinde admodum generoſe reſpondet. *Plaut.de ſcient.*

Illum ego periiſſe dico, cui quidem periit pudor. *Idem in B.ch.*

Verecundiam in iuuene laudamus, in ſene vituperamus. *Ariſt.*

Rubor virtutis eſt color. *Apud Diog. Laert. lib. 7.*

Vir turpis verecundia moueri non poteſt. *Eurip. in ſuppl.*

Malus eſt pudor, vbi vincit imprudentia. *Theog. apud Stob.*

Vituperium magis, quàm periculum time. *Iſocr.*

Qui pudore vacat, nullo dolore afficitur ex turpitudine. *Plut. de vit. verec.*

Pudorem mulier cum veſte exuit. *Teócr. apud Stob.*

Pudorem apud mulierem pulchritudinis arcem eſſe dicebat Domádes. *Ibidem.*

Nutriendus eſt pudor, qui quandiu in animo durauerit, aliquis erit bonæ ſpei locus. *Sen. ep. 25.*

Plures pudore peccandi, quàm bona voluntate, prohibitis abſtinent. *Idem ep. 84.*

Turpia ne dixeris, paulatim enim pudor per verba diſcutitur. *Idem in prox.*

Verborum turpium licẽtia impudentiæ nutrix. *Ibidem.*

Recta ingenia debilitat verecundia, praua

praua confirmat audacia. *Ibidem.*
Verecundia in adoleſcente bonum ſignum. *Idem.*
Verecundia vitium eſt, ſed amabile. *Quint. lib. 17.*
Non habitant ſimul pudor, & fames. *Ibidem.*
Pudor medico inutilis. *Hom. Odyſſ. lib. y.*
Moderatrix cupiditatum eſt verecundia. *Cic. 2. de fin.*
Sæpè videmus pudore fractos, qui nulla ratione vincerentur. *Idem 2. Tuſc.*
Sine verecundia nihil rectum, honeſtumue eſſe poteſt. *Idem 2. off.*
Cuſtos virtutum omnium dedecus fugiens, & laudem maximam conſequens verecundia. *Idem de orat.*
Vbi ſtudium verecundiæ eſt, cupiditas rationi ſeruit. *Max. lib. 4.*
Verecũdia liberi eſt, ſerui verò timor. *Ter. in Androm.*
Sæpè minus conſtantiæ eſt rubore, quàm in culpa. *Cur. lib. 9.*
Formæ pudor honeſtas. *Idem lib. 6.*
Verecundia timorem vincit. *Idem 5. decad. lib. 8.*
Pudor in multis ad honeſtas actiones obſtat, ità non nunquàm im-

probæ mentis homines a turpibus reuocat. *Ex apoph.*

Pudor virtutis tinctura. *Ibid.*

Honeſta formidoloſitas eſt, quæ à turpibus reuocat. *Ibid.*

Pudor teneram ætatem optimè deterret a peccãdo, qui nuſquam non abeſt, ſi quis reuereatur ſeipſum. *Ibidem.*

Inutilis eſt verecundia, quæ obſtat, quominus negemus obſequium ad inhoneſta vocanti. *Ibidem.*

Pudoris etiam diſciplinam inter defuncta corpora natura diſcernit, vt ſi quando cadauera necatorum fluctibus euehuntur, virorũ fluctuant ſupina, prona fœminarum. *Solin. de mirab.*

Quarum mens honeſta eſt, imbecilla frons eſt. *Simac.*

Verecundia ſilentium imperat. *Senec.*

Abiiciendus eſt pudor, quoties vrget neceſſitas. *Idem.*

Pudore amiſſo omnis virtus ruit. *Plaut.*

Plerique homines ſunt, quos cum nihil refert, pudet: vbi pudendum eſt, ibi deſerit eos pudor. *Idem.*

Vere-

Verecundia eſt continentiæ ſoror. *Ber. ſup. cant. ſer. 86.*

Nec ſterilis verecundia grata, nec humanitas præter veritatem laudabilis. *Idem.*

Quos tormenta non vincunt, interdũ vincit pudor. *Hier. ad Pharm.*

Ingenia liberaliter educata facilius verecundia, quàm metus ſuperat.

Quicquid pudet dicere, pudeat etiam cogitare. *Idem ad Pam.*

Sicuti verecundia laudabilis eſt in malo, ità vituperabilis eſt in bono. *Idem hom. 10 ſup. Ezech.*

Pudor frenum eſt vitiorum. *Chryſ. ſup. Matth. hom. 33.*

Pudore culpa minuitur, defenſione cumulatur. *Ambr. de mor. Abel.*

Eſt enim verecũdia pudicitiæ comes, cuius ſocietate caſtitas ipſa tutior eſt. *Idem 1. off.*

Generoſus animus nihil magis erubeſcit, q̃ petere. *Caſſiod. de amic. c. 12.*

Mitigat iudicem pudor reorum, excitat autem pertinacia denegãtium. *Aug.*

*Pueritia.*

Pueri ac beſtię ſequuntur voluptates. *Ariſt. 7. eth.*

Pueri cum ſeruis viuere minimè de-
bent. *Idem 7.polit*
Pueritia neſcit quieſcere. *Idē 8 polit*
Pueri muſicam diſcant. *Ibid.*
Cauendum eſt, ne pueri turpia dicāt,
& ne picturas, actioneſue deformes
aſpiciant. *Ibidem.*
Pueri primò appellant omnes viros
patres. *Idem polit. 1.*
Pueri viuunt ſecundum concupiſcen-
tias. *Idem 3.eth.*
Tria ſunt pueris neceſſaria, ingenium,
exercitium, & diſciplina. *Idem
apud Diog. lib. 1.*
Ne puero gladium. *Plaut. apud
volat.*
Pueros non plagis, nec verberibus, ſed
monitis, ac rationibus ad honeſta
exercitia adduci oportet. *Idem de
virt. mor.*
Cauendum eſt, ne pueri modicis lau-
dibus intumeſcant, quoniam nimis
demoliti laudibus franguntur.
*Ibidem.*
Quemadmodum mollibus ſigilla im-
primuntur ceris, ita & doctrinæ in
puerorum animis. *Ibidem.*
Sanctiſſimum eſt, vt pueri vera profer-
re aſſueſcant, mentiri enim ſordi-
dum eſt vitium. *Ibidem.*
A con-

A continuis laboribus danda eſt pueris quædam reſpiratio. *Idem de lib. educ.*
Mens puerilis dolorem neſcit. *Eurip. in Medea.*
Primus puerorum ſenſus eſt voluptas, & labor. *Plut. 2. de leg.*
Deliciæ efficiunt pueros difficiles, moroſos, iucundos, & leui de cauſa excitabiles. *Idem 7. de leg.*
Puer eſt omni beſtia intractabilior. *Ibidem.*
Pueris pulchra nomina ſunt imponenda. *Idem de ſapient.*
A primis annis pueri ſunt honeſtis iocis aſſuefaciendi. *Idem de rep.*
Pueri perpauci ad virtutes natura ſunt propenſi. *Galen.*
Ea pueri diſcant, quæ ſunt ſenes vſuri. *Ageſ. apud Plut. in apoph.*
Relinquendum eſt pueris ingenio, quod dies, atque ætas mirificet. *Gel. lib. 3.*
Non tàm ſcelerius, ſed etiam perfectius imbuuntur, quæ à pueris diſcuntur. *Veget. lib. 1.*
Nil dictu fœdum, viſuque hæc limina tangat
Intra quæ puer eſt procul hinc, procul inde puellæ. *Iuuen.*

Maxima debetur puero reuerentia, ſi quid
Turpe paras, ne tu pueri contempſeris annos. *Idem ſat. 4.*

Pueris non omnem licentiam ludendi damus; ſed eam, quæ ab honeſtis actionibus non ſit aliena. *Cicer. 1. offic.*

Diſcere fac artem puerili tempore natos,
Tunc valet ingenium diſcere cuncta benè. *Iacob Beneu. c. 49.*
Nam poſtquàm mollis ætas pertranſit in æuum,
Redditur & durum quodlibet ingenium. *Ibidem.*

Magnum expecta gaudium, cum puerilem animum diſpoſueris, & te in virum philoſophiæ deſcripſeris. *Sen ep. 16.*

Diſce puer, dum tempus habes, dum ſufficit ætas,
Tempora labuntur more fluentis aquæ.

In modico ſapientiæ ſermone plus laudatur ruſticus, quàm in magno philoſophus, & puer ſi aliquid ſapienter dixerit, laudatur, vbi perfectior non inuenitur. *Chryſoſtom. ſuper Matth.*

*Matth. 8.*

Puerorum ore nonnunquàm Deus loquitur. *Cypr. lib. 3. epiſt.*

In pueris peccata leuius punienda. *Aug. li. 10. de Geneſ. ad lit.*

Pueri non inanibus rebus inſtruantur. *Idem 1. confeſſ.*

Pueri non tantum ætatis vocabulum, ſed etiam conditionis eſt. *Ambr. de Abraham.*

## *Pulchritudo.*

Pulchritudo eſt flos marcidus, carnalis felicitas, & humana concupiſcētia. *Secund. Philoſ.*

Pulchritudo ſola maxime omnium amabilis. *Plat. de pulchrit.*

Donum forma breue eſt, nec ſe tibi cō mendat annis. *Nemeſian. egl. 4.*

Pulchritudo ſemper in magno corpore extitit, vnde parui formoſi dici poſſunt, non pulchri. *Ariſt. eth. 4.*

Cæci interrogatio eſt quærere, cur amentur, quæ ſunt pulchra. *Idem apud Stob.*

Formoſos intueri eſt iucundiſſimum: tractare verò, & tangere non ſine periculo licet. *Eurip. Ibid.*

Naturæ decus ſi mores exornent bo-

ni, duplici amore accedens capitur *Ibidem*.

Pulchritudo res infelix. *Idem in Helench.*

Non facias iudicium ex pulchritudine, ſed ex moribus. *Ibidem.*

Nec forma æternum, haud cuique eſt fortuna perennis. *Prop. lib.2.eleg.*

Rara eſt concordia formæ
Atque pudicitiæ. *Iuu.ſat.10.*

Et tibi iam venient cani formoſe capilli,
Iam venient rugæ, quæ tibi corpus arent. *Ibidem.*

Forma donum fragile eſt, quantumquè accedit ad annos,
Fit minor, & ſpatio capitur illa ſua. *Ouid.2.de art.amand.*

Faſtus ineſt pulchris, ſequiturque ſuperbia formam. *Idem in faſt.*

--- Cupit formoſa videri
Et ſi qua eſt illi formoſior, inuidet illi. *Idem metam.lib.9.*

Gratior eſt pulchro veniens è corpore virtus. *Virg.*

Nimia eſt miſeria pulchrum eſſe nimis. *Plaut.*

Magno cũ periculo cuſtoditur, quod placet multis. *Pub.Mim.*

Cum

Cum aliquis dicet, fuit hæc formoſa, dolebis,
Et ſpeculum mendax eſſe quærere tuum. *Ouid.lib.3.de triſt.*

Pulchritudine grauius ſauciamur acuta ſagitta. *Nat.Com.*

Qui forma decorus indecorè loquitur, ex eburnea vagina plumbeum educit gladium. *Diog.*

Quæ turpia ſunt factu, ea ne dictu pulchra exiſtimes. *Iſocr.*

Propter ſpeciem mulieris multi perierunt. *Eccl.c.9.*

Pulchritudo donum Dei eſt, noſtro abuſu fit malum. *Aug.lib.1.de nup. cap.3.*

Pulchritudo corporis, & ſenectus in vno habitare non poſſunt. I*dem.*

Fœda admota pulchris pulchriora reddunt pulchra. *Ber.*

Ornatum corporis ſancti contemnũt. ſolùm animæ decorem quærentes, I*dem ſuper Cant.ſer.26.*

Euitemus pretioſas pulchritudines, ne omnium malorum genera in nos erogentur. *Baſil.*

Corpus non in corpore, ſed in animæ pulchritudine delectatur. I*dem.*

*Puſil-*

*Puſillanimitas.*

Puſillanimitas eſt vitium animi, pe quod neutram fortunam, ne honorem, nec ignominiã ferre poſſunt. *Ariſt. de uirt. & uit. diuiſ.*

Segniſſimi eſt corpore, cum ſe ad prouectum cognoſcat inuitaſſe. *Caſſio. lib. 1. ep. 1.*

Deiectæ mentis eſt, qui familiaris rei meminit, cum vocatur ad regnum. *Petr. Chryſol.*

Puſillanimes ad orationem vix exurgunt. *Ber. ſuper Cant. ſer. 10.*

Q.

*Quies.*

QVies vacatio eſt à labore, ſiue ceſſatio à quocunque opere.

Laborans indiget requie. *Ariſt. polit. 8.*

Non valentes continuè operari, requie indigent. *Idem eth. 10.*

Requies neceſſario eſt delectabilis, quia medicina iuſtitiæ eſt, quę conſiſtit in labore. *Idem pol. 8.*

Sedendo & quieſcendo anima fit prudens. *Idem phyſ. 7.*

Requies & ludus videntur in vita neceſſaria. *Idem eth. 4.*

Quies à laboribus originem trahit, &

à turpi

à turpi otio, & negligentia labores naſci ſolent. *Plat. de leg.*

Cum iuuenes relaxare animos, & dare ſe iucunditati volent, caueant intemperantiam, & meminerint verecundiæ. *Cic. 1. off.*

Primum argumentum bonæ compoſitæ mentis eſt poſſe conſiſtere, & ſecum morari. *Sen.*

Multum ad tranquillitatem locus cōfert. *Idem ep 53.*

Nulla placida quies eſt, niſi quam ratio componit. *Idem ep. 57.*

Dandum eſt aliquod interuallum animo, ità tamen, vt non reſoluatur, ſed vt remittatur. *Idem epiſto. 15.*

Danda eſt animis remiſſio; mediocres namque & acriores reſurgunt. *Idem de tranq. animi.*

Poſt multa virtus opera laxari ſolet. *Idem in Herc. fur.*

Quod caret alterna requie, durabile non eſt. *Ouid. 3. ep.*

Hæc reparat vires, feſſaque membra leuat. *Ibidem.*

Arcus, & arma ſuæ ſibi ſunt incitanda Dianæ;

Si nūquàm ceſſes tendere, mollis erit. *Ibidem.*

Gratior

Gratior eſt quies, quibus ex laſſitudin calamitatum venit. *Quint. de clam. 2.*

Sit nox cum ſomno, ſit ſine lite dies. *Auſon.*

Stare diù neſcit, qui non aliquandò quieſcit.

Quieſcere eſt bene in poteſtate eſſe. *Greg. 4. mor.*

Quæ in tranquillitate perſiſtere nequeunt, ſeipſa confundunt. *Idem li. 8. mor.*

Amor propriæ quietis præiudicare nō debet ſanctæ obedientiæ actibus. *Ber. ſer. 47.*

Quies bonos lucratur, & malos perdit. *Aug. in lib. 83. quæſt.*

## R

### *Raritas.*

Rarum eſt quod peregrinum, & inſuetum eſt, non autem commune, aut vulgare.

Nihil rarius, quam valdè magnum, aut valdè nimium reperire hominem. *Plat. de anim.*

Omnia præclara rara, nec quicquàm difficilius, quàm reperire, quod ſit ex omni parte abſolutum. *Cic. in Lel.*

Rara

Rara auis in cęlo, nigroque ſimillima cigno. *Iuu.ſat.6.*

Omne, quod eſt rarum, carius eſſe ſolet. *Henr.Samar.lib.1.*

In his, quæ raro fiunt, miraculum eſt. *Apud iuriſp.*

Rerum raritas precium facit. *Ber.*

Aurum ideo carum, quia rarum. *Aug.lib.2. de lib.arb.*

Quo rarior vſus, eo plauſibilior. *Bed. ſuper Pand.*

*Ratio.*

Ratio nil aliud eſt, quàm in corpus humanum pars diuini ſpiritus merſa. *Sen.epiſt.lib.8.*

Multi ratione gloriantur, tamen fortuitò viuunt. *Idem ep.lib.1.*

Ratio Dijs, & hominibus communis eſt; ſed in illis eſt perfecta. *Idem ep.35.*

Ratio recta, & perfecta implet hominis felicitatem. *Idem ep.77.*

Si vis tibi omnia ſubijcere, ſubijce te rationi; multos reges, ſi ratio te rexerit. *Idem ep.37.*

Apud improbos ratio, & veritas locũ non habet. *Aeſop.*

Ad principia non eſt rõ. *Ariſt.Eth.6.*

Quęrere rationem, & dimittere ſenſum,

ſum, infirmitas eſt intellectus.
*Idem phyſ.6.*
Ratio eſt proprius hominis actus.
*Idem 1.Eth.*
Ratio nos ad optima ſemper ſuadet.
*Ibidem.*
Ratio præeſſe, & præcipere debet.
*Idem 1. polit.*
Rationi ſeruire libertas eſt. *Plut. de profan.*
--- Dijs proximus ille eſt,
Quem ratio, non ira, mouet. *Claud.in conſul. Manl.*
Præſtat rationabiliter eſſe infelicem quàm abſq; ratione felicem. *Epic apud Diog. lib. 10.*
Multitudo rationum prudentes expedit, hebetiores intricat, & inopes conſilij facit. *Demoſt. 1.Olynt*
Benè adhibita ratio cernit, quod optimum ſit; neglecta multis implicatur erroribus. *Cic.4.Tuſc.*
Societatis humanæ vinculum eſt ratio, & oratio, nec vlla alia re abſumus à natura ferarum. *Idem 1.off.*
Nihil poteſt eſſe æquabile, quod non à certa ratione proficiſcatur. *Idem 2.Tuſc.*
Sunt homines, qui rationem à Dijs bono conſilio datam, in fraudem,
ma-

maliriamque conuertant. *Idem 3. de nat. Deorum.*

In re magna ratio vincat auctoritatẽ. *Plin.iun.lib.1.*

Apud alios timor timorem, apud alios ratio rationem vincit. *Idem lib.5.*

Ratione viuendum, non affectu. *In hiſt.Sax.*

Ratio cõtra vim parum valet. *Apud iuriſp.*

Ratio naturalis pro lege ſufficit. *Ibidem.*

Ratio legem commendat. *Tert. de coron.mil.*

*Ratio*, & experientia duo ſunt inſtrumenta, quibus omnia dogmata inueniuntur. *Gal.de elem.*

Ratio ineſt ſoli homini, & nihil ea diuinius mortalibus eſt conceſſum. *Idem de vſu part.*

Ratio præeſt animo, vt eques equo præeſſe videtur. *Idem.*

Ratio, quæ in te eſt, vitæ tuæ ipſa ſit lex. *Xiſtus.*

Ratio eſt res quædam tacita inſita mentibus hominum.

Ratione ceſſante auctoritati ſtandum eſt. *Aug.*

Ra-

Ratio fide præcedente plurimum v- let. *Idem ep.22.*

Rectè fieri dicitur, quod à certa ra- tione proficiſcitur. *Idem de vti. cred.*

Sicut abſente domina ancillæ vagan- tur, ſic abſente ratione cogitatio- nes. *Greg.3.mor.*

Plus ratio tribuit homini, quàm natu- ra brutis. *Lact.de opif.Dei*

Vniuerſis animantibus data eſt ratio, ſed brutis tantummodo ad vitam tuendam, homini autem propagan- dam. *Idem lib.2*

In omni negotio duo ſunt neceſſaria ratio, & opus. *Hug.lib.1.Didaſc.*

*Regnum, & Rex.*

Rex eſt, qui imperat ſecundum leges nulli ſubiectus, irreprehenſibilis ciuilis, ordinis inſtitutor. *Plat.in def.*

Malus rex tyrannus dicitur. *Ariſt. Eth.1.*

Regum diſſimulatio, etſi in pręſenti diſſimuletur, tamen eſt timenda in poſterum. *Hom.Illiad.1.*

Saluum Regem in aperto clementia præſtat. *Sen.de clem.*

Circa

irca regna tonat. *Idem ex trag.*

ui odia nimium timet, regnare neſcit. *Idem in quad.ep.*

egnum non capit duos. *Idem ex Trag.*

on eſt ibi Rex tutus, vbi nihil à Rege tutum eſt, ſeueritas ſeueritate mutua eſt paciſcēda. *Idem de clem.*

loriosius eſt regnum virtute partū, quàm ſi hæreditate obuenerit. *Ex apoph.*

ex veluti legum eſt architectus. *Ibidem.*

ræcipua Regum debet eſſe cura, vt cognoſcendis cauſis viros præficiat incorruptos. *Ibid.*

ege interempto fugiunt ſatellites. *Liu.lib.4.decad.3.*

egius mos eſt venenum ſecum ferre. *Idem lib.10.decad.3.*

ex, qui nulli fidet, inutilis eſt, ne minus, qui omnibus. *Apud Platinā.*

ō eſt regio nomine dignus, qui ſuis commodis publica metitur. *Ibid.*

t in mare flumina, ſic in magnas aulas vitia influunt. *Idem.*

alitia idonea regno. *Cic.off.2.*

um de ſalute Regis timetur, creduli eſſe debemus. *Curt.lib.6.*

egnum res eſt pulcherrima inter

Deum,

Deum, & hominem. *Liu.lib*

Regna vnum honoris, & gloriæ fr
ctum cum multis incommodis c
penſant. *Plut.in conu.7.phil*

Ille tutus eſt rex, qui ſic ſubditis imp
rat, vt parentes. *Ageſ. apud eu*
*dem.*

Rex libros de regno ſcriptos emat, a
legat: nam de quibus amici Reg
admonere nō audent, ea libris ſu
deſcripta. *Demetr.apud Sto*

Rex indoctus eſt aſinus incoronatu
*Eurip.*

Reges à rectè agēdo vocati ſunt, id
que rectè faciendo Regis nomē
netur, peccando amittitur. *Rab*

Rectè ergo illi Reges vocantur, c
tàm ſemetipſos, quàm ſubiectos
nè regendo modificare nouerun
*Idem.*

Principatus nō ſanguini debetur, ſ
meritis, & inutiliter regnat, q
Rex naſcitur, & non meretur.
*Chryſ.in tract. de ſimb.lib.4.*

*Religio.*

Religio eſt, per quam reuerenti fam
latu cerimoniæ diuini cultus exe
centur. *Tull. de nat. Deorum*

Pietas maximè, & religio verſatur
ani-

animis noſtris, cum rebus diuinis operam damus. *Idem 2.de leg.*
Cum in amicitia, quæ honeſta non ſunt, poſtulantur, religio, & fides amicitiæ anteponantur. *Idem 3.off.*
Omnia proſpera eueniunt ſequentibus Deos; aduerſa autem ſpernentibus. *Liu. 1.decad. 1.*

Religio eſt pietas erga Deum. *Aug. 4.de ciu. Dei cap. 22.*
Religio in veritate, non in falſitate conſiſtit. *Idem lib. 3.contra Gaud. cap. 15.*
Religio vbi non eſt, virtutes eſſe non poſſunt. *Idem 19.de ciu. Dei cap. 24.*
Religio vera prius fide, quàm ratione diſcenda. *Idem 2.de ciu. Dei cap. 4.*
Religio eſt appellata: quia per eam vni Deo animas noſtras religamus. *Iſid.*
Religio non ſentit fatigationem. *Chryſ. ſuper Matth. hom. 35.*
Augetur religio Dei, quantò magis premitur. *Lact. lib. 5.*
Religio cogi nõ poteſt: verbis potius, quàm verberibus res eſt agenda. *Ibidem.*
Vana eſt religio, quæ caret miſericordia.

dia. *Hier. de miſer*
Pietatem religioni nemo debet præ-
ferre. *Idem in epiſt*
Religionis cauſa eſt probitatis magn-
tudo. *Idem*
Religionis affectus non ſolùm deuo-
tione corporis, ſed magis arcano ge-
ritur corde. *Caſſiod. ſuper pſal. 43*
Chriſtiana religio, etiamſi miraculis
non eſſet approbata, ſua honeſtate
recipi debuerat. *Pius 2*
Religio falſa facile decipit.

*Remedium.*

Remedium eſt bonus, & opportunu
occurſus ſubleuationis.
Nō prodeſt corpori cibus, qui ſtatin
ſumptus emittitur. *Sen. ep. 1*
Nihil ità ſanitatem impedit, ſicut re-
mediorum crebra mutatio. *Idem*
*ep. 2.*
Remedia malorum in ipſa ſunt mo-
ra. *Eurip. in Herc. fur*
Remedium expectans ſuum malum
celare non debet. *Curt. lib. 5.*
Remedium ſemper tempus affert re-
bus immedicabilibus. *Ibidem*
Flamma recens ſparſa parua recedit
aqua. *Ouid. ep. lib. 16. Cic.*
Nulla remedia, quæ vulneribus adhi-
bentur, tàm faciunt dolorem, quā
quæ

quæ ſunt ſalutaria. *Cic. Octauio.*
Non valet amiſſis claudere clauſtra bobus. *Horat. in prou.*
Remedia non poſſunt, niſi immorentur.
Non ità vtile eſt, quod in tranſitu prosit. *Marin. in aphor.*

Remedia ſuperſtitioſa fugienda. *Chryſ. ſuper ep. ad Coloſſ. hom. 8.*
Ex conſideratione remedii periculi æſtimatur quantitas. *Ber. in Nat. Dom. ſer. 6.*
Serò parantur remedia, cùm mortis imminent pericula. *Aug. in quad. epiſt.*
Non ſanat oculum, quod calcaneo adhibetur. *Hier. ſuper Marc.*

*Repentina.*

Videntur omnia repentina grauiora. *Cic.*
Non eſt dubium, quin omnia, quæ mala putentur, ſint improuiſa grauiora. *Idem 3. Tuſc.*
Maris ſubita tempeſtas vehementius nauigantes terret. *Ibidem.*
Malè cuncta miniſtrat impetus. *Statius Theb. lib. 10.*

Sæpè etiam eſt olitor valdè opportu-
na locutus. *Apud Aul.Gel.lib.2.*

*Reſponſio.*

Non reſpondere ruſticorum eſt. *Plat.de ſcient.*

Ignorantia cauſa eſt reſpondendi va-
ria, & non eadem. *Idem de nat. Hom.*

Singulos interrogo, & paucis reſpon-
deo. *Idem de ſcient.*

Ad interrogationes multas non eſt dā
da vna reſponſio. *Ariſt.Elench.2.*

Ne feſtines reſpondere, donec ſit finis
orationis. *Pythag.*

Omnibus reſpondere ſeruile, omnes
deſpicere ſtultum. *Plut.de poet.*

Sapienti reſponſi loco eſt ſilentium.
*Eurip. apud eund. de vitioſ. vere-
cund.*

Facilè ſibi facunditatem virtus argu-
ta inuenit. *Plaut.ex Trucul.*

Mellificat diram reſponſum mollius
iram;
Inſipiens totum feſtinat fundere fla-
tum. *Hermoſ.in exclam.Troiæ.*

Requirenti facilè reſponde, conten-
denti facilè cede. *Cato.*

Reſponſio mollis frangit iram, ſermo
durus ſuſcitat furorē. *Prou.cap.15.*

Qu

Qui prius reſpondet, quā audiat, ſtultum eſſe demonſtrat, & confuſione dignum. *Prou.cap.18.*
Si bis interrogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum. *Eccleſ.cap. 32.*

*Reſpublica.*

Reſpublica eſt inſtitutio circa magiſtratus, honoreſq; publicos. *Ariſt. pol.4.cap.3.*
Vt ad ignem, ſic ad rempublicam accedendum, nec nimis propè, ne vraris, nec longius, nec frigeas. *Idem apud Stob.*
Nimis multa audire coguntur, nec aliter fieri poteſt, quibus tota reſpublica eſt commiſſa. *Cic. pro Milon.*
Solon. rẽpublicam duabus rebus contineri dicebat, pręmio, & pœna. *Idem ad Brut.*
Quales in republica ſunt Principes, tales reliqui ſolent eſſe ciues. *Idem Lent. fam.lib.1.*
Nihil eſt in rebus humanis præclarius, quam de republica benè mereri. *Idem ad Planc.*
Neceſſe eſt in republica, vt plus in ea valeat, qui plus ſapit; pareat, qui minus. *Idem pro Planco.*
Optima reipublicæ gubernatio eſt a-

apud vnum, vel apud paucos. *Plat. in polit.*
Hoc deterius habet reſpublica, quò magis res priuatæ florent. *Saluſt.*
Reipublicæ corruptela non alia magis ex re naſcitur, quàm ex delitijs. *Idem.*
Reſpublicæ nullo munimento tutiores ſunt, quàm virtute ciuium. *Ageſ. apud Plat.*
Vnicuiq; pluris facienda eſt vtilitas cõmunis, quàm propria. *Ex apoph*
In omni negotio magni refert, quales ſunt, quibus gerendæ rei creditur auctoritas. *Ibidem*
Nulla reipublicæ adminiſtratio proderit, niſi verus Deus colatur.

*Retributio.*

Par pari referto, quod illam remordeat. *Ter. in Eun*

*Riſus.*

Qui riſum mouent magis, quàm oporteat, ſcurræ dicuntur, & moleſt ſunt. *Ariſt. 4. eth*
Riſus reprehendendus eſt, ſi erit immodicus, ſi pueriliter effuſus, ſi muliebriter fractus. *Sen. de 4. virt.*
Sales debent eſſe ſine mordacitate ioci minimè viles, riſus autem ſine cachino. *Ibidem*

In

In calamitoſo riſus eſt etiam iniuria. *Idem in prou.*
In riſus nimium profuſos eſſe minimè decet. *Plat. 3. de Rep.*
Riſus non procul abeſt à deriſu. *Quint. lib. 6.*

Riſus eſt vox confuſa lætitiæ inſultationem immodica hilaritate denunciãs. *Caſſiod. ſuper pſal.*
Fatuus ridens exaltat vocem ſuam, vir autem ſapiens vix tacitè ridet. *Sal. Prou. cap. 24.*
Frequens riſus mores corrumpit. *Aug. de temper.*
*Riſus* grauitate ſit mixtus. *Idem de ſpir. & anim.*
Melior eſt ira riſus: quia per riſum ſtulti operantur ſcelus. *Idem.*
Riſus in Eccleſia Diaboli opus. *Chry. ſup. ep. ad hebr. hom. 15.*
Amentia nanque eſt cum ſtrepitu ridere, ſed ſubridendo tamen lætitiã mentis indicare. *Baſil.*
Nullum habebit acceſſum cordis cõpunctio, vbi fuerit immoderatus riſus, & iocus. *Idem.*

*Ruſticus.*

Nullum hominum genus eſt ruſticis fraudolentius: non enim benè fa-

ciunt,niſi,cũ neſciũt. *Tiraquella*

Vngentem pungit, pungentem ruſt-
eus vngit. *Eſt pro*

*Ruſticatio.*

Dum pacis amans intueor agrum,od
ciuitatem. *Eurip.apud ſtob.*

Vita ruſtica maximè diſiuncta eſt a
cupiditate, & cum officio coniun-
cta. *Cic.pro Roſc.*

Vita ruſtica, quam nos agreſtem vo-
camus, parſimoniæ, diligentiæ, &
iuſtitiæ eſt magiſtra. *Ibid.*

Beatus ille, qui procul negotiis
Vt priſca gens mortalium
Paterna rura bobus exercet ſuis.
*Horat.Epod.lib.*

Rura quoque oblectant animos, ſtu-
diumque colendi. *Ouid.de remed.
amor.*

Felix qui proprijs æuum tranſegit
in aruis.

Ipſa domus puerum quid videt, ipſa
ſenem. *Claud.de ſen.Ver.*

Romæ me ne poemata cenſes
Scribere poſſe inter tot curas, atq;
labores? *Horat.*

Tu me inter ſtrepitus nocturnos, at-
que diurnos.

Vis canere, & contracta ſequi veſti-
gia vatum? *Idem.*

Scri-

Scriptorum chorus omnis amat nemus. *Idem epiſt.2.*
*Vide plura de Agricultura.*

## S

### *Sacerdos.*

SAcerdos eſt peculiaris Dei miniſter.
Sacerdos ſine miſericordia eſt vti nauis in medio maris vndique perforata. *Hier. cap. de miſeric. erga paup.*
Nulla certè in mundo tam crudelis beſtia, quā malus ſacerdos. *Ibidem*
Sacerdotis lapſus difficile reſtitutus. *Idem ad Eliod.*
Clerici conuiuia fugiant. *Idem ad Nepot.*
Clerici mulierum colloquia deuitēt. *Ibidem.*
Nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus. *Idem de pauper.*
Clerici munuſcula à mulieribus non accipiant. *Idem ad Nepot.*
Grandis dignitas ſacerdotum; ſed grandis ruina, ſi peccant. *Idem ſuper Ezech.*
Lętamur ad aſcenſum, ſed timemus ad lapſum. *Ibidem.*
Sacerdotis eſt ſcire legem Domini, & ad interrogationem reſpondere de

lege. *Idem ſuper Aegeam p...*

Sacerdotes dimiſſis Euangeliis, & p... phetiis, videmus comędias legen... & amatorią bucolicorū verſuū v... ba cantare. *Idem de duab....*

Qui vitam ſacerdotis agnoſcit,eúmq... pro ſe celebrari facit, in eodem p... cato cōſcius, & particeps efficitu... *Idem in Rubr.*

Bona ſuperflua clericorum ſunt pau... perum. *Ibidem*

Caſtitas perpulchrum ornamentu... ſacerdotium honorat. *Ber. in e...*

Clericis conceditur, vt benè viuente... & altari ſeruientes, de altari viuā... viuant quidem, non luxurientur... *Ibidem.*

Sacerdos prędicationis neſcius eſt pr... co mutus. *Idem in paſ...*

Quicquid præter neceſſarium victū... & ſimplicem veſtitum de altari re... tines, tuum non eſt, rapina eſt, &... ſacrilegium. *Idem in ep...*

Quid tibi re vera cum fęminis, qui cū... Domino familiaris es? *Idem in ſer...* *24. ſuper cant.*

Sacerdotis eſt monere, non arma mo... uere. *Chryſ. de verb. Iſa. hom. 4.*

Mundamini, qui fertis vaſa Domini... *Ibidem.*

Sa-

Digitized by Google

Sacerdotum bona conuerſatio populi eſt conditura. *Idem ſuper Matth.hom.30.*

Sacerdotium regno maius eſt. *Idem de verb.Iſai.hom.4.*

Sacerdos medius inter Deum, & hominem. *Idem hom.5.*

Sacerdotis eſt eſſe liberalem. *Ambr. lib.3.de off.*

Nec Imperatoris eſt libertatem dicendi negare,nec ſacerdotis, quod ſentiat,non dicere. *Idem.*

Mali medici corpora, imperiti ſacerdotes animas occidunt. *Pius 2. apud Plat.*

Altari vacare debent, qui de altari viuunt. *Aug.de ſing.cleric.*

Sacerdotibus manibus operari non licet. *Idem ad fratrem ſer.30.*

Sacerdotes bonorum eccleſiæ nō ſunt poſſeſſores,ſed diſpenſatores. *Idem ep.6.*

Sæpè ex cura ſacerdotū populus ruit. *Greg.in Euang.hom.*

Sacerdos humilitatem in mente, & dignitatem in honorem ſacerdotij ſeruare debet. *Idem in re.*

Clericorum officium ad eccleſiæ ornatum, non ad fœditatem actuum pertinere debet. *Ibid.*

Sacerdotes, qui accedunt ad Domi-
num, ſanctificentur, ne fortè percu-
tiat eos. *Eccleſ.*
Quia tu ſcientiam repuliſti, & ego te
repellam, ne ſacerdotio mihi fun-
garis. *Oſea.*

## *Sacramentum.*

Sacramentum eſt ſacrę rei ſignum in-
uiſibilis gratiæ viſibilis forma. *Mag.Sent.lib.4.diſt.1.*
Sacramenta dicta ſunt, quia ad res ſa-
cras pertinent. *Aug.ep.4.*
Omnia ſacramenta cum obſunt indi-
gnè tractantibus, proſunt tamẽ per
eos dignè ſumentibus. *Idem contra liter. Petr.lib.2.*
Sacramenta talia cuique fiunt, qualis
accedit. *Ibidem.*
Sacramentorum adminiſtratio ex ſpi-
ritu ſancto eſt, ſiue per bonum, ſi-
ue per malum fiat. *Idem cont.liter. Parm.lib.2.*
Sacramentum plerique habent, & ſa-
cramenti virtutem minimè. *Idem ſup.ep.Io.1.*
Sacramenta tutius in eccleſia, quàm
extra eam accipiuntur. *Idem de Bapt.*
Sacramentum non intellectum ter-
ret, intellectum gaudium pium pa-
rit.

rit. *Idem 5. quæſt. ſup. Leuit.*

Sacramentorum mutatio propheticis vocibus prædicta eſt. *Idem cont. ep. Parm. ep. 4.*

Sacramentum gratiæ Deus dat per malos; ſed ipſam gratiam non, niſi per ſe ipſum. *Idem de Bapt.*

Sacramentorum ſanctitas in nullo peruerſo violatur. *Idem contra ep. Parm. lib. 2.*

## *Sacrificium.*

Sacrificium eſt oblatio munda Deo ab hominibus præſentata.

Sacrificantium mens, non res, attenditur. *Plin. ſen. in Prolog.*

Dijs ſine parſimonia ſacrificandum. *Theoph. apud Stob.*

Sacrificia ſtultorum ignis ſolùm alimenta ſunt. *Apud eund.*

Caſta dona Deo conſecranda. *Cic. 2. de leg.*

Sæpe Iouem vidi, cùm ſua iam mittere vellet
Fulmina, ture dato, ſuſtinuiſſe manũ. *Ouid. lib. 5. faſt.*

Numen magis delectatur frugalitate, quàm optimis victimis. *Cic. de nat. Deorum.*

Aram Deorum ſanguine non aſpe[rgendam]. *Idem de nat. Deo[r.]*

Cultus, quem homo Deo exhibet, nõ Deo, ſed ipſi prodeſt. *Aug. 10. de Ciu. Dei.*

Sacrificia pro mortuis facta iuuant. *Idem de fide.*

Decimas rerum, & dierum Deo debemus offerre. *Greg. in Euang. hom. 15.*

Toties ſacrificamus, quoties bonum aliquod, piumq; facimus. *Lactant.*

Sacrificium impium Deum irritat. *Chryſ. ſup. Io. hom. 3.*

Deus non reſpicit munera, quæ dãtur, ſed a quo dantur. *Greg.*

Officium diuinum ordinatè, reuerenter, & attentè eſt dicendum. *Ber. ſup. cant. ſer. 8.*

Non Abel ex muneribus, ſed ex Abel munera oblata placuerunt. *Hierem.*

Ante Dei oculos nunquàm eſt vacua manus a munere, ſi arca cordis plena ſit bona voluntate. *Exod.*

## *Salus.*

Salus eſt munitio ab omni damno ſecura. *Plat. in def.*

In-

Incredibile eſt alicui tãtam ignauiam eſſe inſitam, vt ſalutem ſuam negligat. *Demoſt. in Olynt.*
Salutis propriæ non præſumitur quis immemor. *Apud Iuriſp.*
Homines ad Deos nulla re propius accedunt, quàm ſalutem hominibus dando. *Cic. pro Manil.*

Incolumes exercent ſalutem corporis ad ſalutem mentis. *Greg.*
Salus a Deo eſt quibuſcunque modis detur. *Aug. ſup pſ. 34.*
Salus hominum in Chriſti morte eſt poſita. *Chryſ. ſup. Matth. hom. 39.*

*Sanctitas.*

Sanctimonia eſt excellens mentis caſtitas. *Chryſ. ſuper ep. ad Theſſal. hom. 4.*
Sancti viri in proſperitate diſſimulãt. *Greg. 5. mor.*
Sancti certiſſimè ſciunt, quia in hac vita requiem habere nequeunt. *Idem 15. mor.*
Sancti viri irrideri non metuunt. *Idem.*
Probatio ſanctitatis non eſt ſigna facere. *Idem 10. mor.*

Sancti viri non præeſſe cæteris gaudent, ſed prodeſſe. *Idem 21. moral.*

Nemo ſanctorum ad cœleſtem gloriam, niſi patientiam ſeruando peruenit. *Idem ſuper Ezech. lib. 1.*

Sancti viri, vt ab illicitis longe abſint, etiam licita abſcindunt. *Idem dialog. lib. 4.*

Qui viam ſanctitatis appetunt, in errorem lapſi tardius emendantur. *Idem 31. mor.*

Sancti in hac vita diuinæ naturæ ſecreta, quaſi ſub quadam imaginatione conſpiciunt. *Idem 15. mor.*

Quanto maior ineſt homini ſanctitas, tanto maior debet ineſſe timor, & aſtutia ſe tuendi. *Hier.*

De duobus imperfectis melius eſt ruſticitatem ſanctam habere, quàm eloquentiam peccatricem. *Idem ad Nepot.*

Sancti honorandi imitatione, non tantum aduocatione. *Aug. de verb. relig.*

Sanctorum vita vna, ſed præmia diuerſa. *Idem de temp. ſer. 191.*

Summopere deſideranda nobis ſunt ſuffra-

ſuffragia, vt quod poſſibilitas noſtra non obtinet, eorum interceſſio ne donetur. *Ber. in quod. ſer.*

Iſta ſunt, quæ ſanctitatis cauſa ſunt ſeruanda, pudicitia corporis, caſtitas animæ, & veritas doctrinæ. *Aug. de doctr. Chriſt.*

Sanctorum exempla ad emendationem vitæ multum proſunt. *Ber. ad ſoror.*

## *Sanitas.*

Sanitas eſt commenſuratio calidorum, & frigidorum. *Ariſt. phyſ. 6.*

Sanitas animæ eſt habitus, qui affectibus minimè ſuccumbit. *Plat. in def.*

Optimum eſt benè valere, ſecundum formoſum eſſe, tertiò diuitias habere nulla fraude quæſitas. *Idem in Rhet.*

Pauca voluptati debentur, multa ſanitati. *Demoſt. exord. 19.*

Habenda eſt ratio valetudinis, vtendum exercitationibus modicis. *Cato maior.*

Animalia omnia noſcunt ſibi ſalutaria præter hominem. *Plin. Sen. lib. 27.*

Sa-

Salubritas loci nō ſemper incolarum colore detegitur, quoniam aſſueti in peſtilentibus durant. *Idem lib. 18.*

O vna cunctis expetita ſanitas,
Abſente te ſunt cuncta dura, & aſpera. *Cælius Calcag.*

Sæpè ea, quæ ſanari ratione non poterant, ſanata ſunt tempore. *Sen. de mor.*

Non aurum, non opes, non imperia ſine bona valetudine iucunda. *Cat. Maior.*

Vbique moderatio virium adſit, & tantùm, quantùm quiſque poteſt, nitatur. *Idem.*

Sanitas dicta eſt, quaſi ſanguinis ſtatus. *Iſid. lib. 4. Ethym.*

Nihil prodeſt ſanitas in ſuperficie corporis, ſi vulnus animæ intrinſecus latet. *Greg. in Regiſt.*

Sanitas corporis in membris redundat. *Ber. in ep.*

Quid boni habet ſanitas, languor oſtendit, & in comparatione grauioris morbi ſanos eſſe credimus. *Hier. in quad. ep.*

Sa-

*Sapientia.*

Sapientia eſt rerum diuinarum atque humanarum ſcientia, & cognitio. *Cic. 4. Tuſc.*

Turpe eſt ſapientem ex inſipientium ſermone pendere. *Idem 2. de fin.*

Sapientiſſimus eſt, cui quod opus eſt, venit in mentem. *Idem pro Cluent.*

Si ſapientia oculis videri poſſet, omnes in amorem ſui compelleret. *Idem 8. de fin.*

Sapiens non, niſi cum res poſtulat, pluribus verbis, quam opus ſit, vtitur. *Ex apoph.*

Sapiens vates eſt optimus. *Ibidem.*

Sapiens in pectore circumfert, quo ſe commendet quibuslibet. *Ibidem.*

Quibuſdam magis eſt operæpretium videri ſapientes, & non eſſe, quàm eſſe; & non videri. *AriStot. Elench. 1.*

Sapientem odi, qui ſibi non ſapit. *Plut.*

Nimis ſapere non eſt ſapientia. *Theo. apud Stob.*

Sapiens non ſemper eat vno gradu, ſed vna via. *Sen. ep. 20.*

Sæpè ſub ſordido palliolo latet ſapientia. *Cic. 3. Tuſc.*

Sapientia in homine longo rarò reperitur.

ritur. *Apud Iur*
Nemo eſt tam ſapiens in hac vita, q
non poſſit eſſe ſapientior dictis m
norum. *Ibidem*
Sapientis eſt nihil admirari, cum au
diuerit, nihil antequam euenerit
non euenire poſſe arbitrari. *Tull.in*
*epiſt.*
Sapientis vim eſſe maximam cauere
ne capiatur, nec fallatur. *Idem 2*
*Acad.*
Sapientes fortunæ impetum ſuperar
nequeunt. *Idem Q.Fratr*
Sapientia ſemper eo cõtenta eſt, quo
abeſt, neque vnquam ſui pœnitet
*Idem 5.Tuſ.*
Sapientem honora poſt Deum.
*Xiſtus.*
Malis videtur ineptus vir ſapiens.
*Idem.*
Sapientiam ſapienti donum à Deo.
*Idem.*

Multò melius vera ruſticè, quàm di-
ſertè falſa proferre. *Hier.*
Simplicitatem cum prudentia vocaui
ſapientiam. *Iſid.*
Noxia non vitamus niſi per ſapien-
tiam. *Idem.*
Gloriam ſapientes poſſidebunt, &
ſtul-

ſtultorum exultatio ignominia.
*Prou.cap.3.*

Si ſapiens fueris, tibimetipſi eris, ſi autem illuſor, ſolus portabis malum. *Idem cap.9.*

Optaui, & datus eſt mihi ſenſus, inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ. *Idem.*

Ad veram ſapientiam peruenire non poſſunt, qui falſæ ſuæ ſcientiæ fiducia decipiuntur. *Greg. in mor.*

Vera ſapientia afficit, non extollit, nec ſuperbientes, quos impleuerit, ſed lamentantes facit. *Ibidem.*

Non aliam putes ſapientiam, niſi veritatem, in qua ſummum bonum tenetur, & cernitur. *Auguſt. de liber. arbit.*

Sapientia ſine operibus ſapientiæ eſt abuſus. *Idem de abuſ.*

Primus gradus ſapientiæ eſt falſa intelligere, ſecundus vera cognoſcere. *Lact. lib. 1.*

Non in lingua, ſed in corde eſt ſapiẽtia. *Idem li. 3.*

Initium ſapientiæ timor Domini, medium ſpes, charitas plenitudo. *Ber. in die S. Andr. ſer. 1.*

Sapiens nullus niſi ſeculo ſtultus. *Tert.*



Digitized by Google

Sapientia illa clara eſt, non quæ i verbis volat, ſed quæ virtutibu conſtat. *Gregor. Nazianz. in a polog.*

Sapiens nuſquam minus ſolus, quàm cum ſolus. *Ambr.*

Sapientiæ otia negotia ſunt, & quò eſt otioſior ſapientia, eò exercitabilior in ſuo genere. *Ber.*

Sapientiæ coniuncta eſt ſimplicitas. *Tert.*

Sapere plus, quàm oportet, ſuperbia eſt. *Anſel.*

In modico ſapientiæ ſermones plu laudatur ruſticus, quàm in magno philoſophus. *Chryſ.*

Sapientiæ ſtudium verſatur in actione, & contemplatione. *Idem lib. 8. de ciu. Dei.*

*Satisfactio.*

Satisfactio eſt cauſa peccatorum excidere, & ſuggeſtionibus eorum aditum non indulgere. *Auguſt. in ſolil.*

De quotidianis breuibus, leuibuſque peccatis quotidiana fidelium oratio ſatisfacit dicendo Pater noſter. *Idem in Hench.*

Fidelior factus eſt Petrus, poſtquàm fidem ſe perdidiſſe defleuit, atque

ideò

ideò maiorem gratiam reperit, quàm amiſit. *Ambroſ. in ſerm. ad vincul.*
atisfactio veniam ſibi conciliat. *Ber. ſer. de conf.*

*Scandalum.*

candalum male ſcandalo reſarcitur. *Ber. de præcept. & diſcipl.*
n quantum poſſumus ſine peccato vitare proximorum ſcandalum debemus. *Hier. ſuper illud Matth. Qui ſcand. vnum.*
Si autem de veritate ſcandalum oritur, vtilius ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas relinquatur. *Idem de lib. arbit.*
Qui ſcandalizatur, paruulus eſt, maiores enim ſcandalum non recipiunt. *Idem ſuper illud Matth. Neceſſe eſt, vt ven. ſcand.*

*Scientia.*

Scientia eſt, quæ omnium rerum cauſas contemplatur. *Plat. in def.*
Aliud eſt ſcientiam habere, aliud vti, & poſſidere. *Idem de ſcien.*
Nemo læditur à cæteris ſcientijs, qui tenet primas. *Idem de ſum. bon.*
In his, quæ ſapimus, gloriamur, & ſuperbimus. *Idem de amic.*
Dignoſcit, qui inuenit, inuenit, qui quæ-

quærit, quærit, qui putat ignora[...]
*Idem de nat. nom.*

Scientiarum alia eſt perfecta, quæ e[...] per cauſam, alia imperfecta, quæ e[...] ſine cauſa. *Ariſt. phyſ.* [...]

Tunc ſcimus, cum cauſas cognoſci[...]mus. *Idem Elench.* [...]

Scientes vniuerſale ſæpè ignorant ip[...]ſum ſingulare. *Ibidem*

Quod ſcimus ſæpè tranſpoſitum igno[...]ramus. *Idem Elench.* [...]

Quæ oportet diſcentes facere, hæc fa[...]cientes diſcimus. *Idem*

Omnes homines natura ſcire deſide[...]rant. *Idem metaph.* [...]

Eruditio inter proſpera eſt ornamen[...]tum, inter aduerſa refugium. *Idem apud Diog. lib. 4.*

Cum reliqua omnia tempore dimi[...]nuantur, ſcientia ſola ſenectute ſe[...]neſcit. *Plut. de lib. educ.*

Audiendi ratio prior, quàm docendi. *Idem de aſſ. aud.*

Tandiù diſcendum eſt, quandiù ne[...]ſcias, immò quandiù viuas. *Solon. apud eund.*

Stude, vt non plus alijs aliis ſcias, ſed melius. *Sen. ep. 90.*

Plus ſcire velle, quàm ſit ſatis, eſt intē[...]perantiæ genus. *Idem ep. 89.*

In

n bello ferrum auro præſtat, in vita autem eruditio diuitijs. *Socr. apud Stob.*

Nauigando gubernatori auſcultandum, viuendo illi, qui plus ratione valet. *Ibidem.*

Litteræ poſteritatis cauſa ſunt repertæ, quæ obliuioni ſubſidio eſſe poſſint. *Cic. pro Scillâ.*

Non tàm præclarum eſt ſcire latinè, quàm turpe neſcire. *Idem ad Brut.*

Nihil eſt dulcius otio litterarum. *Idem 5. Tuſc.*

Vt ager, quamuis fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt, ſic ſine doctrina animus. *Idem Tuſ. 2.*

Eruditus oportet ſemper ex ſe aliquid promat, quo alios delectet, aut ſe ipſum laudibus illuſtret. *Idem 5. Tuſc.*

Si non intendes animum ſtudiis, & rebus honeſtis,
Inuidia, vel amore vigil torquęberis. *Horat. epiſt. 1.*

Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas. *Virg.*

Non datur ad muſas currere lata via. *Proſper.*

Plebeis argenti, nobilibus auri, principibus gemmarum loco litteræ ſunt.

*apud*

*apud Plat.*

Nec auarum pecunia, nec doctum co-gnitio rerum vnquam repleuit.
*Ibidem.*

Bona diffinitio eſt, quę declarat eſſen-tiam rei, & conuertitur cum ſuo di-finito. *Ariſt.*

Hominis mens diſcendo alitur. *Idem.*

Nihil diſcere poſſumus, niſi cognitis principiis. *Idem.*

Solon gloriari ſolebat, ſe aliquid quo-tidiè addiſcentem ſenem fieri. *Py-thag.*

Tempus matutinum ad diſcendum optimum. *Plin*

Tria ſunt ſtudentibus neceſſaria, na-tura, exercitatio, & diſciplina. *Sen*

Gaudio afficitur ille, qui diſcendo, & contemplando ipſa intelligenti delectatur. *Plin. Iun*

Scire abſolutè bonum eſt. *Ariſt*

Strenua ingenia quò plus receſſus ſu-munt, hæc maiores impetus edunt *Saluſt.*

Nullum eſt bonum, quod ſcientia nō amplectatur. *Plin.*

Maius lucrum in vita facere minimè poſſumus, quàm multa ſcire. *Plin. in epiſt.*

Aſſidua exercitatio vſum, & ſcientiæ cogni-

cognitionem conciliat. *Idem*.
Nihil aliud noſtrū dicere poſſumus, niſi ſcientiam, cætera omnia ſunt in fortunæ poteſtate. *Plato*.
Sæpè res minus longitudine eſt intellecta magis, quàm obſcuritate narrationis. *Cic. 1. de inu.*
In ſtudio multa delectāt, & pauca vincunt. *Lact. Fir.*
Nemo vult latere, qđ didicit. *Quint.*
Quod in iuuentute non diſcitur, in media ætate neſcitur. *Plin. in epiſt.*

Scientia eſt habitus, vna, vel pluribus demonſtrationibus acquiſitus, quo certè ſcimus rem aliter ſe habere non poſſe.
Scientia noſtra ex viſis, vel auditis conſtat. *Aug. ep. 112.*
Ab omnibus libenter diſce, quod neſcis: quia humilitas tibi commune facere poteſt, quod natura fecit cōmune. *Idem in ep. ad Hier.*
Ad diſcendum duo ſunt neceſſaria, auctoritas, & ratio. *Idem in ſent.*
Ad diſcendū quod opus eſt, nulla ętas ſera videri debet *Idē in ep. ad Hier.*
Diſcimus quædam, vt ſciamus, quædam, vt faciamus. *Idem ſuper pſal. 118.*

Qui ſe dicit ſcire, quod neſcit temera-
rius eſt; qui ſe negat ſcire, quod ſcit
ingratus eſt. *Idem in ſer. de aſcenſ*
Non probat multa ſciens, ſi modum
ſciēdi neſciat. *Ber. ſup. Cant. ſer. 36.*
Scientia litterarum bona, ſcientia pro-
priæ infirmitatis melior. *Ibidem.*
Scientia mundi vanitatem docet,
ſcientia carnis voluptatem. *Ibi-
dem.*
Scientia ſine operibūs cibo indigeſto
comparatur. *Ibidem.*
Scientia violentia non aufertur, anti-
quitate non corrumpitur, abſcon-
ſione non minuitur, & communica-
tione multiplicatur. *Caſſ. in ep.*
Melius eſt aliquid neſcire, quàm cum
periculo diſcere. *Eccleſ.*

*Scriptura.*

Auctores in eadem re ſępe diſſident.
*Plin. ſen. lib. 8.*
Felices, quibus contigit, aut ſcribere
legenda, aut legere ſcribenda. *Plin.
iun. lib. 3. ep.*
Nullus eſt liber tam malus, qui nō ex
aliqua parte proſit. *Idem li. 1.*
Quatenus nobis denegatur diù viue-
re, relinquamus aliquid, quo nos vi-
xiſſe teſtemur. *Idem li. 2.*
Qui placendi cauſa ſcribunt, qualia
placere

placere viderint, ſcribant. *Ibidem.*

Hiſtoria non debet egredi veritatem, & honeſtè factis veritas ſufficit. *Idem lib. 7.*

Hiſtorias ſcribenti mentiri turpe eſt. *Cic. contra Saluſt.*

Quæ quis proferre veretur, ea ſcribere caueat. *Idem ep. 4.*

Litteræ ſunt vna fidelis cuſtodia rerum geſtarum. *Liu. 1. decad. lib. 5.*

Non tam refert, qualia ſunt, quæ intra noſmetipſos compoſuimus, quàm quomodo referantur. *Quint. li. 11.*

Scribendo multa diſcimus, *Aug. li. 3. de Trinit.*

Grauiori conſideratione indigent, quę ſcribimus. *Cipr.*

Auguſtiſsimus tãto ſcripſit, vt diebus, ac noctibus non ſolum ſcribere libros eius quiſpiam, ſed nec legere quidem valet. *Iſid. lib. 7. Etym.*

Hieronymus ſex millia librorum originis legiſſe fatetur. *Ibidem.*

*Scriptura Sacra.*

Sic loquitur ſcriptura, vt altitudine ſuperbos irrideat, profunditate attentos teneat, virtute magnos paſcat, affabilitate paruulos nutriat. *Aug. 2. ſuper Gen. c. 19.*

Maior eſt huius ſcripturæ auctoritas quàm omnis humani ingenii perſ cacitas. *Idem lib. 5. ſuper Ge*

Si in ſcriptura ſacra tantum eſſent quæ facillimè intelligerentur, ne ſtudiosè quæreretur, nec ſuauiter i ueniretur veritas. *Idem de verb relig.*

Ad dignitatem ſcripturæ pertinet, v ſub vna littera multos ſenſus conti neat. *Ibidem*

Sanctarum ſcripturarum auctoritati bus colla ſunt ſubdenda, vt ad inte lectum quiſque per fidem veniat *Idem de Bapt. p. 1. u.*

Titubat fides, ſi diuinarum ſcriptura rum auctoritas vacillet, porrò (fid titubante) etiam ipſa charitas lan gueſcit. *Idem de doctr. Chriſ*

Modus ipſe dicendi, quo ſacra ſcriptu ra conteritur quamuis omnibus a ceſsibilis, paucis tamen penetrab lis. *Idem 1. ep. ad Voluſ*

Scripturæ exigua cognitio toti huma næ philoſophiæ præferenda. *Ide lib. 2. de Gen. ad lit.*

Scriptura prius amanda, quàm di ſcenda. *Idem de vtil. cred*

Scripturæ diuinæ obſcuritas propte noſtram exercitationem relicta eſt *Idem*

Digitized by Google

*Idem ep.5.*

Scripturæ auctoritatem circumſtantiæ aperiunt. *Idem lib.3.quaſt.*

Scriptura pleraque permittit, quæ magis intelligere, quàm quærere debemus. *Idem lib.5.quaſt. ſuper Gen.*

Ad ſcripturę intellectum rerum naturaliū cognitio eſt neceſſaria. *Idem lib.2. de doctr. Chriſt.*

Scripturas ſcripturis interpretari iucundius eſt, quàm humanis rationibus. *Idem 3. de doctr. Chriſt. cap.28.*

In ſcriptura nō ſolum quid, ſed à quo dicitur, eſt obſeruandum. *Idem contra Priſci.& Orig.*

Scripturæ tunc commodiſſimè explicantur, cùm hæreticis reſpondere cogimur. *Idem ſuper pſal.76.*

A ſcripturæ ſenſu aberrare leuius eſt, quàm ſcripturam falſam dicere. *Idem lib.2.conf.*

Euangelium exterius prędicant homines, interius autem Deus operatur. *Idem lib.3.de Trin.ap.8.*

Vetus teſtamentum noui eſt prophetia. *Idem li.15.contra Fauſt.c.2.*

Veteris teſtamenti ſacrificia remiſſionem peccatorum ſignificabant, non præſtabant. *Idem ep.59.*

Scriptura ſacra in vtroque teſtam
to, & monendo eſt recta, & prom
tendo alta, & minando terribilis
*Greg.hom.6.ſuper Ezech.*

Liber ſacri eloquij intus ſcriptus
per allegoriam, & foris per hiſt
riam. *Idem ſuper Ezech hom.1*

Omnis ſcripturarum latitudo in or
tione dominica, & ſimboli breuit
te concluditur. *Iſid.li.1.de ſum.bo*

Quid prodeſt in mundanis profice
doctrinis, & inaneſcere in diuini
*Idem de lib.gent.*

In Sacra Scriptura, quicquid docetu
veritas eſt, quicquid præcipitur, f
licitas. *Hug.de ani.lib.*

Scripturæ mens non eſt in ſuperficie
*Chryſ.ſuper Ioan.hom.6.*

Scripturarum intelligentiam Dom
nus dat diligenti lectori. *Idem ſup*
*Gen.14.hom.35.*

Scripturæ lectio non ſufficit, niſi fide
accedat. *Idem ſuper Ioan.hom.4*

*Secretum.*

Secretum eſt occultum factum non
aliis manifeſtandum.

Quod tacitum eſſe velis, nemini dixe-
ris. *Sen.de mor.*

Si tibi non imperaſti, quo ab aliis ſilē-
tium ſperas? *Idem ep.ad Lucil.li.8.*

Quic-

Quicquid dicturus es, antequàm aliis dixeris, dictio tibi. *Idē in li. de mor.*
Alium ſilere, quod voles, primus ſile. *Idem ex trag.*
Multos cęcus amor cogit ſecreta fateri.
Arcanum dēmens detegit ebrietas. *Virg. de Ven. & vin.*
Quæ taceri volumus, nulli mulieri eſſe dicenda. *Aeſop.*
Facilius in lingua carbo ignitus contineri poterit, quàm ſectetus ſermo. *Socr. apud Stob.*
Nihil intereſt aliquid mulieri, an omnibus præconibus in foro narres. *Ibidem.*
Vel nec facies tegenda, vel ſolus facias. *Pub. Mim.*
Quod non apparet præſumitur non eſſe. *Apod Iuriſp.*
Colloquium ſecretum ad aures factum facit præſumi mandatum, ſi ſtatim ſequatur maleficiū. *Ibidem.*
Arcanum, neque tu ſcrutaberis vllius vnquàm,
Commiſſumque teges, & vino tortus, & ira. *Hor. 1. ep. ad Quint.*
Quid de quoquo viro, & cui dicas ſæpè caueto,
Percunctatorem fugito, nam garrulus

ipſe eſt.
Nec retinent patulæ commiſſa fideli ter aures. *Idem de art.poet.*
Mira vis eſt melioris fortunæ in occu tandis hominum peccatis, at ſi quid acciderit ſiniſtrè, cuncta iſta omnia protinus detegũtur. *Dem.apud ſtob.*

Secretum ſi tribus eſt diuulgatum, omnibus eſt diuulgatum. *Aug.*
Occulta Dei iudicio cõmittenda, nec de illo temerè iudicandum. *Idem ep.137.*
Occultum non eſt, quod conſcientia teſte committitur. *Chryſ.*
Per hoc, quod foris agitur, quicquid intus latet, aperitur. *Greg.*
Nullum enim ſecretũ eſt, vbi regnat ebrietas. *Sal.prou.c.3.*

*Securitas.*

Securitas eſt habitus nos a timore pro hibens. *Plato in diff.*
Non multitudine negotiorũ, ſed paucitate ſecuritatem animi metiri con uenit. *Idem de tranq.an.*
Homo non eſt tutus ab eo, quem fortuna fecit non timendum. *Liu.3. decad l.b.1.*
Vix quendam inuenies, qui poſſit aperto hoſtio viuere. *Sen.ep.45.*

Vitam

Vitam ſecuram, & ſine vllis fortunæ incurſionibus mare mortuum vocabat Demetrius. *Idem ep.68.*

Nemo ſecurus eſt in his bonis, quæ poteſt inuitus amittere. *Aug. de lib.arb.lib.2.*

Securitas res eſt periculoſa. *Idem in ſent.*

Securitas diligentes homines negligentes facit. *Chryſ.*

Nunquàm cum theſauro latro incluſus tenetur ſecurus, nec infra vnam cauernam habitans cum lupo tutus eſt agnus. *Hier. de cohab. cler. & mult.*

Sæpè quem tentationis certamen ſuperare non valuit, ſua deterius ſecuritas ſtrauit. *Greg. in mor.*

Mater enim negligentiæ ſolet eſſe ſecuritas. *Idem in paſt.*

Conuerſio ſecuritatem parit. *Idem 24. mor.*

Melior eſt gradus lentior per iter rectum, quàm velocitas feſtina perdeuium. *Leo PP. in ſer. de Pentec.*

## *Senectus.*

Senectus eſt vitæ detrimentum, quod

fit tempore. *Plat.in de*

Senectus eſt optatum malum, mo viuentium, Veneris expers, morti meta, incolumis languor. *Secund Philoſ.*

Senes increduli ſunt propter experientiam. *Ariſt.Rhet.lib.2.cap.16.*

Nulla maior ſalus ſenibus extitit, quã fœminis carere, & maximè iunioribus. *Aeſop.*

Senectus ipſa morbus eſt. *Ter.in Phorm.*

Nullus diligit tam vitam, quàm qui ſeneſcit. *Plut.de educ.liber.*

Vbi impudens eſt ſenectus, ibi inuerecundos eſſe iuuenes eſt neceſſe. *Ibidem.*

Canities temporis indicatio eſt, non prudentiæ. *Eurip.in Andr.*

Moleſtus vir eſt inter iuuenes ſenex. Idem *in Phœnis.*

Time ſenectutem; non enim venit ſola. *Ibidem.*

Senex amator extrema mala fortuna eſt. *Ibidem.*

Multis iuuenibus etiam ſenex, ſi fuerit animoſus, melior eſt. *Ibidem.*

Viaticum ad ſenectutem ſemper reconde. *Ibidem.*

Senectutis beneficium eſt libertas.

Se-

*Sophoc. apud Plut. de cupid. dixit:*
Miſera in vita res ſenex egenus. *Bion. apud Diog. lib. 1.*
Eadem volumus ſenes, quæ volumus pueri. *Sen. ep. 62.*
Numera annos tuos, & pudebit eadẽ velle, quæ volueras, moriantur ante te vitia. *Idem ep. 23.*
Senectuti familiaris eſt loquacitas. *Idem in lib. de mor.*
Anus cum ludit, morti delitias facit, heu quàm miſer eſt fieri metuendo ſenem. *Ibidem.*
Nihil eſt turpius ſene viuere incipiente. *Idem ep. 13.*
Senibus labores corporis minuendi, exercitationes animi etiam augendæ videntur. *Cic. 1. off.*
Fruſtrà cum ad ſenectam ventum eſt, repetes adoleſcentiam. *Pub. Mim.*
Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ. *Ouid. 3. de art. amand.*
Magna fuit capitis quondam reuerẽtia cani,
Inque ſuo pretio ruga ſenilis erat. *Idem lib. 5. Faſt.*
Multa ferunt anni venientes com-

moda ſecum,

Multa recedentes adimunt. *Hor. de art. poet.*

Miſera eſt ſenectus, quæ ſe oratione tantùm defendit. *Cato maior.*

Senectus audaciam præſtat. *Idem.*

Senectus nos admonet, vt ſarcinas colligamus, antequàm proficiſcamur è vita. *Varro de re ruſt. lib. 1.*

Seni verba dare difficile eſt. *Ter.*

Prudentia eſt ſenibus loco virium. *Cato.*

Frigidus in Venerem ſenior fruſtraq; laborem
Ingratus trahit. *Petr. Arbit.*

Omnem delet ſenectus vim corporis. *Cic. de ſen.*

Tremuloque gradu venit ægra ſenectus.

Vmbra ſenis acutiſſimo iuuenis gladio melior. *Apud iuriſp.*

Cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata. *Sapiens cap. 4.*

Corona ſenum peritia multa. *Eccleſ. cap. 25.*

In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. *Iob cap. 1.*

Se-

Seniorem ne increpaueris, ſed obſerua, vt patrem. *Ad Timoth. epiſt. 1.*

In ſenibus grauitas, in iuuenibus alacritas, in adoleſcentibus verecundia commendatur. *Ambr. off.*

Cum vitia omnia in ſene ſeneſcant, ſola auaritia iuueneſcit. *Aug. in quod. ſer.*

Cum ſibi homines optant ſenectutem, quid aliud optant, niſi longam infirmitatem? *Idem de Catech. rudib.*

Senibus non ſolùm ſermo ſit grauis, ſed etiam breuis. *Idem in quod. ſer.*

Etiamſi ſenes magis decet docere, quàm diſcere; magis tamen decet diſcere, quàm ignorare. *Idem ſuper ep. ad Hebr.*

Omnes penè virtutes hominis mutantur in ſenibus, & (creſcente ſola ſapientia) decreſcunt cæteræ vires. *Hier. in ep. ad Nepot.*

Nemo decrepitæ ætatis eſt, vt non ſe putet vnum adhuc annum eſſe victurum. *Idem in quad. ep.*

Inter abuſiones huius ſeculi ſola maior eſt ſenis obſtinatio. *Hug. de clauſt. an. lib. 2.*

Sen-

*Senſus.*

Senſus eſt, quo aliquid ſcire exterius, ſiue interius præcipitur.

Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. *Apud iuriſp.*

Omnes tacito quodam ſenſu ſine vlla arte, aut ratione, quæ ſunt in actibus, aut in rationibus recta, & praua, dijudicant. *Cic. 3. de Orat.*

Vnuſquiſque ex ſuo ſenſu abundat. *Hier. ad Demetr.*

Sentire prius eſt, quàm mouere. *Aug. lib. 7. de gen. ad lit.*

Senſus melior eſt in brutis, quàm in hominibus. *Idem de quant. an.*

Senſus omnes falli poſſunt. *Idem lib. 2. ſolil. cap. 6.*

*Sepultura.*

Ad operiendum fœditatem, ſubtrahẽdumque dolori materiam, mortui viuentiũ cauſa ſepeliuntur. *Quint. declam. 5.*

Hominis ſolùm poſt mortem ſepulturæ cura eſt. *Plin. ſen. lib. 7.*

Si nihil ſentio, non pertinet ad me iactura corporis inſepulti, ſi ſentio, hominis ſepultura eſt tormentum. Sen. ex trag.

Quid

Quid refert humine, an ſublimi putre ſcas. *Max.lib.2.*

Sepelitio fidẽ reſurrectionis aſtruit. *Aug.lib.1.de ciu.Dei cap.13.*

Sepulturæ pompa magis eſt viuorũ, quàm mortuorum ſolatium. *Idem de curt.poſt.mort.*

*Sermo, Vox.*

Sermo eſt veluti mentis nuncius, qui ex ea procedit, nec alia extitit vocis origo. *Gal.*

Vox eſt prolatio ex ore ſecundum cogitationem. *Plat.in diff.*

Senilis ſermo libenter audiendus. *Idem de rep.*

Quod benè dicitur, repetere non nocet. *Idem de leg.*

Euitanda eſt verbornm curioſitas, *Idem de regno.*

Turpia ne dixeris, paulatim enim pudor rerum per verba diſcutitur. *Sen.de moribus.*

Turpe eſt aliud loqui, & aliud ſentire. *Idem ep.24.*

Sermones vtiles magis, quàm affabiles ama. *Idem de 4.virt.*

Compoſita nimis oratio multum habet inanitatis, & vacui; plus ſonat, quam lateat. *Idem 1. declam.*

Quod

Quod ſentiamus, loquamur, & quod loquimur, ſentiamus, cōcordet ſermo cum uita. *Idem ep. 72.*

Sermo dicentis non interrumpendus. *Ariſt. de off. aud.*

Mores boni approbant verba. *Ibid.*

Inter loquendum non eſt agitanda manus, eſt enim uecordiæ ſignum. *Diog. lib. 1.*

Quod facere inſtitueris, noli prædicare, nam ſi facere nequiueris, rideberis. *Pythag. apud Diog.*

Noli citò loqui, eſt enim inſaniæ indicium. *Bias ibidem.*

Citius credendum equo infręni, quã uerbo incompoſito. *Theoph. ibid.*

Viue moribus præteritis, & vtere uerbis præſentibus. *Gel. lib. 1.*

Melius eadem pronunciat, qui peperit. *Idem lib. 2.*

Etſi utile eſt ſubitò ſæpè dicere, tamẽ illud utilius ſumpto ſpatio ad cogitandum. *Cic. 1. de orat.*

Oratio debet eſſe ornatior ſententiis quam uerbis. *Idem in Saluſt.*

Difficile eſt dictu, quantopere conciliet animos hominum comitas, affabilitaſque ſermonis. *Idem 2. off.*

Verba inuenta ſunt, non quæ impedirent, ſed quæ indicarent voluntа-

luntatem. *Idem pro Cæcin.*

Cauendum eſt, ne quid agendo, dicendoque facias, cuius imitatio rideatur. *Idem de clar. orat.*

Verba neminem mouent, niſi eum, qui eiuſdem linguæ ſocietate eſt coniunctus. *Idem 3. off.*

Nec nimium taceas, nec verba ſuperflua dicas. *Pamph. cap. 3.*

Prouidet ante diù, quid rectè dicere poſſit

Vir ſapiẽs, ſtultus immediatè profert. *Aſtrolab.*

Dulcia pro dulci, pro turpi turpia reddi

Verba ſolent, odium lingua, fidemq; parit. *Verſif. fab. Aeſop.*

Otioſum ſermonem dixerim, quem auditor ſuo ingenio non intelligit. *Quint. lib. 8.*

Verba honeſta aliquandò moribus perdimus. *Ibidem.*

Sonis homines, vt æra tinnitu, dignoſcimus. *Idem lib. 11.*

Melius eſt lapidem fruſtra iactare, quàm verbum. *Xiſtus.*

Membranis intus poſitis delere licebit,

Quod non edideris, neſcit vox miſſa reuerti. *Hor. de art. poet.*

Se-

Semel emiſſum volat irreuocabile ve
bum. *Idem 19. epiſt*
Quid prodeſt ſermonibus alienis obl
ctari, ſi fias nihilo melior. *Plut. de
off. aud.*
Colloquium familiaritatis indicium. *Tert.*
Dicens aliud, quàm vult, videtur non dixiſſe. *Apud Iuriſp.*
Oratio tempeſtiua ſilentio melior. *Apud Plat.*
Oratio difficillima moderatu. *Ibid.*
Non tàm copia, quàm modus in dicendo quærendus eſt. *Cic. de orat.*
Imago hominis eſt ſermo. *Idem.*
Summi gubernatores in magnis nonnunquàm tempeſtatibus a vectoribus admoneri ſolent. *Idem Phil. 7.*
Omnis ſermo ſi breuior fuerit, quàm oporteat, obſcurat intellectum, ſi longior, difficilis erit retentioni, & obliuionem inducit. *Ariſt. polit. 2.*
Sæpè etiam eſt olitor valdè opportuna locutus. *Apud Aul. Gel. lib. 2.*
Peculiare ingenij eſt elicere ex rebus ſermones accommodatos. *Socr. apud Diog. lib. 2.*

To-

Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus, ſapiens differt, & reſeruat imposterum. *Sal. Prou. cap. 19.*

Sermo indicat qualis eſt homo. *Hier. de ſilentio.*

Diù conſidera, quid eſt loquendum, adhuc tacens prouide, ne quid dixiſſe pœniteat. *Idem in ep.*

Bonus ſermo ſecreta nō quærit. *Idem de diſc. monaſt.*

Loca, in quibus vana, & ſuperflua dici debent, inueniri non poſſunt.

Sæpè namque ex nimia cordis abundantia plura homo loquitur, quæ nollet. *Idem in rubr.*

Sic elige, quod loquaris, ſicut eligis, quo veſcaris. *Aug. in pſ. 51.*

Frequenter in longum proſtratus ſermo caret intelligentia. *Idem de doctr. Christ.*

In verbis amanda ſunt vera, non verba. *Ibidem.*

Pauca propriè loquimur, plura impropriè. *Idem lib. 10. confeſſ. cap. 20.*

Vox operis validior, quàm oris. *Ber. ſup. cant. ſer. 39.*

Quod

Quod in genere dictum eſt, ad nullius contumeliam pertinet. *Greg. i mor.*

Periculum eſt dicere non ſolùm falſa, ſed etiam vera, ſi is ea non, quibus oportet, verbis inſinuet. *Ambr. ſuper Beat. immacul.*

*Seruitus.*

Seruitus eſt obedientia fracti animi, & abiecti arbitrio carentis ſuis. *Cic. in Parad.*

Omnis eſt miſera ſeruitus. *Idem Philipp. 10.*

Mors eſt ſeruitute potior. *Ibidem.*

Omnibus graue ſeruitutis iugum eſſe debet in ſeruitute educatis. *Idem.*

Cum omnis ſeruitus ſit miſera, tùm verò intolerabile ſeruire impuro, impudico, & effœminato. *Idem Phil. 3.*

Qui alteri ſeruit, non eſt per ſe ſufficiens. *Ariſt. pol. 4.*

Impoſſibile eſt non diligentis domini ſeruos eſſe diligentes. *Idem Oecon.*

Ditior eſt diues mendicans diuite ſeruo. *Verſif. fab. Aeſop.*

Totidem ſunt hoſtes, quot ſerui. *Sen. epiſt. 47.*

Colant

Colant te potius ſerui, quàm timeant. *Ibidem.*

Nulla ſeruitus turpior, quàm voluntaria. *Ibid.*

In ſeruitutem cadere de regno graue eſt. *Idem ex Theb. tragæd. 3.*

Hilarem ſeruis tuis te præſtes, non ſuperbum, ſuperiorem te potius colant, quàm timeant. *Idem ep. 47.*

Liberi ſeruique perſonam veritas ſeparat: ſeruum, liberumque mendacium miſcet. *Idem de morib.*

Seruorum fides quo minus expectata, eo laudabilior. *Max. lib. 6.*

Non decet ſuperbum eſſe hominem ſeruum. *Plaut. in Aſin.*

Seruum nolle mentiri eſt noua religio. *Ter. in Andr.*

Seruorum vitium loquacitas. *Ibidem.*

Genus ſeruitutis eſt coacta libertas. *Quint. declam. 2.*

Frequens ſeruorum recognitio, nec impunitatis ſpem, nec peccandi locum præbet. *Colum. lib. 11.*

Iuppiter dimidium mentis illis adimit, qui ſeruitutem ſubeunt. *Plat. 6. de leg.*

Seruitus, & libertas, ſi modum excedat, vtraque eſt mala; ſi modum ſeruat, vtraque bona. *Idem ep. 58.*

De-

Defendere dominum famulus tenetur. *Apud Iuriſp.*

Serui, & obſcuri homines mechanici remedia ſunt mortalibus inuenta ad eos vſus, qui viros dedecent. *Eurip. apud Stob.*

Nam lingua mali pars peſſima ſerui. *Iuu. ſat. 9.*

Plus oportet ſcire ſeruum, quàm loqui. *Sen.*

Peſſimus quiſque rectorem patitur. *Saluſt.*

Serui ære parati iniuſta imperia dominorum non perferunt. *Idem.*

Seruus eſt, qui ſuis cupiditatibus imperare non poteſt. *Bion. in lib. de ſeru.*

Canis antiquus cathenæ aſſuefieri nõ poteſt. *Eſt adagium.*

Acceptus eſt Regi miniſter intelligẽs; iracundiam eius inutilis ſuſtinebit. *Prou. cap. 14.*

Dignitas eſt enim ſeruum eſſe potentis. *Ambr.*

Seruitus liberis omni ſupplicio grauior. *Idem 7. off.*

Fidelis ſeruus abſente domino probatur. *Chryſ.*

Bonus etiamſi ſeruit, liber eſt; malus au-

autem, etſi regnat, ſeruus eſt. *Aug. lib. 4. de ciu. Dei.*

Seruitutem perfectam Deo præſtare non poſſumus. *Idem lib. 5. quæſt. ſuper Ioſue.*

Nihil facit ſeruus, ſi multi domini imperent. *Lact. l. b. 4.*

Serui Dei inſani reputantur, qui tamē in fine gaudebunt. *Greg. 18. mor.*

Inutilis ſeruus dominum durum vocat. *Idem in Euang. hom. 17.*

*Seueritas.*

Seueritas eſt, per quam iudiciaria poteſtas, vel vindicta diſtrictius in aliquem exercetur. *Tull. 8. Rhet.*

Turpe eſt, & valdè vitioſum in re ſeuera, conuitio dignum, aut delicatum aliquem inferre ſermonem. *Idem 3. off.*

Iudicijs acerbis ciuitas magis vaſtatur, quàm corrigitur. *Sal. ad Caſ. de rep. ord.*

Neceſſaria eſt ad res gerendas hominum beneuolentia, auſteritas verò ſolitudinem amicorum parit. *Plat. ep. 4.*

Arcum intenſio frangit, animum remiſſio. *Pub. Mim.*

Seueritas quaſi ſæua veritas dicitur. *Aug.*

*Aug.ſer.27. de verb.Dom.*

Sententiæ iuſtæ ſeueritatis plerumq; per clementiam temperātur. *Greg. ſup.1.Reg.*

Nimia ſeueritas extorqueat ſæpè terrore mendacium. *Ambr. de off.*

Temperanda eſt ſeueritas, ne veniatur ad deteriora. *Cypr.lib.4.epiſt.*

Seueritas, niſi intra nocentium pęnas ſe exerceat, fit ſæua crudelitas. *Lactant.lib.6.*

*Silentium.*

Silentium eſt linguæ taciturnitas.

Silentium obſcurus eſt interpres ſermonis. *Theo.apud Stob.*

Silentij præmium periculo vacat. *Apud eund.*

Silentium præſtat mulieri ornamentum. *Ariſt.pol.1.*

In hoc tantum incumbe, vt libentius audias, quàm loquaris. *Sen. in lib de mor.*

Tardiloquum te eſſe iubeo. *Idem ep.lib.5.cap.11.*

Xenocrates loquaci cuidam, audi, inquit, melius, os vnum a natura, aures duas accepimus. *Idem de ſent. orat.*

Tacere qui neſcit, neſcit loqui. *Idem in prou.*

Ta-

Taciturnitas ſtulto homini eſt pro ſapientia. *Ibidem.*

Tacere multa fieri poſſunt, quæ non poſſunt fieri expreſſe. *Apud Iuriſp.*

Cum iudicamus inuiſi, & cũ tacemus, ſuſpecti ſumus. *Curt. lib. 6.*

Nunquàm me pœnituit tacuiſſe, quod locutus ſim ſæpè. *Apud Plut. de tuen. bon. valet.*

Silentium ſapientibus loco reſpõſi eſt. *Apud eund. de vict. verec.*

Silentij non opus eſt in malis. *Eurip. in Hippolit.*

Obſigna verba ſilentio, ſilentium autem occaſione. *Demetr. Phaler.*

Aut ſilere oportet, aut afferre meliora ſilentio. *Pythag. apud Stob.*

Silentium ſerua, donec neceſſarium ſit tibi loqui. *Idem.*

Nemo ſtultus tacere poteſt. *Solon. apud Diog. li. 1.*

Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus.

Atque contra grauis eſt culpa tacenda loqui. *Ouid. 2. de art. amand.*

Quis minor eſt autem, quàm tacuiſſe labor?

*Idem lib. 2. eleg. ſiue amor.*

Res omnium difficillima tacere, &

audire. *Gell. lib.* 

Mirè ſilentio, & tenebris animus ali tur. *Idem li. 9.*

Tacere conſenſus ſpecies. *In hiſt. ſax.*

Silentium amemus, ne quicquam euo matur non concoctum. *Ioan. Picus lib. 1. epiſt.*

Difficile eſt tacere cum doleas. *Cic. pro Scylla.*

Inter pocula præſertim ſeruandum ſilentium. *Cato.*

Rari ſermonis ipſe, & loquentium patiens. *Socr.*

Qui autem inconſideratè loquitur, ſē tiet mala. *Prou. c. 13*

Stultus quoque ſi tacuerit, ſapiens re putabitur, & ſi compreſſerit labi ſua intelligens. *Prou. c. 17*

Adoleſcens loquere in tua cauſa, vi cum neceſſe fuerit. *Eccl. c. 32*

In multis eſto quaſi inſcius, & audi t cens ſimul, & quærens. *Ibidem.*

Sunt viri, qui cum prodeſſe audientibus nequeunt, etiam deſpici tacentes volunt. *Greg. in quad. hom.*

Rectè ſcit dicere, qui ſcit ordinatè tacere. *Idem 3. mor.*

Malus homo melius tacendo, quàm reſpondendo vincitur. *Chryſ. ſuper Matth.*

*Matth. cap.* 21.

Quamplures vidi loquendo in peccatum incidiſſe, vix quempiam tacendo. *Ambr.* 1 *off.*

Silendi patientia, opportunitas loquēdi, & diuitiarum contemptus ſunt maxima fundamenta virtutum. *Hier. in quad. ep.*

Diſcat aliquandò rectè ceſſare, qui nūquàm didicit loqui. *Idem.*

Non loquaris, niſi interrogatus fueris; non dicas prius quàm audias; interrogatio os tuum aperiat. *Iſid.*

Cum opportunum tempus inueneris, loquere, vt audientibus gratiam præbeas. *Idem.*

Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. *Iac. Ap. ep.* 1. *cap.* 1.

*Simplicitas.*

Simplicitas eſt munditia, cordiſq; rectitudo ſine fictione.

Simplicitas, quaſi ſine plicatione. *Anſel. ad Ro.*

Qui ambulat ſimpliciter ſaluus erit; qui peruerſis graditur vijs, concidet ſemel. *Prou. c.* 28.

Prudentia abſque ſimplicitate malitia

 eſt,

eſt, & ſimplicitas abſque ratione ſtultitia nominatur. *Hier. ſuper Oſeam.*

Simplex eris, ſi te mundo non implicaueris, ſed explicaueris, explicando enim te à mundo ſimplex, implicando duplex eris. *Aug. hom. 2. ſuper Ioann.*

Simplicitas dolo contraria commendatur. *Lact. li. 1.*

Simplicitas ſine rectitudine diſſoluta eſt, & ſtulta; rectitudo autem ſine ſimplicitate auſtera nimium exiſtit, & dura. *Beda de temp. ſal. lib 1.*

Simplicitas ſapientiæ eſt coniuncta. *Tert.*

Sit in ingreſſu tuo ſimplicitas, nihil læuitatis in ſucceſſu tuo appareat. *Iſid.*

## *Sobrietas.*

Sobrietas virtus eſt appetentis, per quã prauæ voluptates ne appetuntur quidem. *Ariſtot. de virt. & uit. diuiſ.*

Bono ſtomacho ſatis eſt obſonium eſſe coctum, etiamſi nihil accedat delitiarum. *Ex apoph.*

Sobrietas ſalubrium conſiliorum eſt parens, neque enim vinoſi ad con-

ſul-

ſultandum ſunt idonei. *Ibidem.*

Fames, & ſitis optimè omnia cōdiunt.
*Ibidem.*

Tenue prandium optimè condit cœnam. *Ibidem.*

Victus moderandus eſt, non ex rerum copia, ſed ex vſu, & neceſſitate naturæ. *Ibidem.*

Facillimè viuit, qui pauciſſimis eſt cōtentus. *Ibidem.*

*Solicitudo.*

Homo ſolitarius, aut Angelus, aut beſtia. *Ariſt. pol. 1.*

Solitudinem quærat, qui vult cum innocentibus viuere. *Sen. de mor.*

Illud enim, quod ſolitudo habet commodum, eſt non timere iudicem.
*Idem ep. 10.*

Bona conſcientia turbam aduocat, mala & ſolitudine anxia eſt, atque ſolicita. *Idem ep. 92.*

Omnia nobis mala ſolitudo perſuadet; & nemo eſt, cui non ſanctius ſit, cum quolibet eſſe, quàm ſecum.
*Idem ep 61.*

Hominem ſolum quantumuis fortunaalit. *Eurip. in Heracl.*

Stat malè ſolus homo, ſolus malè vadit & ipſe,

Qui ſolus viuit, mors ſibi vita manet.

*Iacob. Beneu. cap. 37.*

Nulla iucundior patria miſeris eſt, quàm ſolitudo. *Franc. Petr. de uit. ſolit.*

Inter homines, non inter arbores viuendum. *Plat. de pulchr.*

Innocens abſque ſermone conuerſatio quantùm exemplo prodeſt, tantùm ſilentio nocet. *Greg.*

Non prodeſt ſolitudo corporis, ſi deeſt ſolitudo mentis. *Idem 30. mor.*

Mihi oppidum carcer eſt, & ſolitudo paradiſus. *Hier. cont. Iouin.*

Solitudine vitia multa vitantur. *Idem.*

Eremus aliquando deſerenda. *Idem ad Ruſt. monac.*

Solitarius nunquàm bonus ſolus erit. *Idem cont. Iouin.*

Solus eſt, qui ſine amico eſt. *Caſſiod. de amic. c. 3.*

Solitudinis paleſtra difficilis. *Cipr. de Nat.*

Solitudo menti neceſſaria. *Aug. trac. 27. expoſit. Euang.*

Solus eſt, qui ſine Deo eſt. I*dem de amic. c. 5.*

Experto crede, aliquid amplius inuenies in ſyluis, quàm in angulis: ligna,

gna, & lapides docebunt te, quod à magiſtris audire non poſsis. *Ber.*
Malum, quod nemo videt, nemo arguit: vbi autem non timetur repreheníor, ſecurus accedit tentator, licentius perpetratur iniquitas. *Idem ad Sophiam Virg.*
Solitarius incedere curans cæteris eſt moleſtus. *Idem in Purific. B. Mariæ ſer. 1.*
Solitudo ſuperborum eſt, quia ſe ſolos reputant, & appetũt reputari. *Idem de fallac præſ. vit.*
Solitudo locus idoneus ad philoſophiam. *Chryſ. ſuper Ioan. hom. 41.*
Qui ſe diſſociat, & à cæteris hominibus ſeiungit, huic non ritu hominis, ſed more ferarum eſt viuendũ. *Lact. de ver. cult.*

*Somnium.*

Somnium eſt, quod tegitur figuris, & velatur ambagibus, non niſi interpretatione intelligentis.
Omnia, quæ ſenſu voluuntur vota diurno,
Tẽpore nocturno reddit amica quies.
*Claud. lib. 6. de conſ. Claud.*
Venator defeſſa thoro cum membra reponit,
Mens tamen ad ſyluas, & ſua luſtra
 redit.

redit. *Ibidem.*
Somnia fiunt ex reliquijs inhærentibus earum rerum, quas vigilans geſſeris & cogitaueris. *Cic.2.de diuinit.*
Somniat ea, quæ vigilans voluit. *Ter. ex Andr.*
Somnia peruerſorum turbata. *Plut. de virt. & vit.*
Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
Et pauidas mentes falſa timere iubẽt. *Tibul. lib. 3. eleg. 4.*
Homines, qui nunquã ſomniauerunt, viſo ſomnio mutantur vel in morbũ, vel ĩ mortẽ. *Ariſt. de animal. 4.*

Vbi plura ſunt ſomnia, ibi plurimæ vanitates. *Eccl.*
Sępè enim abſcõdita, & maxima Deus reſerat per ſomnia. *Aug. de laud. B. Hieron.*
Somnia non ſunt obſeruanda. *Idem in Specul.*
In ſomnio exteriores ſenſus dormiũt, & interiores cernuntur. *Gregor. lib. 3. mor.*

*Somnus.*

Somnus eſt quies virtutum motiuarum, & ſenſitiuarum. *Auic. tract. 1.*
Somnus

Somnus nimius replet caput humoribus. *Ibidem.*

Exigui temporis nobis ad vitam aſſignati ſomnus, quaſi vectigalis exactor dimidiam partem aufert. *Plut. in quad. Dom.*

Inter cænam, & ſomnum interuallum aliquod intercedat. *Idem de tuend. bon. valet.*

Nimius ſomnus nec corpori, nec animo, nec rebus gerendis natura conducit. *Plat. 7. de leg.*

Neceſſe eſt omne, quod vigilat, dormire. *Ariſt. de ſomn. & vigil.*

Suauiſſimus palpebris ſomnus accedit ab aurora. *Eurip. in Rhet.*

Non bonus eſt ſomnus homini poſt prandium. *Plaut. in Moſt.*

Qui dormiunt libenter ſine lucro, & cum malo quieſcunt. *Idem ex Rhudent.*

Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago? *Ouid. lib. 11. mor.*

Infelix tota quicunque quieſcere nocte
Suſtinet, & ſomnos præmia magna vocat. *Idem lib. 2. eleg.*

Somnus eſt animi otium. *Ariſt.*

Noli diligere ſomnum, ne te egeſtas

opprimat. *Prou.c.20.*

Somnus fatigationis medicamentū. *Anſel.ſuper ep. 1.ad Rom.*

Triſtitia ſomno mitigatur. *Aug.lib. 10.confeſſ.c.13.*

Somnus aliquandò inquieta quies. *Idem li.2.de ciu.Dei c.22.*

Somnus ſeruo eſt iucundus. *Chryſ.ad pop.Antioch.*

Detrahitur vitæ, quicquid ſomno traditur. *Lact.Firm.*

*Sortilegium, Diuinatio, Vaticinium.*

Sortilegium eſt quoddam genus culturæ idolorum ex Dæmonum conſultationibus facta prædicendo. *Iſid.lib.1.Ethymol.*

Diuinatio eſt earum rerum prædicatio, & præſenſio, quæ ſunt fortuitæ. *Tull.in 2.de diuin.*

Vaticinium eſt ſcientia, qua cognoſcitur, quid adſit, quidue futurum ſit mortale viuenti. *Plat.in diff.*

*Spes.*

Spes eſt refugium laboris, dubius euentus. *Secund.Philoſ.*

Spes eſt expectatio boni. *Plat.in diff.*

Nihil mortalium ſpe fallacius. *Aeſop.*

Nullam in rebus caducis ſpem habē-

dam.

dam. *Idem.*
Inſperata ſæpiùs accidunt, quàm quæ ſperes. *Plut. in mor.*
Quicquid præter ſpem eueniat, omne id reputa eſſe in lucro. *Cicer. 3. Tuſc.*
Sola ſpes homines in miſerijs conſolari ſolet. *Idem in Catil.*
Multa ſibi promittunt inania, qui ſpe ducuntur. *Ex apoph.*
Multi ſæpè maiorum bonorum ſpe allecti, præſentia perdiderunt. *Demoſt. ex orat. contra Timot.*
Spes paſcunt exules. *Eurip. in Phæniſ.*
Quod extremum in vita eſt, ſpes eſt. *Diog. Apud Stob.*
Mobiles ſunt miſerorum ſpes. *Quint. decl. 12.*
Voluntatem ſpes facit. *Idem lib. 5.*
Credula vita ſpem facit, & melius cras fore ſemper ait. *Tibul. lib. 2.*
Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem. *Virg. Aeneid. 3.*
Sine metu enim ſpes non habitat. *Franc. Petr. de rem. aduer. fort.*
Sæpè aliquem ſolers medicorum cura reliquit,
Nec ſpes huic vena deficiente cadit. *Ouid. 1. de pont.*

Spes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis. *Petr. Lamb.*

Spes impiorum peribit. *Prou. c. 10.*

Spes impiorum quaſi lanugo. *Sapien. cap. 3.*

Speranti grandia modica minus data ſunt. *Ber.*

Spes inter timorem, & ſecuritatẽ collocatur. *Idem ſer. 52.*

Quæ preter ſpem eueniunt, ſolent eſſe gratiora. *Idem.*

Tria conſidero; in quibus tota ſpes mea conſiſtit, charitatem adoptionis, veritatem promiſsionis, & poteſtatem redditionis. *Idem.*

Spes vigilantium eſt ſomnium. *Baſ. in epiſt.*

Fruſtra ſperat, qui Deum non timet. *Greg. 17. mor.*

Spes commodi furatur labores, & metum abſcondit periculi. *Ambr. ſuper pſal. 12.*

De diuina miſericordia ampliùs ſperandum eſt, cum humana præſidia deficiunt. *Ambr. in exam.*

Spes futurorum omni præſentia temporalium certior. *Auguſt. ſuper Pſal. 74.*

Spei certitudine futura, tanquàm iam facta

facta cognoſcimus. *Idem lib. 11 contr. Fauſt.*

Spes ſine fide non habet firmitatem. *Chryſ. ſuper Gen. hom. 22.*

Spes futurorum bonorum præſentem fortunam lenit. *Ibidem hom. 27.*

Si tantùm in hac vita ſperantes eſſemus, miſerabiliores eſſemus omnibus hominibus. *Apoſt.*

Si quid non videntes ſperamus, per patientiam expectamus. *Idem ad Roman.*

Habeamus ſpem ſicut anchoram firmam, & tutam incedentem ad interiora velaminis. *Idem ad Hebræos.*

In ſilentio, & ſpe erit fortitudo noſtra. *Idem.*

*Sterilitas.*

Dolorifica res eſt, ſi quis homo diues nullum habeat domi ſuæ ſucceſſorem. *Menand.*

Nuptiæ ſteriles iurgia habent. *Baſil.*

Sterilitas viam parit virginitati. *Chryſ. ſuper Gen. hom. 47.*

*Stultitia.*

Stultitia eſt in factis, dictiſq; per ignorantiam boni, ac recti erratio. *Lact. lib. 5.*

Omnes ſtulti inſaniunt. *Cic. 4. Tuſ.*

Eſt proprium ſtultitiæ aliorum vitia cernere, obliuiſci ſuorum. *Idem 3. Tuſcul.*

Silentio ſtultitiam cernere eſt aliqua pars ſapientis. *Ex apoph.*

Omnium malorum mater eſt ſtultitia *Socr. apud Stob.*

Stultus diues marſupium eſt aureum. *Democr. Ibidem.*

Stultitia mihi magna videtur intelligere quidem, quæ oportet, non autem ea cauere. *Menand. Ibidem.*

Stulti abſentia deſiderant, præſentia verò, etſi meliora præteritis, negligunt. *Ibidem.*

Agere inconſultum ſignum eſt ſtultitiæ. *Ariſt. in ep. ad Alex.*

Moleſta res eſt ſtulteſcere cum ſtultis. *Eurip. in phæniſ.*

Amentes ſeruos domi non habendos. *Aeſop.*

Res peragendæ fatuis non committendæ. *Idem.*

Aduerſus inſipiẽtes nullum idoneum eſt remedium. *Idem.*

Inter cætera mala hoc quoque habet ſtultitia, ſemper incipit viuere. *Idem ep. 13.*

Si quandò fatuo delectari volo, non eſt mihi longè quærendus, me uideo.

deo. *Idem ep.26.*

Nullum tam magnum ingeniũ abſq; ſcintilla dementiæ vnquàm fuit. *Idem epiſt.14.*

Stultitia atque ne erret, nihilum diſtabit, an ira. *Hor.ſer.2.ſat.3.*

Contra omnes ſapere deſipere eſt. *In hiſt.ſax.*

In via nec properes, nec manum moueas, ſtulti enim eſt indicium. *Demetr.Phaler.*

Stulti tantò intenſius de alieno iudicant, quantò ſua profundius negligunt. *Ser*

Stultitia eſt animi egeſtas. *Au[illegible] vit.beat.*

Ne reſpondeas ſtulto iux[illegible] ſuam, ne efficiaris ei [illegible] *[illegible]uſt.de* [illegible]a ſtultitiam *cap.26.* [illegible]milis. *Prou.*

Si contuderis ſtu[illegible] ptiſana ferier[illegible] [illegible]tum in pila quaſi auferetur [illegible] [illegible]te deſuper pilo, non

Stultus via[illegible] [illegible]o eo ſtultitia. *Idem.* prata [illegible]or eſt, qui in via amœna ten[illegible] conſpiciens obliuiſcitur quo [illegible]ebat. *Greg.in mor.*

Stul[illegible] [illegible]us ſi tacuerit, an ſapiens ſit, an ſtultus, abſcondet. *Idem 11.mor.*

Tantò quis ſtultior, quãtò plus conatur videri ſapiens. *Idem 16.mor*

Stul

Stultitiæ nomine omnia vitia continentur. *Aug.de Beat.Vit.*

Inſipientium proprium eſt eſſe ad vouendum leues. *Nazian.*

Quicquid amens loquitur, vociferatio, & clamor eſt appellãdũ. *Hier.*

*Subditus.*

Serua te ratione, non vi contra potentes. *Eurip.in Oreſt.*

Semper præſens ſtatus ſubditis eſt moleſtus. *Pythag.apud Stob.*

Qui non aſſueuerunt ad nutum vnicuique parere, moleſtè ferunt ſuperbiſſimi hominis imperium. *Demoſt. in Olynth.*

Nemo alienigenam dominum vult pati. *Curt.li.7.*

Ad præfecti laudes ſubiectorum redundat virtus. *Veg.li.2.*

Non eſt ſubditorum temerè uitã iudicare regentium. *Greg.25.mor.*

In ſubditorũ correctione miſcẽda eſt leuitas cum ſeueritate. *Idem in paſt.*

Subditi ſe poſſe agere melius putant, quàm præfectos, ſi eos præeſſe contingat. *Ibidem.*

Subditi a ſuperbis dominis oppreſſi ad Deum clamant. *Idem 26.mor.*

Peccatum ſubditi culpa paſtoris, ſi tacuerit,

cuerit, reputatur. *Idem ſuper Ezec.*

Membrum caput ſequi debet.
*Ber. in ſeptuag. ſer. 4.*

*Superbia.*

Superbia eſt maiores deſpicere, maioribus inuidere, ab æqualibus diſſentire. *Planc. Humant.*

Superbiam felicitas excitat. *Phano apud Stob.*

Superbia commune nobilitatis malũ. *Saluſt. in bell. iug.*

Gloriamur, & ſuperbimur in his, quæ ſapimus. *Plat. de amic.*

Deſine grande loqui, frangit Deus omne ſuperbum,

Magna cadunt, inflata crepant, tumefacta præmuntur. *Pruden.*

Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores. *Claud. de 4. Hon. conſ.*

Superbi abſque virtutes petulantes fiunt. *Ariſt. 4. Ethic.*

Citò ignominia fit ſuperbi gloria. *Mim. Pub.*

Difficile eſt hominem inuenire ſuperbiæ vacuum. *Plut.*

Superbiæ, & crudelitati ſi terræ, non tamen leues veniunt pœnæ. *Sen.*

Nec dictu facilis, nec viſu affabilis vlli. *Vir.*

Vbi vber, ibi tuber, vbi tuber ibi vber.

Su-

Superbia eſt elatio vitioſa, quæ inferiorem deſpiciens ſuperioribus, & paribus ſatagit dominari. *Hug.*

Superbia in cœlo nata eſt, ſed velut immemor, qua via inde ceciderit, illuc poſtea redire non potuit. *Idem lib. 1. de anim.*

Sex ſunt, quæ odit Deus, & ſeptimum deteſtatur anima eius. *Prou.*

Principium omnium malorum ſui præſumptio. *Hier. in mor. cap. de timor. Dei.*

Superbia etiã bonis operibus inſidiatur, vt pereant. *Aug. in regiſt.*

Superbia cognoſcitur in verbis, geſtis, vultu, & inceſſu. *Idẽ de ſalut. docu.*

Superbia magis in paupere, quã in diuite damnatur. *Idem in quaſt.*

Difficile eſt, vt non ſit ſuperbus, qui diues eſt, tolle ſuperbiam, & diuitiæ non nocebunt. *Idem ſer. 31.*

Superbia odit conſortium. *Idẽ ep. 120.*

Cætera vitia in malè factis valent, ſola ſuperbia etiam in rectè factis eſt cauenda. *Idem lib. de nat. & grat.*

Si vix toleratur diues, pauperẽ ſuperbum quis ferat. *Idem ſer. 39.*

Diuitem non eſſe ſuperbum eſt difficile. *Idem hom. 13.*

Super-

Superbiæ remedium eſt ſuiipſius cogitare tenuitatem. *Idem lib. 83. quæſt.*

Superbia nonnunquàm maior in inopia, quàm in copia. *Idem li. 21. de ciuit. Dei. c. 14.*

Vitanda eſt nobis ſuperbia, quæ & Angelos voluit decipere, quàtò magis homines diſſipare. *Idem.*

Principalium vitiorum regina ſuperbia eſt; & omnis peccans ſuperbus eſt. *Iſid.*

Fructus putrefactus inutilis agricolæ; & virtus ſuperbi inutilis Deo. *In Vit. patr.*

Anima ſuperbi derelinquitur à Deo, & fit Dæmonum deſiderium. *Idem.*

Superbus ſæpè, quod optat, cõtrarium conſequitur. *Chryſ.*

Superbus neminem humilem putat. *Idem.*

Superbia in animo idem, quod tumor in corpore. *Idem ſup. ep. ad Timot. hom. 17.*

Superbi cùm ſe deſpici ſuſpicantur, ad contumelias proſiliunt. *Gr. 13. mor.*

Valdè ſuperbire eſt extra metas inopiæ aliquid deſiderare. *Idem 20. mor.*

Potentiam Deus tribuit; elationẽ malitia noſtra adinuenit. *Idem.*

Magna ſuperbia eſt in iudicijs diuinis rationem quærere. *Idem 9. mor.*

Superbi iudicium diuinũ non timent, ſed humanum. *Idem 25. mor.*

Superbos corripiendo interdum fomenta miſceantur. *Idem in paſt.*

Superbi precibus contumaciores fiũt. *Baſ. in ep.*

Superbia ex bene geſtis plerunque naſcitur. *Anſel ſup. ep. ad Theſſ.*

Omnis ferè vitioſus diligit ſibi ſimilem, ſolus ſuperbus odit elatum, vnde inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia. *Innoc. de vtil. cond. hum.*

De modeſtia laus ſumitur, de elatione odium concitatur. *Caſſiod. ep. 10.*

*Superfluitas.*

Verba fiunt mortuo. *Ter. ex phorm.*

Nodum in ſcirpo quæris. *Idem ex And.*

Athenis fert noctuas. *Eſt prou.*

Omne, quod homini plus eſt, quàm neceſſe ſit, inimicum eſt ei. *Xiſtus.*

*Superſtitio.*

Superſtitio vocatur importuna, & inepta religio. *Gel. lib. 9. noct.*

Superbia ſuperſtitionis parens. *Phauo. apud Stob.*

Nulla

Nulla res multitudinem efficacius regit, quàm ſuperſtitio. *Quint. Curt. Ruf.*

Fortuna, quos miſeros facit, etiam ſuperſtitioſos facit. *Sen. declam. c. 8.*

Superſtitio dicitur veræ religioni ſuperaddita falſa religio. *Cipr. lib. 4. epiſt.*

Superſtitione peruertitur religio. *Ibidem.*

*Suſpicio.*

Suſpicio eſt cogitatio mala animi alterius facta dimetientis, & ſcrutantis, aut diiudicantis.

Senes ſuſpicioſi ſunt propter experientiam. *Ariſt. Rhet. li. 2. c. 16.*

Omnes, quibus res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt neſcio quomodo ſuſpicioſi. *Ter. in Adelph.*

Sẽper apud ſolicitos in deterius prona perſuaſio eſt. *Quint. decl. 10.*

Carendum non ſolum crimine turpitudinis, verumetiam turpitudine. *lib. 2. c. 2.*

Quidam fallere docuerunt, dũ timent falli. *Sen. ep. lib. 10.*

Hoc habet omnis affectus, vt in quo ipſe inſanit, in eodem putet cæteros inſanire. *Ibidem.*

Ne

Ne cures ſi quis tacito ſermone loquatur,
Concius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici. *Cato c.2.*

Suſpicioſum ſemper curioſitas inquietat, *Caſſiod.de amic.c.15.*
Cauete omnes ſuſpiciones, & quicquid probabilitate contra te figi poteſt, ſeu dici, ne figatur, ante deuita. *Hier.ad Nepot.*
Sicut difficile aliquem ſuſpicatur malum, qui bonus eſt; ſic difficile aliquem ſuſpicatur bonum, qui malus eſt. *Chry.ſuper Matth*
Omnis homo ex ſe exiſtimat alterum; fornicarius neminem putat caſtū; & caſtus de fornicario non ſuſpicatur. *Idem ſuper Matth.c.21.*
*Vide etiam in tit de Coniectura.*

## T

### *Temeritas.*

TEmeritas eſt impetus ſine ratione. *Apud Stob.*
Temeritas cum ſapientia non commiſcitur, nec ad conſilium caſus admittitur. *Cic.pro Muren.*
Omnis ratio temeritate, & negligentia vacare debet. *Idem 1.off.*
Nihil ſentire eſt melius, quàm praua ſen-

ſentire. *Idem pro Cluent.*

In parum cognitis ſtultè,& diù perſenerare turpe eſt. *Idem 2.de iuuent.*

Satius eſt idipſum, de quo ambigitur, concedere, quàm impudenter reſiſtere. *Idem de nat. Deor.*

Audacię,et temeritati potiùs ſerò,quā nunquàm obuiandum. *Liu lib. 1. decad.lib.4.*

Temeritate enim remota gratiſſimà eſt liberalitas. *Idem.*

Temeritas vbi primum impetum effudit,velut quędam animalia emiſſo aculeo turpet. *Quint.Curt.Ruff.*

Temeritas omnis animorum calamitate corporum frangitur. *Quint. de clam. 1.*

Periculoſa temeritas. *Per.Cor.*

Temeritas eſt audacia in malum. *In ſum. Arm.*

Temeritas eſt periculis ſe offerre. *Ambr. 1.off.*

Fortitudo ſi nulla neceſſitate cogente, aut non pro cauſa honeſta certū periculum ſubierit,temeritate conuertitur. *Lactant.*

Nimium præceps eſt,qui tranſire contendit, vbi conſpexerit alium cecidiſſe. *Aug.in ſer.de Aſcenſ.*

Qui

Qui ſe dicit ſcire, quod neſcit temerarius eſt; qui ſe negat ſcire, quod ſcit ingratus eſt. *Ibidem.*

*Temperantia.*

Temperantia eſt ſingula decenter agere. *Plat. in Charm.*

Temperata eſt moderatio animæ circa naturales concupiſcentias, ac voluptates. *Idem in diff.*

Omnis humana turba expers temperantiæ viuit. *Idem de leg.*

Temperantia bonam corporis valetudinem facilius pręſtabit, quàm medicina. *Idem in Charm.*

Temperantia quidem facit, ne ex hominibus præcipitemus in bruta. *Idem in Lach.*

Temperantia, quæ iucunda ſunt, auget, et voluptatem maiorem facit. *Demetr. apud Stob.*

Tempetantia in moderatione voluptatum conſtat. *Apud eund.*

Temperantia armoniæ ſimilis. *Apud eund.*

Difficile eſt, aut diuitem eſſe temperantem, aut eum, qui temperans ſit, diuitiis affluere. *Eſch. ibidem.*

Quod ſatis eſt, cui contingit nihil amplius optet. *Hor. in epiſt.*

Quo quis eſt n a or, maior eſt placabilis

bilis iræ:
Et faciles motus mens generoſa capit. *Ouid.*

Temperantia eſt omnium commotionum moderatrix. *Cic.3.de fin.*

Temperantia eſt libidinum inimica. *Idem 3.off.*

Temperantia non ſinet te aliquid immoderatè facere. *Idem 2.Tuſc.*

Pepigi fœdus cum oculis meis, vt nõ cogitarem quidem de virgine. *Iob.*

In cunctis virtutibus requiritur temperantia. *Hier.c.de dilect.& char.*

Temperantia fęminarum eſt virtus. *Ambr.in lib.de vid.*

Quia gaudia ſemper animos inquietant, modus rarò lætis rebus interuenit. *Caſſiod.4.epiſt.*

## *Tempus.*

Tempus eſt numerus motus ſecũdum prius,& poſterius. *Ariſt.4.phyſ.*

Tempus eſt ſolis motus pergreſſionis menſura. *Plat.in diff.*

Nihil eſt, quod longinquitas temporis efficere non poſſit. *Ci.2.de Diui.*

Horę cedunt dies, menſes,& anni, nec præteritum tempus vnquàm reuertitur, nec quid ſequatur ſciri poteſt. *Ibidem.*

Paterna bona tempus facit aliena. *Men. apud Stob.*

Reliqua a nobis aliena ſunt, tempu tantùm noſtrum eſt, quotidie dete rior poſterior dies. *Sen. in pro.*

Fluunt omnia, & in aſſidua diminu tione ſunt corpora noſtra, more flu minum rapiuntur. *Idem ep. 67*

Quid non longa dies, quid non con ſummitis anni? *Mart. li. 3*

Sapientiſſimum omnium tempus eſt cuncta enim inuenit. *Thaleſ. apu Diog. lib. 1.*

Damnoſa quid non immiſcuit dies *Hor. li. 3. car. od. 6.*

Tempore ruricolæ patiens fit tauru aratri,
Præbet & in curuo colla premenda iugo. *Ouid. li. 4. de triſt*

Tempus edax rerum, tuque inuidioſ vetuſtas
Omnia deſtruitis. *Idem in Metam*

Lenteſcunt tempore curæ
Vaneſcitque abſens, & nouus intra amor. *Idem 2. de art. amand*

Tempora labuntur, tacitiſq; ſeneſci mus annis,
Et fugiunt freno non remorante dies *Idem 6. faſt.*

Cuncta trahit ſecum, vertitque volu
bile

bile tempus,
Nec patitur certa currere quemque via. *Corn.Gall.*
Ne tempori credideris. *Per.Corin.*
Tempus quietat iram. *Ariſtot. Rhet. 2.*
Inſtans eſt principium futuri, & finis præteriti. *Idem phyſ.8.*
Non ſemper idem floribus eſt honor vermis,
Neque vno luna rubens nitet vultu. *Horat.*
Nulla iactura ſcientis eſt grauius, quã temporis. *Senec.*
Ex diuturnitate temporis præſumuntur omnia ſolemniter acta. *Apud Iuriſp.*
Ità diſpenſa tempus quaſi & victurus, & mox moriturus. *Biaſ.*
Præſentia ordina, futura prouide, & præterita recordare.

Memineris iuuenis, quod aliquando ſenex eris. *Eccl.*
Res non eſt ſtabilis, quæ cum fluxu huius temporis eſt fluxibilis. *Eccl.*
Tempus ammiſſum difficulter recuperatur. *Chryſ.*
Tempus nullum apud Deum eſt. *Iuuen. de ... Trin.t.*

Homini creſcenti non adduntur, ſed ſubtrahuntur anni. *Idem ſuper Pſal.65.*

Nihil tempore precioſius, ſed heu nihil eo vilior hodie inuenitur. *Ber. ſer. ad ſcholar.*

Sæpè tempus remedium affert rebus immedicabilibus. *Ibidem.*

Volat verbum irreuocabile, volat tẽpus irremediabile, nec aduertit inſipiens, quid amittat, licet fabulari dicit, donec hora tranſeat. *Ibidem*

Nihil longum, quod finem habet, æternitati comparatum, omne breu eſt. *Hier. ſuper Hier. lib. 2*

Ne dicas, priora tempora meliora fuere, quàm nunc ſunt, virtutes faciũ dies bonos, vitia malos. *Idem ſupe Eccl.*

Omne tempus, in quo de Deo non cogitas, hoc te computa perdidiſſe. *Hug. lib. 1. de clauſ. ani.*

*Tentatio.*

Tentatio eſt capere experimentum d re aliqua, vt aliquid ſciatur. *D. Th 2. 2. quaſt. 97.*

Qui non eſt tentatus, qualia ſcit. *Eccleſ.*

Humanum eſt in corde tentationem perpeti, dæmoniacum eſt in tentationi-

tionibus, certamine, vt in operatione ſuperari. *Greg. in paſt.*
Aliud eſt tentari, aliud eſt tentationibus conſentire. *Idem 21. mor.*
Feſtine reſiſtendum tentationi in corde naſcenti, nam ſtatim roboratur. *Ibidem.*
Tentati morti propinquant, niſi per Deum liberentur. *Ibidem.*
Tentatio fit cuique iuxta mores ſuos. *Idem ſuper 1. Reg.*
Hoſtis noſter, quantò magis nos ſibi rebellare conſpicit, tantò amplius expugnare contendit, eos enim pulſare negligit, quos quieto iure ſe poſſidere ſentit. *Idem hom. 2.*
Plerunque qui plus in contemplatione rapitur, contingit, vt amplius in tentatione fatigetur. *Idem hom. 2.*
Electos ſuos non permittit Deus tentari ſupra id, quod poſſunt. *Idem 6. mor.*
Immunda tentatio ab ipſo homine proficiſcitur. *Idem 11. mor.*
Sathan etiam in ſomno nos tentat. *Chryſ. ſuper Act. Apoſt. hom. 41.*
Diabolus enim ſuggerere poteſt, cogere non poteſt. *Idem ſuper Matt.*
Tentationes ſigna ſunt, quod Deus noſtri curam habeat. *Idem ſuper Gen.*

*Gen. hom. 33.*

Tentationes quædam eueniunt Deo permittente, quędam Deo iubente.

*Idem ſuper ep. ad Hebr. hom. 25.*

Fili accedens ad ſeruitutem Dei præpara animam tuam ad tẽtationem.

*Leo ſer. 35.*

Nulla ſunt ſine tentationũ experimẽtis opera virtutibus; & nulla ſine perturbationibus fides. *Ibidem.*

Facilè vincimus hoſtem, quem videmus; quem autem nõ videmus, difficile à nobis expellimus. *Iſid.*

Tentare tantum permittitur, quantum nobis prodeſt. *Auguſt. ſuper Pſal. 61.*

Tantum admittitur Diabolus tentare, quantum tibi prodeſt, vt exerceâris, & proberis, vt qui te neſciebas, à te ipſo inueniaris. *Ibidem.*

Vita noſtra in hac peregrinatione non poteſt eſſe ſine peccato, & tentatione. *Idem ſuper pſal. 60.*

Duplicem aciem producit mundus contra milites Chriſti, blanditur enim vt decipiat; terret, vt frangat. *Idem in ſer. S. Vinc.*

Dum paruus eſt hoſtis, interfice, vt nequitia elidatur in ſemine. *Hier. in epiſt.*

Tentatio eſt ad probationem, non ad deſolationem. *Ber.ſuper pſ.*

Poteſt inimicus excitare tentationis motum; ſed in te eſt, ſi uolueris dare, ſiue negare conſenſum. *Idem ſer.29.*

Tentationibus nemo ſe vltrò obijciat, ſed oremus potius, ne intremus in tentationem. *Idem in ſum.mor.*

Nemo miles cum uxore, pergit ad bellum. *Amb.in quad.epiſt.*

Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. *Apoſt.ad Corin.c.10.*

### *Teſtamentum.*

Teſtamentum idem, quod teſtatoris mens. *Apud Legiſt.*

Teſtatoris voluntas lex eſt. *Apud Iuriſp.*

Teſtamenta hominum ſpectacula sũt morum. *Plin.iun.lib.8.*

Patrum inſtituta non temerè deſerenda. *Cic.*

Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis vult poſt mortem fieri, cum hæredis inſtitutione. *Panorm.in Rubr. de teſtam.*

Teſtatoris voluntas ſeruanda, aut hæreditate carendum. *Aug.de quin-*

*que hæreſ.*

Teſtamentum hominis morte confirmatur. *Idem in expoſit. epiſt. ad Galat.*

Teſtamentum non valet niſi ſequuta morte teſtatoris. *Ibidem.*

In teſtamentum aliquid pauperibus relinquendum. *Chryſ. hom. 2. ſuper Pſal. 50.*

*Teſtimonium.*

Teſtimonium dicimus, quod ab aliqua re externa ſumitur ad faciendã fidem. *Cic. top. c. 4.*

Ad fidem enim faciendam auctoritas quæritur. *Ibidem.*

Vbi adſunt teſtes, non opus eſt verbis. *Idem inuect. in Saluſt.*

Nullum putaueris locum ſine teſte. *Sen. in prou.*

In teſte ſpectatur fides, in patrono eloquentia. *Ex apoph.*

Nullum eſt grauius teſtimonium, quã inimici de inimico. *Ibidem.*

Eſto bonus miles, tutor bonus, arbiter. *Idem.*

Integer ambiguè, ſi quandò citabere teſtis. *Iuu. ſat. 8.*

Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quã auriti decem, qui audiunt, audita dicunt, qui vident, planè ſciunt. *Plau.*

in

*in Tuſcul.*

Teſtis de falſo non punitur, qui in acceſſoriis mentitur, ſi in principali verax eſt. *Apud* Iuriſp.

Ætas, conditio, ſexus, diſcretio, fama,
Et fortuna, fides, in teſtibus iſta require. *Apud Iuriſp.*

Teſtis mendax peribit, vir obediens loquetur victoriam. *Prouerb. cap.20.*

Teſtimonium falſum contra ſeipſum nemo dicere poteſt. *Aug.lib.1.de ciu.Dei.c.20.*

Teſtimonium vendi non debet. I*dem ep.54.*

In propria cauſa nemo idoneus eſt teſtis. *Hier.*

Teſtis falſus accuſati pęnam ſubibit. *Chryſ.lib.5.quaſt.ſup.Deut.*

Ad vnius teſtimonium nullus cõdemnabitur. *Lib.*N*um.c.penul.*

Teſtibus falſis coniunctis tardè mendacii falſitas reperitur, quod ſi ſeparati fuerint, examine iudicis citò manifeſtantur. I*ſid.li.3.de ſum.bon.*

Teſtis falſidicus tribus eſt perſonis obnoxius, Deo, iudici, & innocenti. *Ibidem.*

*Timor, Metus.*

Metus eſt animæ concuſsio in expectatione mali. *Plat. in diff.*

Vbi timor, ibi & pudor. *Idem de ſanct.*

Natura timidi nulla admonitione fortificatur. *Aeſop.*

Et locus, & tempus faciunt timidos perſæpè audaces. *Idem.*

Nihil eſt miſerius, nec ſtultius, quàm ſemper timere. *Sen. ep. 99.*

Timidum non facit animum, niſi reprehenſibilis vitæ conſcientia mala. *Idem in prou.*

Stultum eſt timere, quod vitari poteſt. *Idem ep. 88.*

Miſerum eſt timere, cum ſperes nihil. *Idem ex Troad.*

Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timeant. *Idem de ira lib. 3.*

Quod nimis volunt miſeri, hoc facilè credunt, immò, quod metuunt nimis, nunquàm ammoueri, nec tolli putant. *Idem in ep.*

Qui in ipſa re tepidare noluerit, in ipſa ſe exerceat. *Idem 23. ep.*

Nullus iratus timet. *Ariſt. Rhet. li. 16.*

Res timoris plenæ cogunt eos, cui accidunt ad actiones turpes. *Idem eth. 2.*

Spem metus ſequitur. *Idem Rhet.*

Quæ

Quæ longe, valde non timentur. *Franc. Petr. ep. li. 5.*

Bona eſt timiditas, quæ deterret à turpibus, reddit hominem circunſpectum. *Ex apoph.*

Quem metuunt, oderunt, quem quiſque odit periiſſe expetit. *Ci 2. off.*

Strenuis metus eſt, velocior tamē ſpes. *Idem.*

Canis timidus velocius latrat, quàm mordet. *Idem.*

Exercitus maximi ſæpè fuſi, ac fugati ſunt terrore ipſo, impetuq; hoſtium ſine cuiuſdam non modo morte, verum & vulnere. *Idem pro Lælio.*

Beneuolentiæ vis eſt maxima metus imbecillis. *Idem 2. off.*

Plus in metuendo eſt mali, quam in eo ipſo, quod timetur. *Idem fam. 6. ad Torq.*

Semper mali timent. *Plut. de Fer. num. Vid.*

Dolendi modus eſt; non autem timendi. *Plin. iun. lib. 8.*

Natura docet, quæ ſunt timenda. *Pli. ſen. lib. 8.*

Quod in præſens nihil perturbat, expectatum nihil conficit. *Epic. apud Diog. lib. 10.*

Metus adulationem parit, ſed beneuo

lētiæ exper eſt. *Democr. Apud ſtob.*
In ſummo periculo timor miſericordiam nō recipit. *Caſ. de bel. Gal. li. 7.*
Verecundia liberi eſt, ſerui verò metus. *Ter. in And.*
Primus metus adimit conſilium, recogitatio autem reddit confidentiam. *Ibidem.*
Timor eſt emendator acerrimus. *Idē.*
Nemo ei ſatis fidus eſt, quem metuit. *Curt. lib. 10.*
Vires ſubtrahit ipſe timor. *Oui. ep. 13.*
Metus ſemper, quod timet, eſſe putat. *Idem de art. am. li. 3.*
Multa miſer timeo, quia feci multa proterue. *Idem ſine tit.*
Non timentur quæ ſunt ex vſu. *Veg. lib. 3.*
Metus, periculumque exhortationem audire non ſinunt. *In hiſt. ſax.*
Prudentius eſt timere, quàm ſperare. *Ibidem.*
Metus ſemper malus interpres. *Liu. 3. decad. li. 7.*
Emendatio nulla, vbi nullus eſt metus. *Tert.*
Metus iis eſt neceſſarius, quibus ad honeſtam vitam deeſt ratio. *Ibidem.*
Semper enim metuendo ſapiens vitat malum. *Pont. de ſent. orat.*

Metu,

Metu, & ſpe occulta probantur. *Idem.*

Timor modeſtus cautionem, vehemẽs autem deſperationem parit. *Ezech. 2. Reg.*

Ingenia liberaliter educata facilius verecundia, quàm metus vincit. *Hier.*

Timor temporalium multa mala operatur. *Aug. ep. 280.*

Timendum non eſt, quod vitare poſſumus. *Idem ſer. 43. de ſer. Do.*

Timor ſeruilis bonus eſt, & vtilis, licet inſufficiens, & imperfectus. *Ber. ſer. 7.*

Timor pœnam habet, amor ſuauitatẽ. *Idem ſuper cant. ſer. 22.*

### *Timor Domini.*

Timor diuinus eſt fidei fundamentũ. *Greg. 28. mor.*

In via Dei à timore incipitur, vt ad fortitudinem veniatur. *Idem in mor.*

Quidam niſi territi Deum timere neſciunt. *Idem 7. mor.*

Timor ſine pietate nullus eſt. *Idem ſuper Ezech. hom. 19.*

Timor ſine ſpe in deſperationem, pręcipitat. *Idem in 1. Reg.*

Qui timet Deum, nihil negligit, timere Deum eſt nulla, quæ facienda

ſunt,

ſunt, bona præterire. *Idem in mor.*
Ambulãs recto itinere, & timens Deũ deſpicitur ab eo, qui infami graditur via. *Prou. c. 14.*
Timor præſens ſecuritatem generat ſempiternam. *Aug. ſuper Pſal.*
Time Deum, qui ſuper omnes eſt, & hominem non formidabis. *Idem ſuper Pſal.*
Timenti Dominum non occurrunt mala, ſed in tentatione illum conſeruabit, & liberabit à malis. *Idem.*
Vbi timor non eſt, ibi ſcelerum eſt abundantia. *Iſid.*
Si Deum metuere in tranquillitate nõ volumus, ſaltem eius iudicium atteriti timeamus. *Idem.*
Qui benè timet, & amat, qui bene amat, & timet, res illæ in cæleſti deuotione ſociatæ ſunt. *Caſſiod. ſuper Pſal. 32.*
Humanus timor diffidentiam tribuit, diuinus autẽ ſpei fundamenta concedis. *Idem ſuper pſal. 24.*

*Tribulatio.*

Tribulatio eſt veræ virtutis, et humanæ conſtantiæ probatio.
In paucis vexati, in multis bene diſponentur. *Sap. c. 3.*
Fornax tribulationum ligna vitiorum in-

incinerat,& aurum purgat. *Greg.*
Mala,quę hic nos premunt,ad Deum ire compellunt. *Idem.*
Conſideratiò præmij minuit vim flagelli. *Idem.*
Tantò ſpes in Deo ſolidior, ſurgit, quantò pro ipſo quiſque grauiora pertulerit. *Idem in mor.*
Nulla aduerſitas deijcit, quem proſperitas nulla corrumpit. *Ibidem.*
Tantò quiſque aduerſitate minus vincitur, quantò contra illam præſciēdo paratus inuenitur. *Ibidem.*
Aurem cordis tribulatio aperit,quam ſæpe proſperitas huius mundi claudit. *Ibidem.*
In hac vita, qui nulla proſpera appetit, nulla aduerſa pertimeſcit, *Ibidem.*
Electorum deſideria, dum premuntur,aduerſitate perficiuntur. *Ibidē.*
Afflicti terrena perdimus, ſed afflictionem humiliter ſentientes cæleſtia multiplicamus. *Ibidem.*
Tantò maior fiducia mentem roborat,quantò hanc fortior pro veritate anguſtat afflictio. *Ibidem.*
Omnis cordis, & corporis afflictio citra meritum, & fructum ſalutis eſt ſine patientiæ condimento. *Chryſ.*

*in quad. epiſt.*

Parua toleramus, ſi recordemur, quid biberit ad patibulum, qui nos inuitat ad cælum. *Ibidem.*

Tribulantur boni, & mali, ſed magno diſcrimine. *Aug. li. 2. de conſ. euang.*

In tribulationibus mali decidunt, boni confirmantur. *Idem ſup. pſ. 143.*

Qui in hoc mundo flagellari non merebitur, in inferno torquebitur. *Idē.*

Nullus miſer de qualicunque miſeria liberatur, niſi qui Dei miſericordia præuenitur. *Idem.*

Iuſtus iniuſta patiens non tam ad irā, quàm ad preces conuertitur. *Greg. 4. mor.*

Bonos hîc per afflictionem indicat, vt illic remuneret per miſericordiam. *Iſid.*

Malos hic tolerat per temporalem clementiam, & illic punit per æternā iuſtitiam. *Idem.*

Electus enim Dei doloribus vitę iſtius atteritur, vt perfectionem vitæ futuræ lucretur. *Idem.*

In hac vita Deus parcit impijs, & tamen non parcit electis. *Idem.*

Tunc iuſtis gaudia diſponuntur ęterna, quando præſenti tribulatione probantur. *Idem.*

Si-

Si hic flagellis atterrimur, purgati in iudicio adueniemus. *Idem.*

Qui in flagellis murmurat, Deum plus irritat. *Idem.*

Vniuerſa, quæ accidunt, abſq; Dei non fiunt voluntate. *Idem.*

Omnes, qui tibi aduerſantur, Dei con ſilio faciunt. *Idem.*

Infirmitas grauis ſobriam facit animam. *Idem.*

In tribulationibus, quis ſit fidelis, cognoſcitur. *Xiſ*[illegible].

Si putas non habere perſecut[illegible] nondum cępiſti eſſe Chriſti. [illegible] *Aug. in quod. ſer.*

Quod te Dominus permittit pati, flagellum corrigentis eſt, non pœna damnantis. *Idem ſuper Ioan.*

Vexatio dat intellectum. *Sapiens.*

Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. *Apoſt. ad Corinth.*

Vide in Verbo aduerſitas, & Infelicitas.

## *Triſtitia.*

Triſtitia eſt dolor animi, quo homo de aliquo ſuo incõmodo affligitur.

Natura omnia moleſta fugit. *Plut. in conſul. ad vxor.*

Me-

Melancholici naturaliter indigent medicina. *Ariſt. et h. 7.*

Propter voluptates mala operamur, et propter triſtitiam à bonis recedimus. *Idem eth. 2.*

Mœrores hominibus morbos pariunt. *Eurip. in Alceſt.*

Vbi quis dolet, illic animum conuertit. *Ibidem.*

Triſtitiam, ſi potes, non admiſeris, ſed nec omnibus oſtenderis. *Sen. de morib.*

Socrates ſic virtutem coluit, vt nunquàm vultum eius lætitiæ blanda vanitas exhilararet, nec triſtitia vlla contraheret. *Idem de ſent. pr.*

Triſtitia ſomno mitigatur. *Aug. li. 10. confeſſ. c. 13.*

Melior eſt triſtitia iniqua patientis, quàm lętitia iniqua facientis. *Idem.*

Secreta conſcientia triſtitiam leuiter ſuſtinet. *Iſid.*

Sicut veſtimenta tinea, & vermis deuorat lignum, ità triſtitia nocet cor hominis. *Idem.*

Cor lætum bonam valetudinem facit; viri autem triſtitia areſcunt oſſa. *Idem.*

Nulla res ità inebriat, vt animi pertur-

batio,

batio, ideſt triſtitia, quæ ducit hominem ad mortem, hæc abominanda eſt ebrietas. *Idem ſuper Ioan.*

Triſtis ex propinquo habet iram. *Gregor. in paſt.*

Vis nunquam eſſe triſtis, bene viue, bona vita ſemper gaudium habet. *Hug. 3. de anim.*

## *Turpitudo.*

Turpitudo eſt deformitas alicuius actionis infamis, & opprobrioſæ.

Cognata ſunt, & maximè conueniunt turpia turpibus. *Plut. in conſol. ad vxor.*

Non deformitate corporis fœdatur animus; ſed pulchritudine animi corpus ornatur. *Sen. ep. 67.*

Periculum minus fugiendum eſt, quã turpitudo. *Cic. Philip. 6.*

Si pulcher es, bene fac; ſi deformis, naturæ defectum bonis actibus cõpenſa. *Demetr. Phaler.*

Nemo repente fit turpiſſimus, gradatim in vitia labimur. *Apud Ter. in Andr.*

Turpis neminem veretur. *Apud Stob.*

Turpe ſi feceris non latebit. *Ibidem.*

Ignorare vilia melius eſt, quàm ſcire. *Ariſt. Metaph. 11.*

Satius

Satius eſt totum aliquid amittere, quàm partem cum turpitudine retinere. *Apud Plat.*

Verborum turpitudinem, & rerum obſcænitatem vitare. *Cicer. 2. de orat.*

Turpitudo iniquitatis eſt præmium. *Chryſ. ſer. 4. ſuper ep. ad Rom.*

Verborum turpitudo honeſtat velanda. *Idem de patient. Iob hom. 4.*

Deformis quiſque ſine Dei decore. *Cipr. de lapſ.*

Fœda admota pulchris pulchriora reddũt pulchra, & magis fœda redduntur. *Ber. in epiſ.*

Nigredo felix, quæ parit mentis candorem, lumen ſcientiæ, & puritatem conſcientiæ. *Idem ſuper Cant. ſerm. 2.*

## *Tyrannis.*

Tyrannus eſt, qui ciuibus imperat ex propria ſententia. *Plat. in diff.*

Tyrannorum preces neceſſitati ſunt mixtæ. *Idem ep. 5.*

In tyrannide nihil, vel parum eſt amicitiæ. *Ariſt. eth. lib. 8. c. 6.*

Nullum violentum eſt perpetuum. *Idem*

*Idem de cal.& mund.*

Tyrannis eſt iniuſtitiæ mater. *Men. Apud Stob.*

Per vim imperanti etiam vltro deſiſtere periculoſum eſt. *Apud eund.*

Tyranni in voluntate ſeruiunt, Reges non niſi ex cauſa,& neceſſitate. *Sen.de clem.*

Iniqua nunquam imperia diu retinentur. *Idem ex trag.*

Lex, & tyrannus omnis eſt inimicus libertati, & legibus contrarius. *Demoſt.ex orat.in Philip.*

Non ſunt tutæ ciuitatibus iſtæ tyrannorum nimiæ familiaritates. *Ibidem.*

Tyrannidis,& libertatis naturale diſſidium. *Idem declam.4.*

Tyrannorum in principio tanta eſt dexteritas, vt eorum dolum nemo queat intelligere. *Idem ex arg.lib.*

Aduerſus tyrannos vnicum munimentum eſt diffidentia. *Idem in Philip.decl.2.*

Qui vtrumque expertus eſt, tyrannidi vult ſubeſſe,nō præeſſe. *Phal. apud Stob.*

Multos timere neceſſe eſt, quos multi timent. *Pub.Mim.*

Non

Non ſe obſtrinxit ſcelere, ſi quis tyrannum occiderit, quamuis familiarem. *Cic. 3 off.*

Qui terret, plus iſte timet, ſors iſta tyrannis
Conuenit, inuideant claris, forteſque trucident,
Muniti gladijs viuant, ſeptique venenis,
Ancipites habeant aures, tepidiq; minentur. *Claud. de inſt. Princ.*

Mirabor, ſi tyrannum videro ſenem. *Apud Plut.*

Dat veniam coruis, vexat cenſura columbas. *Iuuen.*

Princeps cui non ſatis eſt præmiū honoris, & gloriæ, tyrannus efficitur. *Ariſt.*

Longè eſto ab homine habente poteſtatem occidendi. *Eccl. c. 9.*

Regnare facit Deus tyrannum propter peccata populi. *Eccl.*

Leo rugiens, & vrſus eſuriens princeps impius ſuper populum pauperem. *Prou. c. 28.*

Tyrannorum verſutia pia fraude deluenda. *Chryſoſtom. ſuper Matth.*

*Va-*

V

*Vanitas.*

VAnitas eſt, quæ nec pulchritudinem confert, nec fructum laboranti, nec fulcimentum innitenti. *Lact. Firm.*

Vanum eſt, quod non conſequitur ſuũ finem. *Ariſt.*

Superuacua ex animo ſunt tollenda. *Sen. ep. ad Lucil.*

Non igitur debent pro vanis certa relinqui. *Verſif. fab. Aeſop.*

Omnia, quæ cernis vanarum gaudia rerum,
Vmbra, velut tenuis veloci fine recedunt. *Bern. de improb. uit. c. 9.*

Vidi cuncta, quæ ſub Sole fiunt, & ecce vniuerſa vanitas. *Eccl. c. 1.*

Ineptas, & inanes fabulas deuita. *Apoſt. ad Theſſal.*

*Venatio.*

Iucunda poſt venationem menſa plena eſt. *Eurip. in Med.*

Venandi ſtudium, & voluptas multo labore afficit, & incommodo. *Liu. 1. decad.*

Venator ſequitur fugientia, capta relinquit;
Semper & inuentis vlteriora petit. *Ouid.*

*Ouid.lib.2.eleg.*

Qui binos lepores vna ſectabitur hora
Vno quandoque, quandoque carebit vtroque. *Apud Leg.ſt.*

*Venia.*

Venia eſt pœnæ meritæ remiſſio. *Sen. de clem.*

Si imbecillior eſt, qui te læſit, parce, vel cede illi, ſi potentior tibi. *Idem de ira lib.3.*

Magnarum vitium eſt negligere lædentem. *Idem de mor.*

Alteri ſemper ignoſcito, tibi ipſi nunquàm. *Idem in prou.*

Qui de malis pęnam non ſumunt, bonos affici volunt iniurijs. *Lycias apud Stob.*

Qui aliàs deliquit, delinquentibus facilè parcit. *Tert.*

Facilitas veniæ cauſa eſt delinquendi. *Idem.*

Bonis nocet, q malis parcit. *Pub.Mi.*

Illis facilè dignoſcitur, qui non perſeuerare, ſed ab errato ſe reuocare moliuntur. *Ci.in Verr.*

Deus ſæpè malis parcit, à quibus optimos orturos nouit. *Plut.*

Venia vltione melior eſt, illa namque mitis eſt ingenij, hæc autem ferini. *Apud Stob.*

Crede

Crede mihi, miſeris celeſtia numina parcunt. *Ouid.3.pont.*

Nulla fit negligenti venia, vbi de ſalute certatur. *Veg.lib.2.de remed.*

Optimum eſt ſemper ignoſcere, ſi quotidie tibi ipſi pecces. *Senec.in prou.*

Romani plus auxerunt imperium parcendo, quàm vincendo. *Val. Max.*

Citò parcendum eſt iniurianti, ne veniæ viam tibi intercludas. *Aug.lib.4.de Ciu.Dei,c.5.*

Nihil eſt enim, quo poſſit offendi, cui ignoſcendi eſt conſuetudo. *Ambr. ſup.Luc.*

Sis humilis ad petendam veniam; facilis ad dandam, & ſic membra erunt in pace. *Ber.de verb.apoſt.ſer.1.*

Maior pars miſericordiæ eſt dimittere, quàm dare. *Greg.12.mor.*

In quibuſdam factis certi de venia reddimur. *Idem 9.mor.*

Sunt culpæ, in quibus culpa eſt relaxare vindictam. *Idem in regiſt.*

Culparum remiſsio aliquando plus valet, quàm punitio. *Ibid.*

Multitudo ſociorum impunitatẽ non facit criminis. *Hier.in epiſt.*

Veniam delicti aſſecutus, ſi iterum peccat, grauius iudicium ſibi præparat. *Baſil.in ſum.mor.*

Qu
b
Lib
Nor
in
Du
Qui
H
Fest
ti
Cert
ci
Mag
fer
p
Pati
v
Pu
p
Pe

dargutione elu-
. *Plat. in Men.*
n in lucem non
*Men. apud Stob.*
ıdentia, violen-
ıeris ſunt, à qui-
ıs auditur.

nt tenebræ, ſol
*Monten.*
non eget, & re-
quæ paucis ver-
nt. *Ex apoph.*
ritas amittitur.
*18.*
e depreſſa cha-
nocentiæ defen-
at. *Cic. pro cluēt.*
ntrariũ infirmũ.
*alſ. leg.*
ım vera dicit.

verum prouidit,
, ira, atq; miſeri
*Eſdra.*
ior Rex, fortio-
omnia vincit ve-
*Idem.*
, quàm ex ratio-
*Aug. ep. 222.*

Melancholici naturaliter indigent medicina. *Ariſt. et h. 7.*

Propter voluptates mala operamur, et propter triſtitiam à bonis recedimus. *Idem eth. 2.*

Mœrores hominibus morbos pariunt. *Eurip. in Alceſt.*

Vbi quis dolet, illic animum conuertit. *Ibidem.*

Triſtitiam, ſi potes, non admiſeris, ſed nec omnibus oſtenderis. *Sen. de morib.*

Socrates ſic virtutem coluit, vt nunquàm vultum eius lætitiæ blanda vanitas exhilararet, nec triſtitia vlla contraheret. *Idem de ſent. pr.*

Triſtitia ſomno mitigatur. *Aug. li. 10. confeſſ. c. 13.*

Melior eſt triſtitia iniqua patientis, quàm lętitia iniqua facientis. *Idem.*

Secreta conſcientia triſtitiam leuiter ſuſtinet. *Iſid.*

Sicut veſtimenta tinea, & vermis deuorat lignum, ità triſtitia nocet cor hominis. *Idem.*

Cor lætum bonam valetudinem facit; viri autem triſtitia areſcunt oſſa. *Idem.*

Nulla res ità inebriat, vt animi pertur

batio,

batio, ideſt triſtitia, quæ ducit hominem ad mortem, hæc abominanda eſt ebrietas. *Idem ſuper Ioan.*

Triſtis ex propinquo habet iram. *Greg.in paſt.*

Vis nunquam eſſe triſtis, bene viue, bona vita ſemper gaudium habet. *Hug. 3. de anim.*

*Turpitudo.*

Turpitudo eſt deformitas alicuius actionis infamis, & opprobrioſæ.

Cognata ſunt, & maximè conueniunt turpia turpibus. *Plut. in conſol. ad vxor.*

Non deformitate corporis fœdatur animus; ſed pulchritudine animi corpus ornatur. *Sen. ep. 67.*

Periculum minus fugiendum eſt, quā turpitudo. *Cic. Philip. 6.*

Si pulcher es, bene fac; ſi deformis, naturæ defectum bonis actibus cōpenſa. *Demetr. Phaler.*

Nemo repente fit turpiſſimus, gradatim in vitia labimur. *Apud Ter. in Andr.*

Turpis neminem veretur. *Apud Stob.*

Turpe ſi feceris non latebit. *Ibidem.*

Ignorare vilia melius eſt, quàm ſcire. *Ariſt. Metaph. 11.*

Satius

Satius eſt totum aliquid amittere, quàm partem cum turpitudine retinere. *Apud Plat.*

Verborum turpitudinem, & rerum obſcænitatem vitare. *Cicer. 2. de orat.*

Turpitudo iniquitatis eſt præmium. *Chryſ. ſer. 4. ſuper ep. ad Rom.*

Verborum turpitudo honeſtat velanda. *Idem de patient. Iob hom. 4.*

Deformis quiſque ſine Dei decore. *Cipr. de lapſ.*

Fœda admota pulchris pulchriora reddūt pulchra, & magis fœda redduntur. *Ber. in epiſ.*

Nigredo felix, quæ parit mentis candorem, lumen ſcientiæ, & puritatem conſcientiæ. *Idem ſuper Cant. ſerm. 2.*

## *Tyrannis.*

Tyrannus eſt, qui ciuibus imperat ex propria ſententia. *Plat. in diff.*

Tyrannorum preces neceſſitati ſunt mixtæ. *Idem ep. 5.*

In tyrannide nihil, vel parum eſt amicitiæ. *Ariſt. eth. lib. 8. c. 6.*

Nullum violentum eſt perpetuum. *Idem*

*Idem de cœl.& mund.*

Tyrannis eſt iniuſtitiæ mater. *Men. Apud Stob.*

Per vim imperanti etiam vltro deſiſtere periculoſum eſt. *Apud eund.*

Tyranni in voluntate ſeruiunt, Reges non,niſi ex cauſa,& neceſſitate. *Sen.de clem.*

Iniqua nunquam imperia diù retinentur. *Idem ex trag.*

Lex, & tyrannus omnis eſt inimicus libertati, & legibus contrarius. *Demoſt.ex orat.in Philip.*

Non ſunt tutæ ciuitatibus iſtæ tyrannorum nimiæ familiaritates. *Ibidem.*

Tyrannidis,& libertatis naturale diſſidium. *Idem declam.4.*

Tyrannorum in principio tanta eſt dexteritas, vt eorum dolum nemo queat intelligere. *Idem ex arg.lib.*

Aduerſus tyrannos vnicum munimentum eſt diffidentia. *Idem in Philip.d ecl.2.*

Qui vtrumque expertus eſt, tyrannidi vult ſubeſſe,nõ præeſſe. *Phal. apud Stob.*

Multos timere neceſſe eſt, quos multi timent. *Pub.Mim.*

Non

Non ſe obſtrinxit ſcelere, ſi quis tyrannum occiderit, quamuis familiarem. *Cic. 3 off.*

Qui terret, plus iſte timet, ſors iſta tyrannis
Conuenit, inuideant claris, forteſque trucident,
Muniti gladijs viuant, ſeptique venenis,
Ancipites habeant aures, tepidiq; minentur. *Claud. de inſt. Princ.*

Mirabor, ſi tyrannum videro ſenem. *Apud Plut.*

Dat veniam coruis, vexat cenſura columbas. *Iuuen.*

Princeps cui non ſatis eſt præmiũ honoris, & gloriæ, tyrannus efficitur. *Ariſt.*

Longè eſto ab homine habente poteſtatem occidendi. *Eccl. c. 9.*

Regnare facit Deus tyrannum propter peccata populi. *Eccl.*

Leo rugiens, & vrſus eſuriens princeps impius ſuper populum pauperem. *Prou. c. 28.*

Tyrannorum verſutia pia fraude deluenda. *Chryſoſtom. ſuper Matth.*

Va-

V

*Vanitas.*

VAnitas eſt, quæ nec pulchritudinem confert, nec fructum laboranti, nec fulcimentum innittenti. *Lact. Firm.*

Vanum eſt, quod non conſequitur ſuũ finem. *Ariſt.*

Superuacua ex animo ſunt tollenda. *Sen. ep. ad Lucil.*

Non igitur debent pro vanis certa relinqui. *Verſif. fab. Aeſop.*

Omnia, quæ cernis vanarum gaudia rerum,
Vmbra, velut tenuis veloci fine recedunt. *Bern. de improb. uit. c. 9.*

Vidi cuncta, quæ ſub Sole fiunt, & ecce vniuerſa vanitas. *Eccl. c 1.*

Ineptas, & inanes fabulas deuita. *Apoſt. ad Theſſal.*

*Venatio.*

Iucunda poſt venationem menſa plena eſt. *Eurip. in Med.*

Venandi ſtudium, & voluptas multo labore afficit, & incommodo. *Liu. 1. decad.*

Venator ſequitur fugientia, capta relinquit;
Semper & inuentis vlteriora petit. *Ouid.*

*Ouid.lib.2.eleg.*

Qui binos lepores vna ſectabitur hora
Vno quandoque, quandoque carebit vtroque. *Apud Leg:ſt.*

*Venia.*

Venia eſt pœnæ meritæ remiſſio. *Sen. de clem.*

Si imbecillior eſt, qui te læſit, parce, vel cede illi, ſi potentior tibi. *Idem de ira lib.3.*

Magnarum virium eſt negligere lædentem. *Idem de mor.*

Alteri ſemper ignoſcito, tibi ipſi nunquàm. *Idem in prou.*

Qui de malis pęnam non ſumunt, bonos affici volunt iniurijs. *Lycias apud Stob.*

Qui aliàs deliquit, delinquentibus facilè parcit. *Tert.*

Facilitas veniæ cauſa eſt delinquendi. *Idem.*

Bonis nocet,q malis parcit. *Pub.Mi.*

Illis facilè dignoſcitur, qui non perſeuerare, ſed ab errato ſe reuocare moliuntur. *Ci.in Verr.*

Deus ſæpè malis parcit, à quibus optimos orturos nouit. *Plut.*

Venia vltione melior eſt, illa namque mitis eſt ingenij, hæc autem ferini. *Apud Stob.*

Crede-

Crede mihi, miſeris celeſtia numina parcunt. *Ouid.3.pont.*

Nulla ſit negligenti venia; vbi de ſalute certatur. *Veg.lib.2.de remed.*

Optimum eſt ſemper ignoſcere, ſi quotidie tibi ipſi pecces. *Senec.in prou.*

Romani plus auxerunt imperium parcendo, quàm vincendo. *Val.Max.*

Citò parcendum eſt iniurianti, ne veniæ viam tibi intercludas. *Aug.lib.4.de Ciu.Dei,c.5.*

Nihil eſt enim, quo poſſit offendi, cui ignoſcendi eſt conſuetudo. *Ambr. ſup.Luc.*

Sis humilis ad petendam veniam; facilis ad dandam, & ſic membra erunt in pace. *Bernde verb.apoſt.ſer.1.*

Maior pars miſericordiæ eſt dimittere, quàm dare. *Greg.12.mor.*

In quibuſdam factis certi de venia reddimur. *Idem 9.mor.*

Sunt culpæ, in quibus culpa eſt relaxare vindictam. *Idem in regiſt.*

Culparum remiſsio aliquando plus valet, quàm punitio. *Ibid.*

Multitudo ſociorum impunitatẽ non facit criminis. *Hier.in epiſt.*

Veniam delicti aſſecutus, ſi iterùm peccat, grauius iudicium ſibi præparat. *Baſil.in ſum.mor.*

Magna virtus eſt, ſi nõ lædas, a quo læſus es, & magna virtus eſt, ſi cui nocere potuiſti parcas. *Hug. 3. de an*

O formidoloſa ſententia, ſi parua fratribus non dimittimus, magna nobis a Deo non dimittentur. *Idem in Sinon Solil. lib. 1. c. 16.*

Non habet veniæ locum, qui deliquit admonitus. *Caſſiod. 4. c. 29.*

*Veritas.*

Veritas eſt actio intellectus practici & ſpeculatiui. *Auct. 6. Eth. com. 4.*

Teſtimonium veritatis, non amicitiæ reddas. *Sen. de 4. virt.*

Veritas, magis elucet, quò ſæpius ad manum venerit. *Idem de ira.*

Diuites cum omnia habeant, vnum illis deeſt, ſcilicet qui verum dicant. *Idem in quad. epiſt.*

Poſt Deum veritas eſt colenda, quæ ſola homines Dijs proximos facit. *Idem de mor.*

Sæpè mendacij faciem veritas retinet, & mendacium veritatis faciem occulit. *Idem.*

Veritas eſt difficillima cognitu. *Ariſt. 3. Metaph.*

Veritatem expectare a falſa dicẽtibus eſt volatilia perſequi. *Idẽ 4 metaph.*

Solutio dubitationis eſt inuentio veritatis. *Idem eth. 2.*

Veri-

Veritas ex falſitatis redargutione elucet. *Plat. in Men.*

Venit veritas interdum in lucem non quæſita. *Men. apud Stob.*

Pueritia, ſomnus, impudentia, violentia, inſania, eius generis ſunt, à quibus ſæpiſsimè veritas auditur. *Cic. in Top.*

Quicquid nocte tegunt tenebræ, ſol mane reuelat. *Monten.*

Veritas multis verbis non eget, & rectius meminimus, quæ paucis verbis comprehenſa ſunt. *Ex apoph.*

Nimium altercãdo veritas amittitur. *Macr. ſatur. lib. 2. c. 18.*

Multorum improbitate depreſſa charitas emergit, & innocentiæ defenſio intercluſa reſpirat. *Cic. pro cluēt.*

Veritas potens eſt, contrariũ infirmũ. *Demoſ. ex orat. de falſ. leg.*

Lingua errans interdum vera dicit. *Menand.*

Haud facilè animus verum prouidit, vbi odium, amicitia, ira, atq; miſericordia intercedunt. *Eſdra.*

Forte eſt vinum, fortior Rex, fortiores mulieres, ſuper omnia vincit veritas. *Idem.*

Veritas ex fide magis, quàm ex ratione percipitur. *Aug. ep. 222.*

Veritas dulcis eſt, & amara, quandò amara,curat, *Idem ad Chriſt.*

Veritas cum inquiritur, arrogãtia deponatur. *Idem lib.6.confeſſ.c.6.*

Veritas tutius auditur, quàm prædicatur. *Idem de doctr. Chriſt.*

Veritas magis elucet impugnata. *Idem ſer.39.de temper.*

Veritas duas habet comites,ſapientiã, & conſtantiam. *Idem in Soliloq.*

Contra veritatem cognitam dimicare idolatriam ſuperat. *Idem ep.48.*

Veritas iuramento non indiget. *Iſid. Solil.lib.2.c.25.*

Non meretur audire veritatẽ,qui fraudolẽter interrogat.*Hier.ſuper Ez.*

Tantũ in te ſit veritatis amor,vt quicquid dixeris, iuratum putes. *Idem ad Celant.*

Veritatis inquiſitio peccatis impeditur. *Idem de verb.relig.c.36.*

O quàm difficilis eſt ignorantibus veritas, & quàm facilis ſcientibus. *Lact.lib.2.*

Nullus ſuauior animę cibus,quàm cognitio veritatis. *Idem lib.1.*

Nihil eſt ad deferendum puritate tutius,nihil ad dicendum veritate facilius. *Greg.in hom.quad.*

Bonorum mens quò duriora pro veritate tolerat, eò æternitatis præmia

cer-

certius ſperat. *Idem 10.mor.*

Ille veritatis defẽſor eſſe debet, qui cũ rectè ſentit, loqui non metuit, nec erubeſcit. *Idem in quad.hom.*

*Veſtis.*

Ex ipſo corporis habitu homines non ſunt iudicandi. *Aeſop.*

Sæpè ſub ſordido palliolo latet ſapientia. *Cic.3.Tuſc.*

Cultus, & victus familiaris vitam indicant. *Ter.in Andr.*

Veſtiri decet in foro honeſtè, domi, quod ſatis. *Gell.lib.1.*

Exterior habitus manifeſtè demonſtrat qualia ſit intus mentis diſpoſitio. *Andr.Capell.*

Vir bene veſtitus ꝑ veſtib. eſſe peritus
Creditur à mille, quãuis idiota ſit ille,
Hunc homines honorant, quem veſtimenta decorant.

Exterior ſuperfluitas interioris vanitatis eſt indicium. *Ber.in Apolog.*

Sub quanis veſte benè colitus pietas. *Idem in ep.*

Neglecta mundicies, & inculta veſtis cultus ipſe ſine cultu. *Au.de do.Ch.*

Muliebri veſte vtentes infames reddũtur. *Idem lib.2.Solil.c.6.*

Cultus prouinciæ morem ſequatur. *Hier.in epitaph.Nepot.*

Sordidæ veſtes candidæ mentis ſunt indicium. *Idem ad Ruſt.*

Veſtium curioſitas deformitas mētiū, & morū indiciū. *Ber. de con ſid. l. 3.*

*Vicinitas.*

Si propè claudum vicinum habitaueris, & ipſe claudus ambulare diſces. *Plut. de lib. educ.*

Prędium vendens Themiſtocles, proclamari iuſſit, bonum quoque uicinum habet. *Idem in apoph.*

Laudanda, vel potius amanda vicinitas. *Cic. pro Planc.*

Ipſa vicinitas lites, & controuerſias parit. *Demoſt. 1. Olynt.*

Nihil tuarum rerum facilè interibit, ſi habeas vicinum bonum, qui ſtatim in periculo ſuccurrat. *Heſiod.*

Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet. *Hor. 19. epiſt.*

Nunc ergo illud verbum experior, vetus aliquid mali eſſe propter vicinũ malum. *Plaut. in mercat.*

Inter vicinos interdũ maxima creſcũt
Iurgia; longinqui rarius illud habent.
*Bellinus.*

Dilige vicinos, vt ſis dilectus ab ipſis
Vicino melius nil crede fore bono.
*Iac. Beneu. c. 12.*

Feruida vicino flamma vapore nocet.
*Ouid. ſine tit.*

Pro-

Proximus à tectis ignis defenditur ægrè. *Idem 2. de rem. amor.*

Inter finitimos vetus, atque antiqua ſimultas,

Immortale odium, & nunquàm ſanabile vulnus. *Iuu. ſ. 1. 15.*

Vicini alendi ſunt in fame, *apud Stob.*

Rarò abſq; damno proximorum ædificatur. *apud iuriſc.*

Melior eſt vicinus iuxtà, quà, frater procul. *Prou. c. 27.*

Vicinum amare eſt illum corrigere. *Aug. tract. 8. ex per S. Euang.*

*Victoria.*

Victoria eſt vis in certamine ſuperās, *Plat. in d. ff.*

Victoria eſt ſemper inſolens & ſuperba. *Cic. ad ſeruium.*

Facile eſt vincere non repugnantem. *Idem 2. Tuſc.*

Victoria magno empta non eſt victoria, ſed calamitas: interdum enim felicius eſt non aſſequi, quàm nimiò mercari, quod ambis. *Ex apoph.*

Vnius ducis ingenio victoriam acceptam ferri oportet, non virtute militum. *Ibidem.*

Victoriæ ſpes extenuat omnia, quæ ſolent à bello deterrere. *Ibidem.*

Moderanda eſt victoria, nec ſæuien-

[illegible]

uiribus adſcribendæ. *Idem lib.21. de Ciu.Dei,cap.25.*

Non eſtglorioſa uictoria,niſi ubi fuerint laborioſa certamina. *Ambr. de off.*

Victoria turpis inhoneſtè quæſita. *Idem 3.off.*

Victoria non minor eſt hoſtes tolerare,quàm hoſtes uincere. *Greg.*

Si deeſt hoſtis, & pugna, nulla eſt uictoria. *Lactant.*

*Viduitas.*

Viduæ præ cæteris uacare debent orationi. *Anſel.ſup.Timoth.*

Vidua grauius contra concupiſcentiam confligit,quàm uirgo. *Aug. contra Iulian.*

Viduæ ut plurimum defenſorem non habent. *Chryſ.ſuper Ioan. hom.6.*

Honora uiduas,quæ ueræ uiduę ſunt, quia duplici honore ſunt dignæ. *Apoſt.ad Timoth.*

Vidua,quæ in delicijs eſt,mortua eſt. *Idem.*

Vidua cum priuatur uiro, uita priuatur. *Apud Legiſt.*

Mutate ueſtem uiduæ, in caſtitate uiuite,

Luxuriantes fugite,ne poſsint uos decipere. *Ambr.*

*Ouid.lib.2.eleg.*

Qui binos lepores vna ſectabitur hora Vno quandoque, quandoque carebit vtroque. *Apud Leg.ſt.*

### *Venia.*

Venia eſt pœnæ meritæ remiſſio. *Sen. de clem.*

Si imbecillior eſt, qui te læſit, parce, vel cede illi, ſi potentior tibi. *Idem de ira lib.3.*

Magnarum vitium eſt negligere lædentem. *Idem de mor.*

Alteri ſemper ignoſcito, tibi ipſi nunquam. *Idem in prou.*

Qui de malis pęnam non ſumunt, bonos affici volunt iniurijs. *Lycias apud Stob.*

Qui aliàs deliquit, delinquentibus facilè parcit. *Tert.*

Facilitas veniæ cauſa eſt delinquendi. *Idem.*

Bonis nocet, q malis parcit. *Pub.Mi.*

Illis facilè dignoſcitur, qui non perſeuerare, ſed ab errato ſe reuocare moliuntur. *Ci.in Verr.*

Deus ſæpè malis parcit, à quibus optimos orturos nouit. *Plut.*

Venia vltione melior eſt, illa namque mitis eſt ingenij, hæc autem ferini. *Apud Stob.*

Crede-

Crede mihi, miſeris cœleſtia numina parcunt. *Ouid.3.pont.*

Nulla ſit negligenti venia; vbi de ſalute certatur. *Veg.lib.2.de remed.*

Optimum eſt ſemper ignoſcere, ſi quotidie tibi ipſi pecces. *Senec.in prou.*

Romani plus auxerunt imperium parcendo, quàm vincendo. *Val.Max.*

Citò parcendum eſt iniurianti, ne veniæ viam tibi intercludas. *Aug.lib.4.de Ciu.Dei,c.5.*

Nihil eſt enim, quo poſſit offendi, cui ignoſcendi eſt conſuetudo. *Ambr. ſup.Luc.*

Sis humilis ad petendam veniam; facilis ad dandam, & ſic membra erunt in pace. *Bern.de verb.apoſt.ſer.1.*

Maior pars miſericordiæ eſt dimittere, quàm dare. *Greg.12.mor.*

In quibuſdam factis certi de venia reddimur. *Idem 9.mor.*

Sunt culpæ, in quibus culpa eſt relaxare vindictam. *Idem in regiſt.*

Culparum remiſsio aliquando plus valet, quàm punitio. *Ibid.*

Multitudo ſociorum impunitatē non facit criminis. *Hier.in epiſt.*

Veniam delicti aſſecutus, ſi iterum peccat, grauius iudicium ſibi præparat. *Baſil.in ſum.mor.*

Magna virtus eſt, ſi nō lædas, a quo læſus es, & magna virtus eſt, ſi cui nocere potuiſti parcas. *Hug.3.de an*

O formidoloſa ſententia, ſi parua fratribus non dimittimus, magna nobis a Deo non dimittentur. *Idem in Sinon Solil.lib.1.c.16.*

Non habet veniæ locum, qui deliquit admonitus. *Caſſiod.4.c.29.*

*Veritas.*

Veritas eſt actio intellectus practici & ſpeculatiui. *Auer.6.Eth.com.4.*

Teſtimonium veritatis, non amicitiæ reddas. *Sen.de 4.virt.*

Veritas, magis elucet, quò ſæpius ad manum venerit. *Idem de ira.*

Diuites cum omnia habeant, vnum illis deeſt, ſcilicet qui verum dicant. *Idem in quad.epiſt.*

Poſt Deum veritas eſt colenda, quæ ſola homines Dijs proximos facit. *Idem de mor.*

Sæpè mendacij faciem veritas retinet, & mendacium veritatis faciem occulit. *Idem.*

Veritas eſt difficillima cognitu. *Ariſt.3.Metaph.*

Veritatem expectare a falſa dicētibus eſt volatilia perſequi. *Idē 4 metaph.*

Solutio dubitationis eſt inuentio veritatis. *Idem eth.2.*

Veritas ex falſitatis redargutione elucet. *Plat.in Men.*

Venit veritas interdum in lucem non quæſita. *Men.apud Stob.*

Pueritia, ſomnus, impudentia, violentia, inſania, eius generis ſunt, à quibus ſæpiſsimè veritas auditur. *Cic.in Top.*

Quicquid nocte tegunt tenebræ, ſol mane reuelat. *Monten.*

Veritas multis verbis non eget, & rectius meminimus, quæ paucis verbis comprehenſa ſunt. *Ex apoph.*

Nimium altercãdo veritas amittitur. *Macr.ſatur.lib.2.c.18.*

Multorum improbitate depreſſa charitas emergit, & innocentiæ defenſio intercluſa reſpirat. *Cic.pro cluẽt.*

Veritas potens eſt, contrariũ infirmũ. *Demoſ.ex orat.de falſ.leg.*

Lingua errans interdum vera dicit. *Menand.*

Haud facilè animus verum prouidit, vbi odium, amicitia, ira, atq; miſericordia intercedunt. *Eſdra.*

Forte eſt vinum, fortior Rex, fortiores mulieres, ſuper omnia vincit veritas. *Idem.*

Veritas ex fide magis, quàm ex ratione percipitur. *Aug.ep.222.*

Veritas dulcis eſt, & amara, quandò amara, curat, *Idem ad Chriſt.*

Veritas cum inquiritur, arrogãtia deponatur. *Idem lib. 6. confeſſ. c. 6.*

Veritas tutius auditur, quàm prædicatur. *Idem de doctr. Chriſt.*

Veritas magis elucet impugnata. *Idem ſer. 39. de temper.*

Veritas duas habet comites, ſapientiã, & conſtantiam. *Idem in Soliloq.*

Contra veritatem cognitam dimicare idolatriam ſuperat. *Idem ep. 48.*

Veritas iuramento non indiget. *Iſid. Solil. lib. 2. c. 25.*

Non meretur audire veritatẽ, qui fraudolẽter interrogat. *Hier. ſuper Ez.*

Tantũ in te ſit veritatis amor, vt quicquid dixeris, iuratum putes. *Idem ad Celant.*

Veritatis inquiſitio peccatis impeditur. *Idem de verb. relig. c. 36.*

O quàm difficilis eſt ignorantibus veritas, & quàm facilis ſcientibus. *Lact. lib. 2.*

Nullus ſuauior animę cibus, quàm cognitio veritatis. *Idem lib. 1.*

Nihil eſt ad deferendum puritate tutius, nihil ad dicendum veritate facilius. *Greg. in hom. quad.*

Bonorum mens quò duriora pro veritate tolerat, eò æternitatis præmia

cer-

certius ſperat. *Idem 10.mor.*

Ille veritatis defēſor eſſe debet, qui cū rectè ſentit, loqui non metuit, nec erubeſcit. *Idem in quad.hom.*

*Veſtis.*

Ex ipſo corporis habitu homines non ſunt iudicandi. *Aeſop.*

Sæpè ſub ſordido palliolo latet ſapientia. *Cic.3.Tuſc.*

Cultus, & victus familiaris vitam indicant. *Ter.in Andr.*

Veſtiri decet in foro honeſtè, domi, quod ſatis. *Gell.lib.1.*

Exterior habitus manifeſtè demonſtrat qualia ſit intus mentis diſpoſitio. *Andr.Capell.*

Vir benè veſtitus ꝓ veſtib. eſſe peritus
Creditur à mille, quāuis idiota ſit ille,
Hunc homines honorant, quem veſtimenta decorant.

Exterior ſuperfluitas interioris vanitatis eſt indicium. *Ber.in Apolog.*

Sub quauis veſte benè colitus pietas. *Idem in ep.*

Neglecta mundicies, & inculta veſtis cultus ipſe ſine cultu. *Au.de do.Ch.*

Muliebri veſte vtentes infames reddūtur. *Idem lib.2.Solil.c.6.*

Cultus prouinciæ morem ſequatur. *Hier.in epitaph.Nepot.*

Sordidæ veſtes candidæ mentis ſunt indicium. *Idem ad R. 57.*

Veſtium curioſitas deformitas mētiū, & morū indiciū. *Ber. de co. ſid. l. 3.*

*Vicinitas.*

Si propè claudum vicinum habitaueris, & ipſe claudus ambulare diſces. *Plut. de lib. educ.*

Prędium vendens Themiſtocles, proclamari iuſſit, bonum quoque uicinum hàbet. *Idem in apoph.*

Laudanda, vel potius amanda vicinitas. *Cic. pro Planc.*

Ipſa vicinitas lites, & controuerſias parit. *Demoſt. 1. Olynt.*

Nihil tuarum rerum facilè interibit, ſi habeas vicinum bonum, qui ſtatim in periculo ſuccurrat. *Heſiod.*

Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet. *Hor. 19. epiſt.*

Nunc ergo illud verbum experior, vetus aliquid mali eſſe propter vicinū malum. *Plaut. in mercat.*

Inter vicinos interdū maxima creſcūt
Iurgia; longinqui rarius illud habent. *Bellinus.*

Dilige vicinos, vt ſis dilectus ab ipſis
Vicino melius nil crede fore bono. *Iac. Beneu. c. 12.*

Feruida vicino flamma vapore nocet. *Ouid. ſine tit.*

Pro-

Proximus à tectis ignis defenditur ægrè. *Idem 2. de rem. amor.*

Inter finitimos vetus, atque antiqua ſimultas,

Immortale odium, & nunquàm ſanabile vulnus. *Iuu. ſ. 1. 15.*

Vicini alendi ſunt in fame, *apud Stob.*

Rarò abſq; damno proximorum ædificatur. *apud iuriſc.*

Melior eſt vicinus iuxtà, quà, frater procul. *Prou. c. 27.*

Vicinum amare eſt illum corrigere. *Aug. tract. 8. ex per S. Euang.*

*Victoria.*

Victoria eſt vis in certamine ſuperãs. *Plat. in diff.*

Victoria eſt ſemper inſolens & ſuperba. *Cic. ad ſeruium.*

Facile eſt vincere non repugnantem. *Idem 2. Tuſc.*

Victoria magno empta non eſt victoria, ſed calamitas: interdum enim felicius eſt non aſſequi, quàm nimiò mercari, quod ambis. *Ex apoph.*

Vnius ducis ingenio victoriam acceptam ferri oportet, non virtute militum. *Ibidem.*

Victoriæ ſpes extenuat omnia, quæ ſolent à bello deterrere. *Ibidem.*

Moderanda eſt victoria, nec ſævien-

dum eſt in eos, qui contra ferre arma deſinunt. *Ibid.*

Nulla eſt ſpecioſior uictoria, quàm uirtute uincere. *Ibid.*

In bello prima ducum debet eſſe cura, vt quàm minima ciuium iactura pa retur victoria. *Ibidem.*

Victoria tota eſt poſita in conſultatione boni. *Eurip. in Phœnis.*

Pulcherrimum victoriæ genus eſt terrore domare. *Plin. iun. 2. epiſt.*

Quos uiceris, caue amicos tibi facias. *Curt. lib. 7.*

Pars victoriæ eſt inimicum turbare, antequàm dimices. *Veg. lib. 3.*

Vincere, quàm uti uictoria, eſt facilius. *In hiſt. ſax.*

Victoria ſine aduerſario breuis eſt laus, bis uincit, qui ſe uictoria uincit. *Sen. in pros.*

Cede repugnanti, cedendo uictor abibis. *Ouid. 2. de art. amand.*

*— Si didicit hoſtis*
Ire ſuper ſatis eſt, uitamque relinquere uicto. *Statius lib. 2. Thebaid.*

Victoris in manu eſt bellum mutare. *Sal. in coniur. catil.*

Qui facilè uincitur, non uincitur, ſed conſentit. *Aug.*

Victoria de hoc mundo non noſtris uiri-

uiribus adſcribendæ. *Idem lib. 21. de Ciu. Dei, cap. 25.*

Non eſt glorioſa uictoria, niſi ubi fuerint laborioſa certamina. *Ambr. de off.*

Victoria turpis inhoneſtè quæſita. *Idem 3. off.*

Victoria non minor eſt hoſtes tolerare, quàm hoſtes uincere. *Greg.*

Si deeſt hoſtis, & pugna, nulla eſt uictoria. *Lactant.*

*Viduitas.*

Viduæ præ cæteris uacare debent orationi. *Anſel. ſup. Timoth.*

Vidua grauius contra concupiſcentiam confligit, quàm uirgo. *Aug. contra Iulian.*

Viduæ ut plurimum defenſorem non habent. *Chryſ. ſuper Ioan. hom. 6.*

Honora uiduas, quæ ueræ uiduę ſunt, quia duplici honore ſunt dignæ. *Apoſt. ad Timoth.*

Vidua, quæ in delicijs eſt, mortua eſt. *Idem.*

Vidua cum priuatur uiro, uita priuatur. *Apud Legiſt.*

Mutate ueſtem uiduæ, in caſtitate uiuite,

Luxuriantes fugite, ne poſsint uos decipere. *Ambr.*

*Vindicta.*

Vindicta eſt, per quam vis, aut iniuria, & omninò quicquid obſcurum, aut ignominioſum eſt, defendendo, & vlciſcendo propulſatur. *Cic. in Rhet.*

Vltio vltionem vocat, & cędes cędem. *Eurip.*

Vindicta nemo magis gaudet, quàm fæmina. *Iuu. ſat. 13.*

Rectius eſt in auctore criminum vindicari; ad multos metus, ad paucos pęna pertinet. *Veg. lib. 2.*

Scito enim; honeſtum, & magnũ vindictæ genus eſt parcere. *Sen.*

Morientibus præcipuè ſolet eſſe ſolatium ſpes vindictæ. *Ex apoph.*

Frater fratris necem vlciſcitur. *Hom. Illiad. lib. 24.*

Nemo eſt, qui iniuriam accipiat, qui cum tempus datur, ſe vlciſci non quærat. *Aeſop.*

An tu ne dubita, minuet vindicta dolorem. *Ouid. lib. 1. eleg.*

Vindex malus, & miſer. *Apud Stob.*

Vindicari velle eſt de alieno malo lætari. *Aug. lib. 3. quaeſt. ſuper Leuit.*

Vindicta in corde poſita nocentior ui pera. *Chryſ. ſuper act. Apoſt. ho. 41*

uindicare uis, ſile, & funeſtam de-

duiti

diſti plagam. *Idem ſuper Matth.*

*Vinum.*

In vinum multum plerunque confertur culpa, quòd, ſi loqui poſſet, ſe defenderet. *Plaut.*

Vinum remedium aduerſus ſenectutis duritiem. *Plat. de leg.*

Sicut igne ferrum, ità uinò corpora ſenum molliuntur. *Ibidem.*

In vino, ſicut in ſpeculo multorum ingenia præuidentur. *Idem apud Plut. problem. dec. 2.*

Vinum ad moderationis legem ingenia reuocat, placidiorem reddit hominem, aſperitatemq; mitigat. *Apud eund. problem. dec. 1.*

Vino forma perit, uino corrumpitur ætas.

Vino ſæpè ſuum neſcit amica uirum. *Prop. lib. 1. eleg.*

Vitis tres vuas fert primam, voluptatis, ſecundam ebrietatis, tertiam mœroris. *Anach. apud Diog.*

Vinum loquaces facit, intempeſtiuaque garrulitate, & animi elatione implet. *Plin. in ſymph.*

Primum poculum ad ſitim pertinet, ſecundum ad hilaritatem, tertium ad voluptatem, vltimum ad inſaniam. *Appul. 3. Florid.*

Vinum ſemper ſitim auget. *Gall.*

*de ſimpl. med. fac.*

Vt Venus eneruat uires, ſic copia Bacchi,
Et tentat greſſus, debilitatque uires.
*Virg. de Ven. & vin.*

Vina parananimos Veneri. *Ouid. lib. 1. de rem. amor.*

Vinum impellit ſenem etiam nolentem ad ſaltandum. *Ex apoph.*

Hedera ſuſpenſa nihil eſt opus uino vendibili. *Plaut.*

Magnum hoc uitium uino eſt, pedes captat primum, luctator doloſus eſt. *Idem in comed.*

Non mare tot guttas fluctuat, quot erroríb. Bacchus ſcaturit. *Mat. Agri.*

Ille liquor docuit uoces īflectere cātu,
Mouit & ad certos neſcia membra modos. *Tibul.*

-o❦o-

Vinum quippe non repudiatur in vſu, ſed condemnatur in exceſſu. *Ambr.*

Potentes, ſi iracundi ſunt, uinum non bibant, ne cum biberint, obliuiſcantur ſapientiam. *Iſid.*

Vnum, & mulier apoſtatare facient ſapientem. *Eccl. cap. 19.*

Noli Regibus dare vinum, nullum enim ſecretum eſt, ubi regnat ebrietas. *Prou. cap. 31.*

Vi-

inum metus corpori commodius. *Aug. lib. 12. de mor. orib. Manich.*

Vinum ad lætitiam, nõ ad ebrietatem datum eſt. *Idem de ſalut. docum.*

Vinum, & iuuentus duplex eſt incendium. *Idem ad Fratr. in erem.*

Iucũditati, non ebrietati creata eſt vini materia. *Idem ad Sacr. Virg.*

*Vide in tit. & ebrietas.*

*Violentia.*

Vis eſt maioris impetus, qui repelli nõ poteſt. *Apud Iuriſp.*

Cuſtodia aduerſus vim parum proficit. *Ibidem*

Nullum violentum eſt perpetuum. *Ariſt. de cæl. & mund.*

Vt nihil agẽdũ. *Cleob. apud Diog. li. 1.*

Violentia comites habet inimicitiam, & periculum. *Apud Stob.*

Vi opus eſt, vt vim repellamus. *Curt. lib. 8.*

Nihil iuri tam inimicum, quàm vis. *Cic. pro Cæcin.*

—Cedit viribus æquum.
Victaq; pugnaci iura ſub enſe iacent. *Ouid. de triſt. lib. 5.*

---Peragit tranquilla poteſtas,
Quod violenta nequit, mandataque fortius vrget,
Imperioſa quies. *Claud. li. 1.*

Nulla res tam facilis, quin difficilis ſit,

fit,ſi inuitus facias. *Terent.*

Maioribus cenſetur meritis dignus, qui bona ſpōte peragit,quam qui ea coactus exercuit. *And.Gualt.de amor.lib.1.*

Operatis ex neceſſitate ſequitur triſtitia. *Ariſt.magn mor.c.4.lib.2.*

Plus valet,quod violentia cogit,quàm quod ſuadet,& præcipit verecūdia. *Val.Max.lib.3.*

*Virginitas.*

Virginis definitio eſt ſāctum eſſe corpore,& ſpiritu. *Hier.ad Nep.*

Virginitas difficile ſeruatur. *Idem ad Demetr.*

Virgines rarò procedant. *Ibidem.*

Virgo periclitatur in conuiuio ſecularium. *Idem de vitan.ſuſp.cont.*

Virgo ieiunet, humilis ſit, & lateat. *Idem ad euſt.*

Virginitas in eo facilior eſt, quia carnis incentiua non nouit, & viduitas in eo ſolicitior, quod præteritas in eo recolit voluptates. *Idem in epiſt. ad Eug.*

Virginitas frumentum, nuptiæ hordeum, fornicatio ſtercus nuncupatur. *Idem aduerſ.Iouin.*

Virgo non immoderatè rideat. *Bern. ſer.26.*

Virgo cū deuotione reddat quæ Deo pro-

promiſit. *Idem ad ſoror. ſer. 26.*

Virginitas conſulitur, humilitas verò præcipitur. *Idem ſuper Miſſus eſt. hom. 1.*

Virginitas laudabilis, ſed humilitas neceſſaria, & ipſarum pulchra permixtio. *Ibidem.*

Quid prodeſt integra caro mente corrupta? *Aug. ſuper pſal. 29.*

Melius eſt humile coniugium, quàm ſuperba virginitas. *Ibidem.*

Virginitas non eſt de præcepto. *Ber. 15. mor.*

Maior tamen eſt victoria virginum, quàm Angelorum, hi enim ſine carne viuunt; illæ autem in carne triũphant. *Ambr. li. de off.*

Virginitas non pudica, quæ lege tenetur, nec caſta, quæ metu cogitur, nec honeſta, quæ mercede conducitur. *Idem de Virg.*

Virgo habitu tantum bis adultera. *Idem de virg. lapſ.*

Virginitas imperari non poteſt. *Idem de Virg.*

Virgo carne, nō mente, nullum habet præmium in repromiſſione. *Iſid. de ſum. bon.*

Virginitas ſi labitur, nullatenus reparatur. *Idem.*

Qui corpus ſuum continentiæ dedicant,

cant, cum fœminis habitare non præſumant. *Idem.*

Virginitas carnis corpus intactũ; virginitas animæ fides incorrupta. *Aug.*

Virginitas ſoror eſt Angelorum, victoria libidinum, regina virtutum, poſſeſſio omnium bonorum. *Cipr. in li. de Virg.*

Longa caſtitas poſt peccatum imitatrix eſt virginitatis. *Cæſareus.*

*Virtus.*

Virtus eſt habitus optimus mortalis animātis per ſe laudabilis. *Plat. in def.*

Virtus neque naſcitur, neque caſu contingit; ſed doctrina, & ſtudio cōparatur. *Idem in Pythag.*

Amitti virtus non poteſt. *Ci. 2. Tuſ.*

Præter vitia & virtutes nullam eſſe rem, aut fugiendam, aut appetendam. *Idem 5. de fin.*

Non eſt neceſſe, tanquàm meretricem in matronarum cætum, ſic voluptatem in virtutum conſilium adducere. *Idem 2. de fin.*

Virtutem etiam in hoſte diligimus. *Idem in Lælio.*

Nunquàm poteſt non eſſe virtuti locus. *Sen. ex trag.*

Marcet ſine aduerſario virtus. *Idem de Prou.*

Virtus non recipit ſordidum amatorem.

rem. *Idem de benef.*

---Sed famam extendere factis.

Hoc virtutis opus. *Virg. Aeneid. 10.*

Gratior eſt pulchro veniens è corpore virtus. *Idem lib. 5. Aeneid.*

Virtus, & ars in difficilibus verſatur. *Ariſt. 2. Eth.*

Virtuti perfectæ non eſt condignus honor. *Idem eth. 4.*

Inter virtutem, & vitium nullum medium. *Auer. Phiſic.*

Virtutis poſſeſſio, niſi agat, nihil prodeſt. *Plut.*

Virtus magis vſu diſcitur, quàm lectione. *Ex apoph.*

Virtus libris expreſſa, quodammodo picta virtus eſt. *Ibidem.*

Laudibus humanis virtus non eget ducit enim laudē ſuam, & decus. *Ibid.*

Ille infelicisſimè egenus eſt, qui nulla virtute eſt præditus. *Ibidem.*

Imbecillitas corporis frequenter impedit virtutis vſum. *Ibidem.*

Rara quidem virtus, non fortuna gubernat,
Quæ maneat ſtabili, cum fugit illa, pede. *Ouid. 5. de triſt.*

Ipſe licet venias muſis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras. *Idem 2. de art. amand.*

Ex-

Excitat auditor ſtudium, laudataque virtus
Creſcit, & immenſum gloriæ calcar habet. *Idem 4.de pont.*

Migrat in exilium virtus, vitiumque triumphat,
Regnat, & in populis grande tribunal habet. *Henr.Samxr.li.1.par.2.*

Laudis cupiditas,& ignominiæ timor ad virtutem excitant. *Iul.Ceſ li.7.*

Virtus in principio difficilis, in medio facilis,i fine añt delectabilis. *Auct.*

In quibusdã vitia ipſa, in quibuſdã virtutes nõ habent gratiã. *Quin.li.11.*

Nec in domo,nec in ciuitate diuite habitat virtus. *Bion.apud Volat.*

Virtus poſt vitia magis ſe attollit. *Sal. ad Caſ.de rep.ord.*

Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces. *Sil.Ital.li.7.*

Quis enim amplectitur illam virtutẽ præmia ſi tollas? *Iuu.ſat.10.*

Virtute decet, non ſanguine niti. *Claud.de inſtit.Princ.*

Vireſcit vulnere virtus. *Furius in Poe.*

Ad ſtudium virtutis magis eſt intendendum,quò minus ſupereſt vitæ. *Ex apoph.*

Virtus neque dono datur,neque accipitur. *Sall.*

Sola virtus expers ſepulchri. *Plaut.*

Vir-

Virtuti fortuna cedit. *Idem.*
Virtus fortunare ſolet, *Senec.*

Omnes virtutes ſibi ità cohærent, vt qui vna caruerit, omnibus careat: qui ergo vnam habet, omnes habet. *Hier in epiſt.*

Virtus mater eſt gloriæ, ſola enim eſt, cui gloria iure debetur. *Ber. in epiſt.*

Virtus maxima inter prauos bene viuere. *Ibidem.*

Lauda factam de neceſsitate virtutē, ſed plus illam, quam elegit libertas, non inducit neceſsitas. *Ibidem.*

Rara virtus eſt alienæ non inuidere virtuti, multo grauior gaudere ad illam. *Ibidem.*

Virtus cerni non poteſt, niſi habeat vitia contraria, aut non poteſt eſſe perfecta, niſi exerçeatur aduerſis. *Lact. lib. 5.*

Nulla virtus eſt vera virtus, niſi alijs virtutibus ſit admix ta. *Ibidem.*

Virtutes, niſi ad Deum referantur, vitia ſunt. *Aug. li. 22. de ciu. Dei.*

Virtutes ſuas recitare, cum nulla neceſsitas cogat, extremæ eſt dementiæ. *Chryſ. ſuper ep. ad Hebr. ho. 17.*

Virtus ſemper odium parit. *Idem ſup. Ioan. c. 12.*

Virtutibus amaritudo eſt permixta,

vitia

vitia verò voluptate ſunt condita. *Lact. Firm.*

Virtus eximia etiã impios rapit in ſui amorem. *Idem li. 5.*

Nulla ſine labore virtus eſt: quia labor proceſſus eſt virtutis. *Ambroſ. ſuper pſal. 118.*

Eò virtus eminentior, quò ſtatus inferior. *Idem in quod. ſer.*

Virtus in infirmitate perficitur. *Idem in exam. lib. 3.*

Plerunque virtus cùm indiſcrete tenetur, amittitur; cũ diſcretè intermittitur, plus tenetur. *Greg.*

Si diues, lauda fortunã, ſi nobilis, progenitorem, ſi pulcher, naturam, ſi virtute prçditus, lauda te ipſũ. *Ar.*

Ad virtutes difficilè confugimus, ad vitia ſine labore labimur. *Iſid.*

## *Vita.*

Vita eſt beatorum lætitia, miſerorum mæſtitia, expectatio mortis. *Secun. Philoſ.*

Sic viue cum hominibus, tanquã Deus videat, ſic loquere cum Deo, tãquã homines audiant. *Sen. ep. ad Lucil. lib. 2. cap. 3.*

Qui dies ſuos tanquam vitam ordinat, nõ optat craſtinum, nec timet. *Idem de breu. vit.*

Malè viuunt, qui ſemper ſe victuros putant.

putant. *Ibidem.*

De partibus vitæ omnes deliberamus, de tota autem nemo. *Idem ep.72.*

Punctum eſt, quod viuimus, & adhuc puncto minus. *Idem ep.49.*

Nemo tàm diues habuit fauentes,
Craſtinum vt poſſit ſibi polliceri.
*Idem ex Trieſt. ex tragæd.2.*

Non enim viuere bonum eſt, ſed bene viuere. *Idem ep.71.*

Malè viuunt, qui ſemper viuere incipiunt, eò quod illis ſemper imperfecta vita eſt. *Idem ep.23.*

Heu quàm multa occurrunt pęnitenda diù viuendo. *Idem in prou.*

Vt ſatis vixerimus, non anni, & dies faciunt, ſed animus. *Idem ep.62.*

Vtrunque efficax eſt ab benè viuendum, & bene inſtitui, & feliciter naſci. *Plin. iun. in Pan.*

Ità viuendum, quaſi mortem ſemper adeſſe cernamus. *Aeſop.*

Quis eſt, quamuis adoleſcens, cui ſit exploratum ſe vſque ad veſperam eſſe victurum? *Cato. maior.*

Non malum eſt viuere, ſed male viuere. *Diog. lib.6.*

Stat ſua cuiq; dies, breue, & irreparabile tempus.
Omnibus eſt vitæ. *Virg. in Aeneid.*

Cõmorandi nobis natura diuerſoriũ,

non habitandi dedit. *Cic.de ſenect.*
Vtrum viuere an mori ſit melius, Dij immortales ſciũt, hominem quidē arbitror ſcire neminē. *Idem 1.Tuſ.*
Nemo eſt tàm demēs, tamque parum de ſe cogitans, qui alienam vita magis, quàm ſuam, diligat. *Idē in Vat.*
Quis ſcit, an adiiciant hodiernæ craſtina vitæ
Tēpora dii ſuperi? *Hor.li.4.car.od 7.*
Viue memor quàm ſis æui breuis. *Idem ſat.3.*
Non eſt, crede mihi, ſapientis dicere, viuam,
Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie. *Mart.lib.1.epigr.ad Iul.*
Tota vita hominis vnus eſt dies. *Quint.decl.4.*
Mali ita viuunt, vt edant, & bibant, ſed boni ideo cibum ſumunt, ac potum, vt poſſint viuere. *Plūt.*
Circa duo verſatur vita, & omne ſtudium animalium, in procreando, & alendo. *Ariſt.de anim.8.*
Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non poteſt colere. *Cic.2.Rhet.*
Vt in vita, ſic in oratione nihil eſt difficilius, quàm quod deceat videre. *Idem in orat.ad Brut.*
Viuens fac lauderis, moriens beatus repute-

reputeris. *Demetr. Phaler.*

Quidam tempus exiguũ viuũt, annos vero multos. *Simon. apud Stob.*

Solus vixit, quantum voluit, qui mori mauult. *Quint. decl. 4.*

Prima pars æui ſeſe neſcit, media curis obruitur, vltima moleſta ſenectute premitur. *Plaut.*

Ad viuendum profectò, velut ad natandum is eſt melior, qui ab onere magis eſt vacuus. *Perian.*

Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miſeriis. *Iob cap. 14.*

Præſens vita bellum eſt aſsiduum. *Aug. in Euang. Ioan.*

Non eſt vera vita, niſi, vbi feliciter viuitur, nec vera incorruptio, niſi vbi ſalus nullo dolore corrumpitur. *Idem in quod. ſer.*

Vitam diuturniorem petere non eſt iniuſtum. *Idem lib. 2. contra Gaud.*

Quid eſt diù viuere, niſi diù torqueri, niſi malos dies malis diebus addere? *Idem in Euang. Matth.*

Longam cœnam malam nemo vult habere, nec ferre; longam vitam malam penè omnes uolunt habere. *Idem in ſerm.*

Nemo tam decrepitæ ſenectutis eſt, vt

vt nō ſe putet vnum adhuc annum eſſe victurum. *Hier.*

Perrarum eſt, vt hominis cuius mala sēper vita fuit, bona ſit mors. *Idem cap. de dilect. & charit.*

Vita humana curſus ad mortem. *Idem.*

Semper ita viuamus, vt rationem nobis reddendum arbitremur. *Greg.*

Multa ſunt vitæ actiuæ merita, ſed cōtemplatiuæ potiora. *Idem.*

Vita ignominiam coniunctam habēs, fugienda. *Idem.*

Tantis malis vita hæc repleta eſt, vt cōparatione ſui mors remedium putetur eſſe, non pœna. *Idem ſer. 40.*

Vitæ humanæ tempus curſoribus comparatur. *Chryſ.*

Vita humana ferro ſimilis eſt, quem ſi exerceas, atteritur, ſi non exerceas, rubigo conſumit. *Aug.*

Stultum eſt in eo ſtatu viuere, in quo quis non auderet mori. *Idem.*

*Vitium.*

Vitium eſt quædam animi diſſonantia. *Plat. in diff.*

Non modo pronum eſt iter ad vitia, ſed præceps. *Sen. ep. 48.*

Aliorum vitia in oculos habemus; noſtra autē ſunt a tergo. *Idem de ira.*

Omne vitium pugnat contra naturā.

Idem

*Idem epiſt. 115.*

Vitia noſtra, quæ amamus, defendimus & malumus illa excuſare, quā excutere. *Idem ep. 117.*

Facilius eſt vitiorum initia prohibere, quàm eorum impetus regere. *Idem epiſt. 46.*

Serpunt vitia, & contracta nocent, & in proximum quemque tranſiliunt. *Idem de tranſiliunt.*

*Idem de tranq. anim.*

Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe crimen habet, quantò maior qui peccat habetur. *Iuu. ſat. 8.*

Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & vmbra. *Idem ſat. 14.*

Præter vitia, & virtutes nullam eſſe rem fugiendam, aut appetendam. *Cic. 5. de fin.*

Vnicuique dedit vitium natura creato. *Prop. li. 2. eleg.*

Nam vitiis nemo ſine naſcitur, optimus ille,
Qui minimis vrgetur. *Hor. ſat. li. 1.*

Vitia vituperanda ſunt, non homines, illud eſt amici, hoc autem inimici. *Marſ. in ep.*

—Facilis deſcenſus Auerni;
Sed reuocare gradum, ſuperaſq; euadere ad auras,

Hoc opus, hic labor eſt. *Vir. 6. Aeneid.*

Omne naturæ vitium mutandum eſt non contrario vitio. *Plut. de amic. & adul.*

Errat, qui uitium nobiſcum naſci exiſtimat, ſuperueniunt, & ingrediuntur. *Idem ep. 5.*

Vitia teſtatorum tranſeunt in hæredes. *Tiraq.*

Vt uitium uites, uitiiq; ſuſpicionem. Semper eos tecum, quos uerearis habe. *Ex Sen.*

Vitium eſt affectus naturalis præter ordinem, & ſupra menſuram, ordinem tranſgrediens. *Hugo.*

Sic diligatur homo, ut eius uitium odiatur. *Hier. de obed.*

Quot uitia, tot inuenies animæ tormenta, *Idem ad Demetr.*

Nihil uitioſum naſcitur; ſed uitium fit, ſi malè utamur affectibus, ſi bene, uirtus. *Ibidem.*

Sceleratius eſt animum exponens uitiis, quā corpus incertis caſibus. *Ibi.*

Vitia ante conuerſionem, quas pacem cum homine habent, quandò autem expelluntur, acriori uirtute cōſurgunt. *Iſid. li. 3. de ſum. bon.*

Vitiorum origo eſt in hominis uoluntate. *Aug. li. 2. q. ſuper Exod.*

Vitia,

Vitia, non uitioſi, odienda. *Idem de quæſt.ani.*

Bellum contra uitia ſuſcipiendum, & acriter gerendum. *Idem.*

Venena non dantur, niſi melle circumlita, nec uitia decipiunt, niſi ſub umbra uirtutis. *Ambroſ. in lib. de virg.*

Pluit uitium, ubi pluit aurum. *Greg. in reg. lib. 7.*

Homo malum, cui ſeruit, dominum ſibi facit. *Chryſ.*

Vitia non in natura, ſed in uoluntate, & arbitrio ſita ſunt. *Idem ſup. Gen. hom. 29.*

## *Vocatio.*

Vnuſquiſque in qua uocatione uocatus eſt, in ipſa permaneat. *Apoſt.*

## *Voluntas.*

Voluntas eſt appetitus ſecundum rectam opinionem, affectus rationalis tendens ſecundum naturam, *Plat. in diff.*

Actio recta non erit, niſi voluntas fuerit. *Sen. ep. ad Lucil. lib. 16.*

Non quantum ualeat decretum, ſed uoluntas hominis ſpectanda. *Demoſt. aduerſ. Ariſt.*

Volentem ſine difficultate uocamus. *Euripid. in elen.*

In magnis uoluiſſe ſat eſt. *In hiſt. ſax.*

Sic uolo, ſic iubeo, ſit pro ratione uoluntas. *Iuu. ſat. 6.*

Voluntas euentibus accommodanda. *Apud Stob.*

In ipſa deliberatione facinus ineſt, etiam ſi ad id non peruenerit. *Cic. 3. off.*

Voluntas puniatur, etiamſi non impleatur. *Idem.*

Vnuſquiſque eſt rei ſuæ moderator, & arbiter. *Idem*

Non licet hominem eſſe ſæpè ita, ut uult, ſi res non ſinit. *Terent.*

Voluntas eſt motus rationalis, & ſenſui præſidens, & appetitui. *Bern. de lib. arb.*

Voluntas non eſt, ubi eſt neces ſitas. *Idem de lib. arb.*

Voluntas non cogitur, & propterea ſola meretur, uel demeretur. *Idem ſuper Cant. ſer. 59.*

Voluntati, nec leges imperant, nec principes dominantur, libera eſt, & maximè ſi ſpiritu ducitur: quia ubi ſpiritus, ibi libertas. *Idem in quad. epiſt.*

Voluntas dicitur à uolatu, quoniã animus, quò uult, nimia uelocitate tráſfertur.

fertur. *Caſſ. ſuper pſal. 13.*

Voluntas Dei in omnibus operib. noſtris attendenda. *Greg. 6. mor.*

Quos plerunque voluntas praua peruertit, aduerſitas corrigit. *Idem 33. mor.*

Voluntas ad malè agendum libera eſt, ad benè non ita. *Aug. ſer. de verb. apoſt.*

Voluntas humana libera non eſt, quandiù cupiditatibus ſubditur. *Idem epiſt. 144.*

Mala voluntate non ſolùm quiſq; miſer efficitur, ſed miſerior poteſtate, qua deſiderium malæ voluntatis impletur. *Idem lib. 3. de Trinit.*

Quicquid vis, & non potes, factum Deus computat. *Idem ſup. pſal. 57.*

Voluntas eſt, qua peccatur, & qua benè viuitur. *Idem lib. 1. retract.*

Omnia reliquit, qui voluntatem habēdi deſeruit. *Hier.*

Quod ardenter volumus diſſimulare non poſſumus. *Idem ad Heliod.*

*Voluptas.*

Omne id, quo gaudemus, voluptas eſt, vt omne, quo offendimur, dolor. *Cic. 2. de fin.*

Nemo eſt dignus nomine hominis, qui vnum diem totum velit eſſe in voluptate. *Ibid.*

Amores,& deliciȩ maturè;& celeriter defloreſcunt. *Idem pro Marc.Cal.*
Vnà cum ſatietate moritur memoria uoluptatum. *Idem 3.off.*
Quò maior eſt uoluptas,eò magis mẽtem à ſua ſede, ſtatuque dimouet. *Idem in Parad.*
Fluit uoluptas,& prima quęq; euolat, ſæpiusq; reliquit cauſas pęnitendi. quam recordandi. *Idem 2. de fin.*
Voluptas eſt malorum eſca, ꝗ ea non minus homines,quàm hamo capiũtur piſces. *Plaut.ex mercat.*
Voluptas eſt doloris refugium. *Plat. de ſum.bon.*
Nulla eſt maior,vehementior, ac magis furioſa uoluptas, quàm circa uenerea. *Idem 3.de rep.*
Homines ad uoluptates ſunt proniores,quàm ad uirtutes. *Ex apoph.*
Voluptates uenientes fucata ſpecie blãdiuntur;abeũtes autem pęnitentiã, ac dolorem relinquunt. *Ibid.*
Ex priuatis affectibus ferè omnis humanæ uitę pernities naſcitur. *Ibid.*
Voluptati inhoneſtæ parata eſt comes pęnitentia. *Ibid.*
Quàm optimè hoc natura comparatũ eſt, vt hæ duæ res ſeſe inuicem comitentur,uoluptas,& dolor. *Ibid.*
Non turpe eſt uti conceſſa libertate;

ſed

ſed ei ſeruire, deditumq; eſſe in turpibus, eſt habendum. *Ibidem.*
Amplecti voluptates fœminarū potius eſt, quàm uirorum. *Ibidem.*
Voluptates commendat rarior uſus. *Iuu.ſat.11.*
Difficilius eſt reſiſtere voluptati, quā iræ. *Ariſt.2.eth.*
Homo uoluptatibus deditus beſtialis dicitur. *Idem 3.eth.*
Nulla eſt uoluptas, quæ aſſiduitate ſui faſtidium non pariat. *Plin. de nat.hiſt.c.19.lib.12.*
Sperne uoluptates, nocet empta dolore uoluptas. *Hor.lib.1.epiſt. ad Lol.*
Eſt uirtus placidis abſtinuiſſe bonis. *Ouid.6.ep.Heroid.*
Trahit ſua quemque uoluptas. *Virg. eglog.2.*
In uoluptatis regno uirtuti nullus eſt locus. *Cato maior.*
Dolor, & uoluptas
Inuicem cedunt, ac breuior uoluptas. *Sen.in Thyeſte.*
Effæminat animos amænitas nimia. *Idem epiſt 7.c.3.*
Eò deliciarum peruenimus, ut, niſi gēmas calcare uelimus. *Idem ep.87.*
Mirum eſt, fortiter aliquid dici ab homine mollitiem profeſſo. *Idem.*
Vis ciborum uoluptatem contemnere

exitum expecta. *Idem epiſt. 111.*

Impedit conſilium uoluptas, rationi inimica eſt, ac mentis (ut ita dicam) perſtringit oculos. *Cic. in Cat.*

Breuis uoluptas ſummo, & diuturno dolore emitur. *Marſ. 1. epiſt.*

Delectatio victa honeſto optima, ſecus eſt peſſima. *Iſocr. apud Stob.*

In pecudum, ferarumque numerum habetur quiſquis corporis uoluptatibus preſſus eſt *Aul. Gel. lib. 1.*

Voluptatum appetentia plena eſt anxietatis, ſatietas uerò pœnitentiæ. *Boet. 3 conſol.*

Voluptatibus ſimul, & uirtutibus nemo ſeruire poteſt. ...

Inter uoluptatem, & dolorem nihil medium. *Ariſt.*

Voluptas nec abſolutè bona, nec ſimpliciter mala. *Plat.*

Facilè adoleſcentiũ ingenia à diſciplina honeſta ad luxũ dilabuntur. *Idẽ.*

Voluptas eſt cũ quadam lubrica ſuauitate ad illicita fœdę mentis inclinatio. *Iſid. in Simon.*

Ea eſt uera uoluptas, quæ uirtutis eſt comes, & ſocia. *Lact. de vero cultu.*

Minus uoluptatibus ſtimulatur, qui non eſt, ubi frequentia eſt uoluptatum. *Aug. de ſing. cler.*

Volu-

Voluptas quærit, quid iucundum ſit ſenſibus; ratio uero quid uerũ mẽte uideatur. *Idem lib. 1 1. de Ciu. Dei.*
Voluptas, & dolor ad ſenſum pertinẽt communem, *Idem lib. 2. de lib. arbi.*
Voluptatem pariunt conuenientia do lorem reſiſtentia. *Idem de verb. rel.*
Voluptas mortis fabricatrix. *Idem.*
Voluptas ſub neceſſitate aliquando ſe palliat. *Greg. 30. mor.*
Hi frequenter maiores tribulationes ex carne ſuſcipiunt, qui carnis uolu ptatibus delectantur. *Idem 12. mor.*
In facetijs multa periuria. *Chryſ. ſuper ep. ad eph. ſ. ſer. 15.*
Deliciæ ad corporis neceſſitatem non pertinent. *Idem ſuper epiſt. ad ephe ſ. ſer. 1.*
Semper uoluptas famem ſui habet, & tranſacta non ſatiat. *Hier. ad Dam.*
Vinum, & adoleſcẽtia ſunt duplex incendium uoluptatis. *Idem ad Euſtoch.*
Quicunque à pueritia dederit ſe delicijs, manebit in ſeruitute, ut uiuens mortuus ſit. *Ambr. in quad. epiſt.*
Facilè onus afflictionis ſentiunt, qui vti ſuauibus delicijs cõſueuerunt. *Caſſiod. lib. 4. epiſt.*

*Votum.*

Votum eſt hominis precatio ad Deũ,

 qua,

qua, uel bona, uel quæ bona uidentur efflagitantur. *Plat. in diff.*
Mortales pro commodis uota mutant. *Aeſop.*
Non benè mactato cæleſtia numina gaudent,
Sed quæ præſtanda eſt, & ſine teſte fides. *Ouid. 16. epiſt.*
Et Dominum mundi flectere uota ualent. *Martial. lib. 8. epigr.*
Caſta dona Deo conſecranda. *Cic. 2. de leg.*

Votum eſt deliberata, & ſpontanea promiſſio Deo facta de ijs, quę ſunt Dei. *Thom.*
Quod ſemel egreſsū eſt de labijs tuis, obſeruabis, & facies, ſicut promiſiſti Domino Deo tuo. *Deut. c. 23.*
Non immolabis Domino Deo tuo bouem, & ouem, in quo eſt macula, aut quippiam uitij. *Ibid. c. 17.*
Si quid uouiſti Deo, ne moreris reddere, diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio. *Eccl. c. 5.*
Multo enim melius eſt non uouere, quàm poſt uotum promiſſum non reddere. *Ibidem.*
Victimæ impiorum abominabiles Domino, vota iuſtorum placabilia. *Prou. cap. 15.*

Ruina eſt homini deuotare ſanctos, & poſt uota retractare. *Prou.c.20.*

Ille apud Deum plus habes loci, qui plus attulit non argenti, ſed fidei. *Aug.in lib.de omib.*

In turpi uoto muta decretum, quod incautè uouiſti, non facias, impia eſt promiſsio, quæ ſcelere adimpletur. *Iſid.lib.2.Solil.*

Quantò citiùs malum uotum adimplere promittitur, tantò celerius punitur. *Greg.16.mor.*

Non Abel ex muneribus, ſed ex Abel munera oblata placuerunt. *Idem 2.mor.*

Ante Dei oculos nunquàm eſt uacua manus à munere, ſi arca cordis plena ſit bona uoluntate. *Idem.*

In uouendo fuit ſtultus, qui diſcretionem non adhibuit, & reddendo impius. *Hier. tractans illud. Votum vouit.*

Bonum quidem uotum, ſi tamē nihil ibi miſceatur aduerſum. *Caſſ.lib.3.*

Abſq; neceſsitate remiſsio uoti non diſpenſatio, ſed preuaricatio eſt. *Ber. de præcept.& diſcipl.*

Iuſtè exigitur ad ſoluendum, qui non cogitur ad uouendum. *Idem.*

Sancti quidem, & honeſti propoſiti dilatio magna eſt ruina. *Petr.Chryſ.*

*Vſura.*

Vſura eſt illicita quæcunque acceptio alicuius rei vltra debitum. *Iſid.*

Si neceſſarijs contenti eſſemus, minimè vſurariorum peſſimum genus inueniretur. *Plut. de vſur. uitan.*

Fęnus eſt onus etiam diuitibus intolerabile. *Ibidem.*

Peior exiſtimatur ciuis fænerator, quàm fur. *Cat. de ruſt.*

Fęneratio etiam inuiſa quibus ſuccurrit. *Colum. lib. 1.*

Non habet euentus ſordida præda bonos. *Ouid. 1. amor.*

Abſtinentiam exerceas fænoris. *Socr. in exhort. c. 2.*

Vſura eſt lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactum. *Thomas.*

Ad vſuram dantem, & amplius accipientem nunquàm viuet. *Eze. c. 18.*

Vſurarius ſuper oẽs mercatores maledictus. *Chryſ. ſuper Mat. hom. 38.*

Fratri autem tuo abſque vſura id, quo indiget, commodabis. *Deut. c. 23.*

Ad ſacros ordines vſurarij non ſunt promouendi. *Greg. in regiſt.*

Similis eſt pecunia vſurarij morſui aſpidis: percuſſus enim ab aſpide, quaſi delectatus vadit in ſomnum, & per ſuauitatem ſoporis moritur. *Chryſ.*

*Chry. ſuper Matth. 5.*

Qui ſub vſura accipit ſub tẽpore, quaſi beneficium ſentit; & vſura per omnes eius facultates diſcurrit, & totũ conuertit in debitum. *Idem.*

Mutuum date, nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra multa. *Luc. in Euang. c. 6.*

*Vſus.*

Æra nitent vſu, veſtis bona quærit haberi,

Caneſcunt turpi tecta relicta ſitu.

*Ouid. 1. amor.*

Gutta cauat lapidem, cõſumitur anulus vſu,

Et teritur preſſa vomer aduncus humo. *Idem 4. de pont.*

Quæ ex vſu ſunt, non timentnr. *Veg.*

Vſitata vileſcunt. *Idem de re milit.*

Omnes artes, omniaque opera quotidiano vſu, & iugi exercitatione proficiunt. *Idem.*

Iam mores fecerat vſus. *Virg. Georg.*

Vſus rerum frequens omnium rerum præcepta ſuperat. *Ci. 1. de orat.*

Vſus, & experientia dominatur in artibus, nec eſt vlla diſciplina, in qua non peccando diſcatur. *Colum. de re ruſt.*

Follibus aſſuetus loricam ferre recuſat,

Ceruici

Ceruici teneræ ferrea caſſis obeſt. *Mart.*

Pullulat in ſpeciem naturæ concalor vſus,
Et quaſi naturæ filius eſſe poteſt. *Matth. Vindoch. c. 12.*

Res eſt dura nimis vſũ deponere lõgũ,
Radix euelli non valet alta benè. *Iac. Beneu.*

Omne, quod eſt crebrum, nimio vileſcit in vſu,
Omne, quod eſt carum, carius eſſe ſolet. *Henr. Samar.*

Rerum terribilium vſus, conſuetudo domeſtica facit. *Aeſop.*

Omnesq; res laudantur, atque appetuntur, vt earum vſus eſt. *Sal.*

Vtilior eſt vſus expers artis, quàm ars, quæ ſui vſum non habet. *Chryſ.*

Vſus citò commutat naturam. *Amb.*

Vſus artem fecit. *Idem in pſal. 37.*

Aegreſcit profectò ingenium, niſi iugi lectione reparetur. *Caſſiod.*

Vulgi vſus non præiudicat veritati. *Ambr.*

*Vide etiam in tit. Conſuetudo.*

*Vtilitas.*

Vtilitas commodum eſt alicui ex aliqua re adueniens. *Ex Aug.*

Sæpè, quæ nobis videntur noxia, vtilia ſunt,

ſunt; quæ verò vtilia, noxia. *Aeſop.*
Parua incōmoda maiori vtilitate ſunt penſanda. *Idem.*
Vtilia iucundis præferenda, cum obtineri vtrumque non poſſit. *Claud.*
Ea, quæ videntur vtilia cum honeſtis pugnare aliquandò poſſe. *Ci. 3. off.*
Nihil vero vtile, quod non idem honeſtum; nec honeſtum, quod idem vtile non ſit. *Ibidem.*
Nemo eſt, quin putet expetendam eſſe maximè dignitatem, ſed vincit vtilitas plerunque. *Idem 2. de orat.*
Nihil tam vtile eſt, quod in tranſitu proſit. *Sen. ep. 2.*
Vtilitas, quamuis ratione oblata, repudianda non eſt, niſi repugnet cum honeſtate. *Demoſt. 1. Olynt.*
Publica vtilitas eſt cuilibet priuilegio præferenda. *Apud Iuriſp.*
Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci. *Hor. de art. poet.*
Sed, quæ non proſunt ſingula, multa iuuant. *Ouid. de art. aman. li. 1.*
Turpe quidem dictu, ſed, modo vera fatemur,
Vulgus amicitias vtilitate probat. *Idē lib. 2. de pont.*
Aſinus mavult ſtramina, quā aurum.
Canes non gaudent leporum odore, ſed venatione.

Vtilia non omnia, quæ profutura videntur. *Chryſ. ſer. 14. ſuper epiſt. ad Rom.*

Qui omnibus eſt inutilis, ſibi vtilis eſſe non poteſt. *Ambr.*

Non ſolùm liberalitatis, ſed etiam commoditatis eſt aliquid de ſuo iure relaxare. *Idem.*

Vtilior eſt in conflictu lorica ferrea, quàm ſtola linea, licet hæc oneri ſit, illa honori. *Ber. in quad. ſer.*

*Vulgus.*

Vulgus eſt plebs facilè ad omnia mobilis.

Difficillimum eſt vulgi variæ voluntati ſatisfacere. *Aeſop.*

Omnis humana turba expers experientiæ viuit. *Plat. de leg.*

Vulgares ſeruis ſunt propinqui. *Ariſt. eth. 2.*

Malis artibus popularis fauor quæritur. *Sen. ep. li. 4. c. 8.*

Populo potius blanditijs, quàm vi imperatur. *Franc. Pet.*

Natura populus tendit ad peiora. *Idem in Dial.*

Quid tam impium eſt, quod mortaliũ vulgus non admittat ampli principatus gratia. *Idem.*

Multitudini place. *Chylo Laced.*

Vulgus cupiditatibus agitur, non ratione. *Ex apoph.*

Qui multitudini placet, is ſapientibus diſpliceat eſt neceſſe. *Plu. de ed. lib.*

Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus,

Hisq; tamē effectis ne faſtidire minores. *Claud.*

Sic eſt vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa iudicat. *Ci. pro Roſſ.*

Nihil eſt facilius, quàm in quellbet affectũ monere populũ. *Quin. decl. 11*

Multitudo, aut humiliter ſeruit, aut ſuperbè dominatur. *Liu. decad. 3. li. 4.*

Tàm mobile eſt vulgi ingeniũ, & perplexum, vt quicquid conſtanter velit, aut nolit, non facile intelligi poſſit. *Demoſt. 1. Olynt.*

Sed nos in vitium credula turba ſumus. *Ouid. li. 4. Faſt.*

Sæuitq; animis ignobiles vulgus,

Iamq; faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat. *Virg. 1. Aeneid.*

Populus, aqua, & ignis irretentibilia omnia. *Focil.*

In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis dignitas principis. *Prou. c. 14.*

Seditionis mater multitudo populi. *Chryſ. ſuper Matth. hom. 1.*

Mul-

Multitudinis inſtabilis voluntas. *Idem ſupra Ioan. hom. 42.*

Vulgus interdum plus ſapit: quia tantum, quantum opus eſt, ſapit. *Lact. lib. 2.*

### *Vultus, facies.*

Vultus eſt volũtatis indicium, qui pro voluntatis varietate mutatur. *Sen.*

Vultus, & frons animi eſt ianua, quæ ſignificat voluntatem abditam, & occultam. *Cic. de petit. conſ.*

Fronte, ac vultu ſimulatio facillimè ſuſtinetur. *Idem ad Lent.*

Animi imago vultus eſt, & iudices oculi. *Idem.*

Facies tua computat annos. *Iuuen.*

Fronti nulla fides. *Idem.*

Heu quã difficile eſt crimen non prodere vultu. *Ouid. Met. 2.*

Et color, & macies, & ueſtis, & omnis egeſtas

Oſtendunt, qualẽ ſenſum ſub pectore geſtas. *Idem de Luc.*

Palluit, & ſubito genua intremuere timore. *Virg.*

Spem vultu ſimulat, premit altũ corde dolorem. *Idem.*

Ex ſpecie comprehenduntur mores. Oleant. *Apud Diog. lib. 7.*

Vultus quoque hominum fingit ſcelus. *Ter. in Heautont.*

Non

Non benè mendacij riſus componitur ore,
Nec benè ſolicitis ebria verba ſonant. *Tibul.*

Cui ſupercilia coniunguntur, improbus eſt. *Nicoſt. apud Stob.*

Quid maius in facie, vultuque noſtro, nullas duas in tot millibus hominũ ſimiles effigies exiſtere? *Plin. lib. 10. hiſt.*

Frons pudoris ſedes. *Aug. de verb. apoſt.*

Facies notat conuerſationem. *Ambr. 2. reg. ſt.*

Non ita exprimit affectum digitus, ſicut vultus. *Ber.*

Formarum varietas, & ſpecierum numeroſitas in rebus conditis quid, niſi quidam radij Deitatis? *Ber. ſup. cant. ſer. 3.*

Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoſcetur. *Eccl. c. 26.*

*Vxor.*

Difficili, & moroſa vxore nihil eſt miſerius. *Aeſop.*

Ducentes vxorem maxima adeunt pericula. *Idem.*

Magnæ felicitatis eſt ad improba vxore liberari. *Idem.*

Cum vxore ita eſt viuendum, vt pudor

dor ſit in verbis, in operibus honeſtas, in conuerſatione fides, & modeſtia. *Ariſt. 3. Aecon.*

Congreſſus oblectationis cum vxore clam fieri debent; admonitiones autem, & reprehenſiones ſint libera, & aperta licentia: *Plut. de præcept. con.*

Æquum eſt maritum præeſſe vxori, non vt dominum pecori, ſed, vt animam corpori. *Ibid.*

Mulieres ſi ſana mente ſunt, cum irati mariti clamant, ſilentium agunt, cũ verò ſilent, eos alloquuntur. *Ibid.*

Viros non irritent vxores. *Ibid.*

Vxor nullum proprium habeat affectum, ſed ſtudia, curas, riſum communia habeat cum uiro. *Ibid.*

Malum ſunt mulieres: veruntamẽ hoc ſine malo domum habitare non licet. *Plut. apud Stob.*

Coniux marito in ægritudinibus, & aduerſa fortuna res eſt ſuauiſſima. *Eurip. Ibid.*

Nulla tam bona eſt vxor, in qua nõ inuenias, quid conqueraris. *Diog.*

Cum muliere præſentibus extraneis nec iurgandum, nec blandicijs agẽdum. *Cleob. apud eund. lib. 1.*

Vxorem tibi parem elige, nam ſi clariorem te duxeris, affines habebis dominos. *Ibid.*

Si

Si turpem duxeris, habebis pęnam, ſi autem formoſam, erit communis.

*Bion.apud eund.lib.4.*

Canes, & equos nobis nobiles, & ex bona progenia quærimns, malam autem vxorem,maliq; patris filiam ducere non curamus. *Theoph.*

In mala vxore,atq; inimico, ſi quid ſu matur,ſumptus eſt. *Plaut.*

Vitium vxoris aut tollendum, aut ferendum, qui tollit, commodiorem pręſtat;qui fert,ſeſe meliorem facit. *Gel.lib.1.*

Aniculam, & cano capite vxorem habere ſpectaculum moleſtiſſimum. *Gal.lib.1.de medic.com.*

Conuenit vxorem & ſi malo uiro locata eſt,contentam eſſe ſua ſorte. *Eurip.in Andr.*

Præſentem virum amare oportet,mortuum miſſum facere. *Idem Elen.*

Sponſa ſine dote non habet loquendi facultatem. *Ibid.*

Amor perennis coniugis caſtę manet. *Sen.ex trag.ad.*

Eſt operæ pretium penitus cognoſcere toto,

Quid faciant, agitentque die, ſi noc̃te mariti.

Auertus iacuit. *Iuu.*

Vxori dominare. *Pitac.Mityl.*

Dolo-

Dolorem de mala vxore tunc mitigabis, quando audies de vxoribus alienis. *Beltrand. Nycon. c. 10.*

Nupta uirum timeat, rata ſit cuſtodia nuptæ,
Hoc decet, hoc leges, iuſq; pudorq; iubent. *Ouid. 3. de art. aman.*

Quò fuit aſperior, quæ poſtea nupſit amanti,
Tantò gratior eſt ipſa futura viro. *Aſtrolab.*

Mitior eſt anguis linguoſæ coniugis ira;
Qui tenet hanc, eius non caret angue ſinus. *Carmen ſcolaſt.*

Melior eſt mulieris dos modica, vel mediocris, quàm magna. *Ariſt. lib. 3. polit.*

cupit rē, tē cupit, rē
Qui vxo li atq; dolo
fugit rē, tē fugit, rē

Domus, & diuitiæ dātur à parentibus; à Deo autem propriè vxor prudens. *Prou. c. 19.*

Ducuntur hodiè vxores non cauſa fornicationis vitandæ, ſed cauſa luxuriæ, non cauſa prolis, ſed cauſa pecuniæ. *Hug. ad ſon. volent. nubere.*

Vxorem pauperem alere difficile eſt, diuitem ferre, tormentum. *Hier. contra Iouin.*

Pul-

Pulchra citò adamatur; facilè concupiſcitur, difficilè cuſtoditur, quod plures amant. *Ibid.*

Minori tamen miſeria deformis habetur, quàm formoſa ſeruatur. *Ibid.*

Quid prodeſt diligens cuſtodia, cum vxor impudica ſeruari non poſſit, pudica non debeat. *Ibid.*

Mulierum omnia vitia, excepta fornicatione, ferenda ſunt à viris. *Chryſ. ſup. ep. ad Epheſ. hom. 16.*

Vxor diuitiarum cupida duplex malũ. *Baſil. in concil. ad diuit.*

Vxor pulchra res eſt ſuſpicionis plena. *Matth. ad popul. Antioch. hom. 67.*

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

LEGAT[illegible] LIBRI
R. CIC[illegible]CIO
Borgo vittorio, 26
ROMA